

1567

Granada. B.

EVANGELIUM  
MEDIORUM  
PRESALTI  
RATIONVM MEDICALIVM

CENTVRIÆ II. PRIORES.

Quibus premittitur Commentarius de introitu  
medici ad ægotantem, de Crisi, &  
diebus Decretariis.

Cum INDICE rerum memorabilium  
copiosissimo.

No anade nada el G. de No.

IN VIRTUTE



ET FORTUNA.

LVGDVNI.

Apud Galileum Roum  
sub sturo Veneto.

1567.



dal Collegio della Comp. de' S. J. de Granada. B.

AMATI

EVST. F. AN. I.

MEDI C I P H Y S I C I

PRÆSTANTIS. CV-

RATIONVM MEDI-

CINALIVM;

CENTVRIÆ II. PRIORES,

Quibus præmittitur Commentatio de introitu  
medici ad egrotantem, de Crisi, &  
diebus Decretoriis.

Cum INDICE rerum memorabilium  
copiosissimo.

No. anade nada el Exp. de Med.

CHRISTIANI




ET FORTYNA.

L V G D V N I.

Apud Gulielmum Rouillium  
sub scuto Veneto.

1 5 6 7.



Por comission de los señores inquisi-  
dores corrigi este libro confor me  
ala sensura de la saneta general  
inquisicion en granada a 2 de  
mayo año de 1613

Augustin de Quiros

Por comission de los señores inquisi-  
dores corrigi este libro confor me  
al expurgatorio del año de  
1632 en granada a 27 de

Abril 1632. Al. de meltra

Por comission de los señores inquisi-  
dores corrigi este libro confor me  
al expurgatorio de 1640



COSMO ME-  
DICI THVSCO-  
RVM PRINCIPI CLA-  
RISSIMO

Doct̄or Amatus Medicus, Physi-  
cus Lusitanus S. D.



V M Pisas florentissimam  
olim Hetruria urbem, atque  
imperij Genuensis amulam,  
nunc vero fatali quadam  
temporis edacitate collaben-  
tem, COSME Princeps  
clarissime, singulari quadam animi virtute, ita  
mæmibus firmes, pulcherrimis adificijs ornes, vt  
merito nouus instaurator dici possit: præclare ũ  
mihi facere videntur, qui tam egregij facinoris  
authorem pro virili sua, aut opera, aut consilio  
iuuare nituntur. Me vero ita ista tua pietas in  
admirationem tui traxit, vt quibus dignus lau-  
dibus esse scirem: quo vero facto meum erga te

4  
 studium testari possem ignorarem. Sed cum viderem, te etiam conuocatis vndique viris, quicumque ingenij præstantia excellerent, hac etiam parte Pisarum nobilitati deesse noluisse, id quod academia illic excitata, vel veteri illi Atheniensi par, convincere potest, animum erexi, & me quoque pio operi auxiliari etiam posse in animum induxi. Quare Curationum mearum primam centuriam (ita enim recepto vocabulo appellare libuit) tibi dicendam duxi, non quòd diuino ingenio tuo opus dignum putarem: sed vt intelligeres me, ex quo in florentissima Florentia tua te sum allocutus, nihil antiquius dixisse, quam vt tibi meus erga te animus immo-tesceret. Habebunt ergo Pisani tui quicumque Medicinæ operam dant, librum, vt insuto ferè titulo, ita quod citra arrogantiam dictura velim, nec malum, nec infrugiferum mea certè erga Medicum no-  
 men obseruantia perpe-  
 tuum testem.

Vale.

\*

INTRO



5  
 INTROITVS ME-  
 DICI AD EGROTANTEM,  
 simulq; digressio de Crisi, & diebus  
 decretorijs:ijs, qui artem medicã ex-  
 ercent, & pro salute egrotantium in  
 collegiũ descendunt, longè utilissima,  
 AMATO LV SITANO  
 MEDICO AVCTORE.



RIA in vniuersum sunt in Arte medica, in quibus, & per quæ curatio conficitur, nempe Medicus, eger, & ipse morbus. Primò, Medicus doctus fit oportet, diligens, hilaris, & grauis: cuius introitus, sermones, figura, vestitus, tonsura, vngues, odores, egiò grata sint decet, vt mandat Hippoc. lib. 6. Epidemiorũ. Ceterum huius officium est turò & celeriter curare: turò vt iuuet & non noceat, vt iubet Hippo. primo citati voluminis libro: celeriter medicamẽta morbo adaptata tribuendo, nam, vt inquit Hipp. in epistola ad Cretuam herbarium, siue radiscam, ab omni



quidē arte aliena res est dilatio, verūm maximē medicina, in qua dilatio est vitę periculum: quod Mesue in exordio suę practices medicum exhortans dixit, Auxiliari ne differas, quia semel percunti nulla postea suffragia profunt. Crudelis proculdubio medici est, eos morbos, qui possunt paucis diebus, vel horis repelli, in longum protrahere tempus, & ægros tāquam in reditu habere, vt Plinius Valerianus memorię commendauit. Vt verò medicus officium hoc perfectē exequatur, decem in mente prompta habeat necesse est, quę ex Galeni præceptis sunt desumpta, & ea iis carminibus complexi sumus, quę ita habent:

*Sunt his quinque tibi humores vt noueris omnes,  
Et valeas ægro remouere è corpore morbos,  
Nempe color, casusq; vocāt symptomata Græci,  
Et regio, & tempus, morbusq; hu additur ætas,  
Natura, & visus, mutatio temporis, arsq;.*

Quę omnia quum medenti nota & inuētū facillima sint, maiori enarratione nō indigebūt. Curabit tamen bonus practicus ægrotantē interrogare, num aliās ægrotauerit, & quōnam morbo, acuto, interpollato, longo vel breui laborauerit, non minus quā ille medicamenta ebiberit, liquida vel solida, aut potius in bolo: eū quibus bene egressit vel non, & an aluū sua natura citam & obed

& obedientē habeat, vel potius durā & rebellem, quū qui solutu facilem habere dixerit, leuioribus & paucioribus medicamētis opus habet: si verò difficilē, fortioribus indiget. Turpis enim est calamitas (vt tradit Hippo. libello de Medicamentis purgantibus) medicamēto purgāte dato, hominem occidere. Non minus quoque de sanguine extrahendo inquirere medicus debet, an in aliis morbis illi sanguis missus fuerit, & rectē tolerauerit, vel potius in lipothymiam inciderit: vt postea, fluente sanguine, manū arteriarū pulsationibus admotam habeat. Æger quoque, vt tradidimus, obediēs medico sit oportet, quod Hippocr. proœmio Apho. præcipit: inquires, Nec solum seipsum medicus rectē curare volēs præstare oportet opportuna facientē, & nihil quod ægro possit conducere prætermittentem, sed & ipse æger parēre medico, tanquam seruus domino, debet, in nullo propriæ indulgendo voluptati. Vnde iis qui præceptis non obsequuntur, medicinale consiliū dandum non est, vt Galen. lib. de Venę sectione, & sexto de Tuēda sanitate, & primo de Criticis diebus suadet. Languentis igitur vnā cū medico reluctari morbo erit, quū medicus & morbus mutuò sese oppugnant, & (vt ita dicā) inter sese depugnant, ac dimicant.

Nam morbū medicus cū natura euertere studet: illi cōtrā, vt ne sit inferior, propositū est. Tunc æger, qui medico est audiens, & eius facit imperata, illi socius efficitur, & morbo hostis: qui verò à medicis imperatis descuerit, & quæ morbus dicitur exequitur, morbum adauget, quia ipsum fouet, & medico iniuriam facit, & demū multis nominibus peccatū inducit, quia quum morbus antè vnus erat, inter quem & medicum egrotumq; duellum paratū erat, in quo vincendi medico & egro spes haud incerta erat, quum duo necesse est vno præstet, morbus auxilio ægri adiutus, veluti transfugæ, duo factus, nō solum medicum vincit, sed naturā & ipsum ægrū suppressit & perimit. Omnibus igitur iis perspectis ac consideratis, & in ordinē dispositis, medicus curationem aggrediatur, prout exposcit morbus: Si tamē non nouerit morbum, extenuet regimen, vt mandat Auicēna: quia omnino morbus de occultabitur: aut (vt præcipit Hippoc. libro de Locis in homine) tunc medicus medicamentū ægrotanti non forte ac potens præbeat, dicens: Morbū si quis non cognoscat, medicamentū bibendū præbeat non forte. Si inde itaq; leuior fiat, demonstrata via est, quòd gracilitatē inducendō curandus est: si verò non leuior reddatur,

sed

sed peius habeat, cōtraria facienda sunt. Si non profuerit gracilē facere, tumidum facere conducet, & frequēter permutare, ita vt hoc cōsilio vtaris, Si quis in morbis quid permutaturus est, fortū quidem ægrotō, debili autē morbo, tūc quidē fortiore quā morbus est medicamento est vtendū Nam etiam si quid de sano abducat vnā cū debili ac ægrotō, nullū detrimentū est: Si verò morbum fortiorē, egrotum autem debilem acceperis, debilibus pharmacis curabis, quæ ipsum morbū superent & abducant: verum egrotū nihilo debiliorem reddant. Hęc illa aurea Hipp. verba, à quo Auicēna citata accepit. Habita igitur cognitione morborū, vt eos medicus rectē propellat, ac egrotantibus, vt expedit victus rationē ordinet, futuramq; crīsim eorum prædicere valeat, attentē animaduertat necesse est, ipsorū tum vniuersalia tempora quatuor, tum particularia paroxysmorū, vnde Hippocr. hęc nos docens lib. Aphor. inquit: Cū morbus cōsistit suo vigore, tunc tenuissimo victu vti necesse est: per hęc indicans verba, vt ibidē Oribasius testatur, quòd omnis morbus siue tardus, siue acutus, modò salubris sit, quatuor habet tēpora, iniitiū, augmentum, statum, & declinationem: quæ tēpora, qualiter sint cognoscenda, docet Gal. libello il-

lo, cui titulum indidit, de Generalibus morborū tēporibus, & lib. de Crisibus: statu tamen morbus magis ingrauescit & difficilior, atq; intensior quā principio aut alio quouis tēpore est, vt Gentil. Fulginas abunde in suis quēstionibus probauit, cui Hipp. suffragatur lib. 2. Aphorif. quum ait: Omnia quū incipiunt & finiūt, leuiora sunt: quum consistunt, grauiora. Adde vniuersam priscorum cohortem, quæ morborū initio, vitæ rationem copiosiorē quouis alio tempore propinabat: tenuiorē verò in statu, vt pote virtuti decūbenti, ac à morbo oppressæ. Adhærescit iis experimentū indicās quotidianum, in phlegmonibus apostematibus dictis, statu materiā magis putridam & feculentam, quā principio & augmento esse. Quæ omnia notæ certissimæ sunt, in statu & morborum vigore, morbos grauiores quā quouis alio totius morbi tēpore esse, in quo supremā concoctionē & putrefactionē simul reperiri fateri est. Quibus omnibus Trusianus, aliter Scotinus dictus, quòd vix absconditas eius opiniones neotericis desudātes medici intelligere possūt, contrariatur: quū principio morbos grauiores quā statu esse cōtendat. Imaginatur enim symptomata illa, quibus egri in statu morborum affliguntur, cōmunia, nō verò propria

pria & ex morborū malignitate & pernicie euenire: in cuius sententiā Orbasū ire hodie anima uertimus, vt cuiq; lectori manifestum euadet. In declinatione autē vera & vniuersali nullū maiori, nisi noua superueniente affectione, aut vitæ errore, certū est, quū morbus semel iudicatus est, ægerq; ab agone & pugna, hoc est crisi iam euaserit: quæ vehemens ac velox motus ad sanitatē, aut ad mortē definitur. Si enim ad sanitatē subita sit conuersio, bona dicitur crisis: sin ad mortē, mala. Bona autē duplex est, perfecta, & imperfecta: perfecta vbi integrē quis à morbo liberatur, & omnino huic aliqua effectu digna euacuatio cōtingit, vt per vomitum, sputū, sanguinis è naribus profuuium, modò morbus in partibus superioribus corporis sitū habeat: Si verò in inferiori ventre morbus cōstitit, per ventris exonerationem, hæmorrhoides, menses, & abscessus: Si autē in venis morbus domiciliū habet, per urinā, sudores, & insensilem perspirationē. De imperfecta verò crisi loquitur Hippo. lib. Aphor. quum ait: Quæ relinquūtur in morbis post iudiciū, recidiuas facere consueuerunt. Quæ si per abscessum, hoc est cōcursum mali humoris ab intrinsicis partibus in aliquā exteriorem corporis partē fiat, permutationis crifim Auicē appellat:

pellat: quæ si in morbi initio contigerit, lethale proculdubio est signū, vt in pestilenti morbo videtur. Ante autem criticum diem magna fit perturbatio, vt Hippoc. nos docuit Aphorist. illo, Quibuscumq; crisis fit, his nox antea grauis est: quæ verò subsequitur, magna ex parte leuior existit, vnde rectè Gale. lib. 3. de Crisibus, cap. 2. prodit ne crisiū motibus medici perturbentur. Decet autem medicū generosum neque turbari, neq; futurū euentū ignorare, lis enim perturbationibus, cōtinuò febricitatibus ante iudiciū euenientibus, scilicet anxietatibus, vigiliis, delirio, capitis dolore, colli & stomachi inquietudine, aurium sonitu, lachrymis inuoluntariis, labri agitatione, vehementi nouo rigore, & aliis multis, vulgares admirātur, putatq; notas certæ mortis esse. Sed prudentes & ratione vtentes medici, rem aliter dignoscentes, deplorati salutem prædicant: scientes nimirum ante criticum diem perturbationem & anxietatē maximam fieri, quia medicus velut iudex residet in tribunali, ante quē duo litigantes accedunt, morbus scilicet, & natura: quorū vnus alteri dicit, En vinco. alter inquit, Nō vincis: sed ego, at vbi ingressi fuerint, & silentium indictū, discernit iudex, & sic loquitur, Ille vincit, & quod antea fuit litigiosum,

sum, postmodum efficitur quietū. Sed in iis promptū, & exercitatum medicum, qui calidam incolit regionē, esse nō dubito: secus autem qui frigidam habitat, quū in regione calida crises plures percipiuntur, vt Hispania, & Aphrica quarto & quinto climati subiacētibus. In Germaniaverò regione frigida, sexto & ferè septimo climati supposita rarò crises fiunt, vt per septēnium exactè annotauimus. Nam vt de regione ad regionem, & climate ad clima dicimus, ita quoque de aëre ad aërem differentiam extare quis intelligere debet, quū Ferrariæ, quam præterlabitur Padas, fluuiorū rex Eridanus dictus, & Venetiis perpaucæ crises contingant: Secus autē Anconæ, vbi plures non solum in æstate, sed hyeme visuntur, proinde medicum in illis decē à nobis citatis rebus paucis carminibus comprehēsis exercitatum primò esse decet & oportet. Cæterum, ne si illotis (quod aiunt) manibus, ab istis decretoriis diebus disstringamur, anima duertendum duximus: quòd dies decretorius duobus est modis: aut enim laudabilis, in quo eueniente crisi salutis certæ spes est, aut illaudabilis, in quo crisis rarò contingit: eueniente tamē lethale indicium est, & mortis præfagiū. Laudabiles autem dies sunt, tertius, quartus, quintus, septimus, nonus, vndecimus

decimus, decimusquartus, decimusseptimus, vigesimus, vigesimusquartus, vigesimusseptimus, 31, 34, 37, 40. &c. Ex quibus præcipuè sunt 7, 14, 20. Illaudabiles, secundus, sextus, octauus, decimus, duodecimus, decimussextus, decimusnonus. In quibus diebus crisis veniens pessima est, quia non ex natura vincente cum virtute, motus ille euenit, sed ex morbi vigore naturâ cogentis & stimulantis. Talis enim crisis si optima apparuerit, à morboq; significauerit euasione, omnino tamen morbi recidiuâ indicat: si verò mala apparuerit, mortis appropinquationis notâ esse scies, decimuster tius inter bonos & malos mediû tenet, nec tam bonus vt boni dicti, nec tam malus vt mali dicti reputandus est. At dierum bonorum, vt diximus, quidam iudicationis proprij sunt, veri decretorij dicti qui per septenarium cõputantur: quales sunt septimus, decimusquartus, & vigesimus: nã tres septenarij viginti circûscribuntur diebus, vt docuit Gale, lib. 3. Prædictionû, cap. 1. & 4. quibus in locis vigesimû diem tertij septenarij nouissimû esse perhibet, non verò vigesimum primum: quû vigesimus validam efficiat sæpenumero iudicationem, vnde merito Hippoc. quadragesimum diem nõ quadragesimum secundum decretoriû haberi dixit,

dixit, itidem & sexagesimum & octogesimum, non sexagesimum tertiu, nec octogesimum quartum. Nam alij bonorû dierum, ab iis qui per septenarios dictos computantur, indices, seu speculatorij dicti quidam sunt: qui ita dicuntur ac denominationem habent, quia iudicia alio die futura prænuent, contẽplandaq; exhibeât: qui per quaternarium cõtemplantur, ita vt cuiuslibet septenario duo tribuantur quaternarij: exempli gratia, quartus dies, ab initio morbi cõputando, finis erit primi quaternarij, initiû verò secûdi: octauus verò tertij quaternarij initiû quoq; est, quia secundus septenarius ab eo incipit, finitur tandẽ tertius is quaternarius vndecimo die. Qui vndecimus dies initiû quarti quaternarij habetur: cuius finis decimusquartus erit: porrò quintus quaternarius à quarto decimo inchoabitur die, eo quòd tertius septenarius copuletur. Cui finis decimosextimo erit: sed decimusseptimus initiû sexti quaternarij perhibetur, vt Gale. placet: qui vigesimum diem non verò primum & vigesimum decretorium appellat, quum eo die iudicationes fieri magis præcipuas validiorẽsq; quàm primo & vigesimo die notauit. Est igitur vigesimus dies, finis tertij septenarij: & sexti quaternarij: clarius tamen vt hæc intelligant qui hæc legint.

gerint, repetere non grauabor. Sunt igitur indices seu speculatorij præcipui dies, quartus septimi, vndecimus quatuordecim, decimusseptimus vigesimi, &, vt Erasistrato & Archigeni placet, & post eos Oribasio & multis aliis, decimus octauus vigesimi primi speculatorius est. Si enim quarto die nubecula in vrina rubicunda, aut alba apparuerit, cõcoctioq; in spũto & egestione fuerit, simulq; per vniuersum corpus sudores & madores, aut ex naribus sanguinis profluuium, operationesq; optimæ fuerint, vt appetitus bonitas, & mentis tràquillitas & huiscemodi alia, septimo die iudiciũ futurũ speradum est. Quæ omnia si vndecimo die euenire cõtigerit: quarto decimo die iudicationem fieri certũ est: si verò decimo septimo die: in vigesimũ iudiciũ terminari præfagire licet. Alij verò dierũ bonorum intercalares nominantur, interdicentes quoq; dicti, quia interseruntur, interciduntque, & intercalantur inter dies præcipuos decretorios dictos, vt in acutis febribus, tertius, quintus ac nonus, in quibus crisis plerunq; interdicit. Hos verò decretorios dies atq; circuitus septenarios & quaternarios rectè admodum Hipp. lib. Aph. ostendit, quũ ait, Septenoriũ quartus est index alterius hebdomadis, octauus initiũ; est autem & vndecimus contemp

contemplabilis: ipse enim quartus est alterius hebdomadis: rursus verò & decimusseptimus contemplabilis: ipse siquidẽ quartus est à quattodecimo, septimus verò ab vndecimo. Hæc Hipp. Quibus Oribas. multa alia tanquam Hipp. germana adiungit, vt ex cõment. quos super Aphor. scripsit, cõiicere est. Sed reuera illa Hipp. non sunt, sed ab aliquo illi loco adiecta: quum omnino Hippo. & Galeni doctrinã non sapiunt, sed eam potius peruertunt ad iudicationes præcipuẽ facientem. Nam eo loco hæc Oribas. interposuit verba: Inspiciendus est & quatuordecimus dies. Hic enim tertie hebdomadis contemplatorius est: quæ procul dubio dissona sunt à Galeniana & Hippocratica sententia, non minus quàm alia sequentia. Cõsiderandus & vigesimus primus: & inferior, necnon quadagesimum primum inspicere oportet: vt testatur Gale. cõment. prædicti aphorif. Sic enim verba, quæ longè ab eis quæ Oribasius interposuit, scribit, inueniens, Nam secundæ hebdomadis initium diem octauum esse dixit: non tamen tertie quintum decimũ, quemadmodũ nõnulli post ipsum existimarunt: quoniã neq; vigesimum primum pro termino statuit, sed principiu quidem tertie hebdomadis quattum decimum: finem autem & terminum,

vigesimum. Perpenditis igitur Hippoc. illa citata non esse verba, sed potius Pelopis aut Lyci, vel Ruffi, aut alicuius qui Erasistratum insequitur, vel Ptolemæum & astrologos, qui vigesimum primum diem decretorium faciunt, non verò vigesimum, ac consequenter decimum quintum principium terræ septimanæ constituunt, non verò decimum quartum, ut proprio loco vberius indicabimus, quos Oribas. secutus in hac parte est, veluti plures alij neoterici. Sed nõ deerit iuuenis studiosus, qui fortè fortuna dicat mētem Hipp. esse, quòd vigesima prima dies decretoria sit, non verò vigesima, ut ex Hipp. elicitur lib. 1. de Morbis vulgar. quum ait, in accessionibus sæpius fieri iudicia, eo quòd in illis vehementer humores moueantur, & veluti ebullientes erumpant, sanguinis profluuio, vel sudoribus, vel vomitu, vel deiectionibus, vel hæmorrhoidibus, vel menstruo mulieribus, tum propterea quòd id temporis ad excernēda illa impellatur natura: simul quòd grauata & onere pressa ad excernendum irritetur: simul quòd illis magis fufis & excretio humorum noxiorū promptior, & iudicium fiat procliuus, subducendo. Circuitum verò qui iudicant imparibus diebus, primus, tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, septimus, decimus, pri-

mus

mus vigesimus, & cætera, in quibus primū vigesimum tāquam decretorium citat. non verò vigesimum, nec in eis qui paribus iudicant dieb. Cui respondemus primò quòd ea citata verba Hipp. non videntur, sed alicuius qui ea interposuit, quod ita esse iudicatur: quia Galenus in enarratione dubitat circa verbum circuitus, & nõnulla alia: hoc tamen subtricit, ac si in suo codice scriptum non esset: quod si esset, procul dubio non subtriceret. Secundo respõdemus & melius, ac ad Gal. intentionē, quòd primus 20. dies, decretorius est, nõ ad eò tamen efficax, ut vigesimo diei cõparari possit. Videtur autem crises 21. die, ut testatur Hipp. citato loco, & post eum Gale. lib. 3. de Diebus decretoriis antea quàm sui mensis rationē reddat, dicēs: Quorum accessiones imparibus eueniunt, horum & iudicia ad 21. diem delabuntur: ad eò tamen inefficaces, ut illarum cõsiderationē non habere satius fuerit. Qua de causā 20. diē iudicatorium constituere melius est, quia in eo iudicationes validæ & potentes fiunt, ut experientia ipsa testatur. Quo factum est, ut Hipp. vigesimum diem tanquam iudicatorium sæpe describat, ut lib. 4. Aphor. aph. vigesimo sexto sic dicente: Sudores febricitanti si incepterint boni, & tertio die, & quinto, & septimo & nono, &

b 2

undecimo, & quartodecimo, & septimodecimo, & vigesimo, & vigesimo septimo, & trigesimo quarto: hi enim sudores iudicant morbos. Qui verò non ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, & recidiuam. Nō minus hoc satis probari potest, ex lib. 2. Prædictionum, cap. 10. aphor. quin quagesimo septimo, & Historia Charionis comment. 2. in tertium lib. de Morbis vulgaribus, & historia Abderę Nicodemi comment. tertio in lib. 3. Veluti historia Hermocratis comment. 1. in librum tertium, & historia Clazomenij comment. 3. in librum primum, ut alios sexcentos locos præteream, quos longum esset enumerare. Sed cuiusnam potissimum rationi Gale. innitatur, ut vigesimum diem magis iudicatorium quam vigesimum primum dicat, subscribere minime grauabor, ut Galeni mentem tertio lib. de diebus iudicatoriis legentes exactè teneant. Statuit igitur Gale. vigesimum diem vltimum tertie hebdomadis, & ipsum magis iudicatorium, quam vigesimum primum facit ex lunari cursu, pro quo scire licet. Lunam in vigintiseptem diebus & octo horis, suū cursum in zodiaco conficere, quod spatium, quatuor erunt septimanæ, quarum quælibet integros non habebit dies septem, immo vnicuique decurrunt quatuor horæ, id est,

est, sextans vnus diei, quia vigintiseptem dies & octo horæ, per quatuor diuisi partes conueniunt vnicuique harū quatuor partiū, dies sex & horæ viginti, cuius integri numeri scilicet vigintiseptem dierum & horarum octo, si tres quartas partes contemplemur, ac simul exaggeremus eas, inueniemus viginti dies, & horas duodecim complecti: quare vigesimum primum diem, tres istæ hebdomadæ quæ non attingant, prætermittit, & vigesimum pro ipsarū termino constituit. Sed dubitabit aliquis, cur hi dies æquales non sunt, cui respondet Hippo. id mirum non esse lib. Prælagiorum, si septimanæ integræ nō sint, quia nec annus integer est, quippe qui ad trecentos sexagintaquinque dies & quadrantē peruenit, nec mensis integer est, quia maior semper est vigintinouem diebus, minor verò triginta: ita ut vigintinouem dies & duodecim horas cōplectatur. In quo loco animaduertendum est, per mensē Hippocr. & Galen. intellexisse non quidem circuitum illum, quo Luna zodiacū circuit, qui in vigintiseptē diebus & octo horis fit, quæ circuitū, mensē circuitus, vel reuolutionis appellamus: sed potius spatium à coitu lunæ ad alium coitū, qui in viginti & nouem diebus, & horis duodecim perficitur. Nam quæ Luna à coitu recedit,



nunquam redit in locum à quo decessit, nisi in vigintiseptē diebus & octo horis. Verum quia in hoc temporis spatio Sol progressus est vigintiseptem ferè gradus, necessarium est si Luna coire debeat, illam adeò progredi, vt hos gradus æquet, quod facit in duobus diebus & quatuor horis, vel circiter, quos dies & horas si addiderimus vigintiseptē diebus & octo horis iam elapsis, resultabunt dies vigintinouem & horæ duodecim, & tunc Luna cū Sole coitum facit, & sic dicitur mensis de coitu ad coitum, siue mensis coitionis, vel coniunctionis, qui, vt dixi, continet dies vigintinouem & horas duodecim: nā Luna singulis diebus tredecim gradus ferè peragit: dicimus autē ferè quia medicæ cōsiderationis minutissima quæque respicere non est. At Gale. vt mēsem superiorē dictū circuitus, qui vigintiseptē dies & horas octo cōplet, vt suo proposito non deseruientem, prætermittit: quia eius tres hebdomadæ cōstituūt viginti dies & duodecim horas, quæ duodecim horæ, quā indifferentes sint ad vigesimū diē, vel ad vigesimum primum, ita quoque mensem istū coitionis vt supercedentē terminū ab Hippocr. immo & Archigene cōsideratū derelinquit, quia tres huius mēsis hebdomadæ vigintiduos dies, & horas tres

conti

continēt. Qui de causa ab isto mense tres integros dies detrahēdos iubet Gale. quia in illis Luna silet, nō lucet, nec aērē immutat, immo quasi cōbusta est, & nullos (quasi vel cōsideratione indignos) mittit effectus, vnde si ex vigintinouē diebus & horis duodecim, tres dēpserimus dies, remanebūt dies 26. & horæ duodecim, qui dies & horæ si in quatuor partes diuidātur, quælibet pars sex habebit dies & horas quindecim. Quarū tres partes, siue tres hebdomadæ, non dum vigesimū diem attingūt: proinde istū quoque mensem vt suæ cōsiderationi non deseruientē prætermittit, & medicalem quendam mensem ex isto, & illo alio dicto circuitus, 27. dies & horas 8. cōtinente excogitauit: sequēti ordine, copulentur vigintiseptē dies & octo horæ, & vigintisex dies & duodecim horæ, qui dies cum horis dictis copulati, resultant dies quinquaginta-tres & horæ viginti, quos si partiamur, habebimus commune quoddam medium, quod est vigintisex dies & horæ vigintiduæ, quem numerum si per quatuor hebdomadas diuiserimus, vnicuique respondebūt sex dies & horæ decem & septē cum dimidia hora: quòd si tres hebdomadas simul iunxerim⁹, in eis cōtineri viginti dies & horas quatuor & mediā horā cōperiemus, vn de

b 4

vigesimus dies decretorius dicendus est magis quam vigesimus primus, quia quatuor tantum horum cum dimidia vigesimum diem excedunt, quæ magis ad vigesimum diem accedunt, quam vigesimum primum, & hac de causa quia ex directo mensis hic ceteris mensibus citatis, magis vigesimo diei respondet, tanquam verum & germanum recipit, & amplexatur, quem medicinalem mensum appellat, qui iure descriptus sit vel non, aliorum sit iudicium: nos autem in presenti satis fecisse putamus, nec lectori ingrati, si Galentem, lib. 3. de Diebus decretoriis, paucis iis patefactam dimiserimus, cum quibus firmiter asseueramus, non opus esse medicum hac tempestate hanc Galenianam insequi methodum inueniendi dies iudicatorios, & eò magis, quia medicus artifex sensualis est, res in latitudine considerans, non verò in puncto. Nouimus enim nos ex praxi frequenti, id quod Hipp. quoque scriptum reliquerat, eos quibus crisis futura est, antea per plures horas multa pati, vt anxietates, delirium, vigilias, capitis dolorem, colli & stomachi inquietudinem, aurium sonitum, lachrymas inuoluntarias, laborum agitationem, nouum rigorem, & multa alia, quæ omnia signa certa sunt futuræ crisis. Proinde mea sententia medicus quum morborum dies computare

aggred

aggreditur, integros dies computabit, nullis fractionibus dierum motis, quod Galen. quoque agendum precipit primo & secundo libris de Diebus decretoriis, antea quam mensum illum excogitatum tertio lib. de Diebus decretoriis in lucem mitteret, quæ librum potius, vt amicis placeret, quam vt rei medicæ adiuumentum afferret aliquod, se scripsisse fatetur. Satis prioribus duobus libris contentus, in quibus diem contemplatur 24. horarum, vt Archigeni quoque placet, Erasistrato & aliis sexcentis primæ classis medicis, quin & ipse Galen. sæpe inquit, Diem quum dico, in ea significatione accipi volumus, vt non solum lucem, sed etiam noctem complectatur, vt lib. 1. de Crisibus, cap. 17. & libro Artis curatiuæ ad Glauconem, & 2. de Crisibus, cap. 2. & libello de Septimestri partu, vbi ait, Diem in presentia appello interuallum vigintiquatuor horarum æquinoctialium. Sic enim & annum trecentis & sexagintaquinque diebus, & quarta insuper diei parte constare dicunt, Tempus verò menstruum, circiter vigintinouem cum dimidio, & cetera, vt sexcentos alios præteream locos, in quibus dies integros contemplatur, antequam librum tertium de Diebus decretoriis describeret, in quo coactus est, vt vigesimo diei dignitate

b 9

tribueret, non verò vigesimoprimo diei diminutos & nō integros numerare. Cōputabit igitur medicus morbum ab ea hora in qua æger læsionem operationū sensibilibiter perferent, integros numerando dies, nullas ab eis fractiones, aut portiunculas demendo: quia, vt dixi, dies decretorij propter crifim in illis euenientibus cōtemplantur, quæ anteaquā eueniat, plura ex fe signa tribuit, per quæ medicus, in crifis futuræ cognitionem deuenit, aduertēdo tamē q̄ morbi biliofi, & acuti plerunq; in imparibus terminantur diebus, quia crifes paroxysmorū insequuntur circuitus, sanguinei verò in quarto die pari, veluti chronici morbi qui paribus diebus plerunq; terminū habēt, vt sunt pituitosi & melancholici, nec hoc tantum animaduertendū est, sed etiā ipfius morbi (vt nos docuit Galenus) mos si moderatus, & mitis vel prauus atq; malignus. Nā vnusquisq; morbus certū sibi vendicat euacuationis modum, quo proficito faciliē diiudicamus quali euacuatione humores, die critico deponēdi sunt, vel ad quod iudiciū accedere debeāt. Iecinoris autē gibbas partes malè affectas per vrinam, veluti ipfius refimam per aluū expurgari norūt medici, nec minus p̄ aluū expurgātur intestina, liē & ventriculus, quàm per locū renes, veluti

luti loca quæ ad thoracem, & pulmonē spectant, per spurū. habēt enim (vt summatim dicam) quæque membra annexas sibi vias, per quas nocuos reiciūt humores. Quarū aliqua si claudatur, homo superstes esse nō potest. At hæc breuiter dixisse sufficiat: qui bus finem imponere nefas non esset, nisi in mentē venisset, quod qui hæc legerit (si modo quis legerit) nostrū iudiciū, aut sententiā fortē in diebus decretoriis desiderabit, optabitq;: in præfenti dierū criticorū causas reddā, cui obtēperare decreuimus, malentes ingenij proprii iacturā facere, quàm suspensum relinquere. Omissis igitur à Cōciliatore ac Pico Mirandulano dictis, ab aliisq; sexcentis laqueum mandantibus præcepto Galeniano, qui in horū iudiciorū inquirendis causis medici ne distrahātur, hortatur, breuiter proponemus, nō dubitantes veritati ac naturę dierum decretoriorū magis accedere, quàm quæuis alia hucusq; excogitata sequi, cum ex naturæ fundamentis deprompta sit, & naturæ ita alligeretur, vt diebus decretoriis causam inesse dixerimus, quam numeris vel musicæ inesse percipimus. Sicut enim nos latet cur in musica diapason, siue in numeris proportio dupla, consona est, & vnisona: septima verò dissona & discors, ita in acutis morbis, cur

indicat



1, 2, 4, 7, 9, 11, 14, 16, 18.

Vnius ad duos, quatuor, septem, nouem, vndecim, quatuordecim, sexdecim, decem & octo. De quorum numerorum consonantia vel dissonantia, rationem inuestigare, stultum procul dubio est. Vt igitur perpenditis, numerus septimus à primo discors & dissonus est, & quartusdecimus à primo quoque: quia septem & septē sunt, adeò vt propter has dissidētias & discordias, inter morbum & naturam, magna oritur pugna, & consequenter in his diebus potest non sanari morbus fieri. His adde, vt in musicis instrumentis octaua discors & vniformis est: suo principio, & decima quinta eademque vniformis conuenit, ita quoque octauo die & quinto iudicationes ad salutē perfectam & exactā fiunt. Nam septimo die, & quartodecimo, crises commotionis & euacuationis fiunt: octauo verò & quintodecimo, ipsarū crisiū ad salutis cōplementum oritur, quod ex numerorum vniformitate ac consonantia euenire, quicumque hæc intellexerit, vel inuictē discet. Ita enim se habet septenarius numerus in numero dierum criticorū sicut dies duello signatus, in quo inimici cōgredi debent: quia in eo discordia ex directo morbi initio respondens comperitur: quia, vt dixi,

inter

inter septenarium numerū, & primum discordia est. At quia, vt fertur, triumphū nemo ante victoriam canere potest, ita quoque natura ad pristinum statum, & sanitatis originem redire non poterit, nisi primò inimicum, hoc est morbum vicerit & subiecerit, quod septimo die plerumque cōficere scimus, octauo verò die vniformi ac primo vniformi, ad sanitatē & quietem reddita est. Si tamen in aliis diebus crism fieri cōtingat, id euenisse dicendū est, quia ceteri critici dies septimi naturam sapiunt, & cum eo nexum ac vinculum habent: vt enim dissonantia vnus ad septimum est, ita quoque ad nonum, vndecimum, decimumquartū, quinimo & ad quartum: tertio verò die si crisis fieri cōtingat, cōtingit credendum est, quia mediū septenarij naturā sapiat, vt Galenus quoque innuere videtur: vnde Oribasius rectè, mea sententia, & ad Gal. mentē aphorismū illum interpretatur dicentē, Febricitantē nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidivare. Intelligēs quod febris nisi die critico desierit, recidivatio timēda est. Nec enim quartusdecimus dies, nec vigesimus tanquā pares reputādi sunt, quia secunda hebdomada ab octauo incipit die, & sunt septē, & septē dies: qui utique sequestrati impares sunt: quod & de vigesimo dicendum reor, quum

tertia

tertia hebdomada à quartodecimo numerationē suam habeat, vt ex dicendis apparebit. Quæ ideo vberius describere licuit vt singulorum dierum criticorum lectores notitiam habeant exactā, nec de illis quicquam, quod desiderent, occultetur.

*De primo & secundo die.*

**T**Estatur Gal. lib. i. de Diebus decretoriis, se ab adolescentulo dierum criticorum naturam obseruasse, vt ex sua ipsius experientia, de ipsorū dissentione, aut consonantia iudicaret, in quorū obseruatione, nihil quod differret ab eis, quæ Hippoc. de illis memoriæ cōmendauit, inuenit: quam prioribus Epid. libris, quibus multa huic negotio cōuenientia cōperiuntur, par uam, aut nullam Galen. ipse tribuat fidem: quum eos Hippocr. vir nimirum verax, scripserit eo tempore quo nōdum speculationes experimentis comprobauerat, qua de re generatim sententiā de illis profere nō audebat. Vnde argumentū quod capite superiori tergiuersator in nos torquebat, facillimē diluimus, quum primū & vigesimū diem tanquā nobilem decretoriorum, non verò vigesimum, ex libris illis inculcabat, quorum dierum decretoriorū causam Gal. quum inuestigaret lib. i. de Diebus decretoriis, naturā quādam propriam & eximiam esse

esse conicit, quā capite superiori nos inuenisse nō dubitamus: quin potius scopū attingisse certi sumus. Quamquā non deerunt hodie, qui vulpina astutia armati ac muniti, nulla re: v̄ experientia suffulti in nos debacchētur, quos in vniuersum cū sua perfidia, & debacchatione, ac loquacitate missos facimus, ad rē de qua propositum est agere, accedētes: primò significātes, nos Gale. more morbo initiū dare, ab ea hora, qua æger operationū læsionē sensu percipit. Primo igitur & secūdo die, vt sæpe Gale. tradit, & Auicē. secūda Fen libri quarti interpretatur, rarò iudicationes fiunt optimæ, quinimo pessimæ & mortales, quia optimæ iudicationes in morborū statibus cōtinuò contingūt, vtpote post cōcoctionis apparationem materierū, quam in principio nunquā videre cōtingit, vnde rectē admodum dixit Auicē. In principio nunquā contingit crisis, nisi pernicioſa. Et subdit: & crisis quæ fit ante statum, & cōcoctionē, cum multa & superflua euacuatione, mala omnino est, quare nō decipiaris per eam, quia illa euenit, propter multitudinē materierum expulſarum, absq; naturæ regimine, scitē enim Auicē. ex Gale. hæc interpretatus est, quū morborum principio, quæcunq; fiat euacuatione per naturam cōcoctionis artificē,

regulata non fit, sed magis symptomata, humoribus naturæ inferentibus vim. Humores enim ob nimiam & excessam ipsorum quantitatem, aut obnoxias & acutas pessimasque qualitates, virtutem irritant expultricem: quæ irritata, humores pellic, extrudit, & abigit antea quam retentrix virtus retinere desinat: vel male afficiunt virtutem retentricem, adeo ut quos retinere debuisset humores non retineat. Quod fit, ut expultrix virtus, quæ semper expellere nititur id quod retentrix retinere desinit, humorem via symptomata deponat. Demum euacuatio principio morborum facta pessima omnino est, quum vel mortis notam minatur, vel longam portendit ægritudinem. Ceterum, ne Andabatarum more incedamus, scire licet, quod morbi principium triplex dicitur. Vnum quod morbi cuiusque insultui tribuitur, latitudine carens & simplex dicitur. Secundum, quod ad tertium extenditur diem, quod tantum Thessalus ille nouit, ut Gal. retulit lib. I. de Crisibus, cap. 19. Tertium verò morborum principium dicitur: id quod nos vnam morbi partem nominamus, principium scilicet, & est illud vniuersum tempus in quo materierum cōcoctio nondum apparet, exemplum nobis est in Anaxionis historia, cuius morbi principium

ad vn

ad vndecimum vsque prorogatum est. Si igitur primo die, vel secundo, euacuationem aliquam effatu dignam videre cōtingit, eam principio morbi tribuere non est, sed potius statui, aut inclinationis initio. Possibile enim est morbi principium adeo esse breue ut primo die, in statu morbi ipsum esse iudicemus. Sic enim doctissimus Gal. lib. I. de Crisibus, nobis suffragatur, quum de iis morborum temporibus loquatur, dicens, Extreme breue utrunque horum temporum saepius fieri contingit, adeo ut in primo die morbus ad statum perueniat. Hanc verò Galeni sententiam quotidie veram vel inuictè conspiciamus, quum nobis morborum peracutorum, vel exactè peracutorum saepe principia effugiunt & occultantur. Multoties autem primo die morbi concoctio adeo in lotio bona apparet, ut ipsum dixeris morbum ab statu inchoasse, quod tamen impossibile esse nosti. Non enim contingit morbum ad augmentum, aut ad summum vigorem venire, nisi prius initium habeat. Habent igitur plerunque morbi tempora hæc adeo occulta, ut ea deprehendere impossibile sit tamen. Sin initio morbi appareat, veluti nebula aut hypostasis in lotio, ea naturæ operæ, & materierum benignitati magis quam sanitati

præteritæ tribuenda est. An tamen in principio morbus rectè terminari possit? percontabitur aliquis. Cui ne in longum remoremur, respōdemus, quòd sic: quū aliter in principio factæ euacuationes nullius essent profectus, quæ sæpe morbos interceptiunt. Intelligēda igitur ea dignitas venit, morbi quatuor habēt tēpora, id est, morbi consistētes ac firmati materiales, nō intercepti, ordine secundum cōcoctionem quatuor habent tempora: cæterum diaria febris primo die absoluitur, quæ materialis quum non sit, in ea iudicium spectari non debet, proinde per iudicium terminari primo die, aut initio secundi diei non debet.

*De tertio die Critico.*

**P**rimus dies decretoriorū, ab ipso morbi principio computando, tertius est, vt placet Hipocr. lib. 3. Prædictionum, & illius enarratori Gale. qui in vniuersum febres mitissimas, haudquaquā maleficas simplicissimas dictas, quibus securitatis indicia exiterunt, intra primum quaternarium terminari dicunt. Pari modo maleficas quoque febres, quibus exitiosæ notæ insunt, intra dictum terminū interimere. cuius causam Hipocr. inuestigans, ibid. inquit, Quia prædictarum febriū primus impetus, intra primum quaternariū absoluitur: prædictas enim

enim febres, quarto die aut citius terminari tradit, quod Galenus animaduertens inquit, Itaque constat, vt tertium diē adnuret decretoriis, dum ait, Quarto die aut citius desinunt. Itidē lib. de Vulgaribus morbis primo voluit, primū inter decretorios dies scribens tertium. Est igitur tertius dies decretorius ex coincidentibus, vt tradit Gale. lib. 3. de Diebus decretoriis, sic dictus, quia quum quarto die iudicatio futura est, & materia velociter mouetur, iudicatio an teponitur & eam tertius sibi vendicat, non minus ac quintus. Nam quum natura quarto die defatigata est minimèq; irritata, vt iudicationem in eo cōpleat, postea in quinto eam perficit & complet, ita vt sicuti tertius propter velocitatem iudicatorius efficitur, ita quintus ob tardum motum. Sunt igitur tertius & quintus dies decretorij, vt Gale. placet, quia quarto iudicatorio, propinquū sint, vel potius decretorij dicēdi sunt, quia iudicationes plerūq; in iis eueniāt diebus, quibus accessiones cōtingunt, vnde acutissimi morbi suas iudicationes tertio die, & impari sæpe habent, vt tertio lib. de Crisibus apud Galenum millies legitur. Cæterum tertio die post partum, febre eueniente, numeratio habēta est ab ipsa febre, vel potius ab hora partus, vt alibi differemus.



*De quarto die decretorio.*

**Q**uartus dies omnium medicorū consensu, decretorius est, vt ex Hippocr. elicatur lib. 3. Prognosticorum, textu secundo, & libris de morbis populariter vagantibus, ac ex Galeno sexcentis in locis, præcipuè loco citato. & lib. 4. Aphorif. enarratione 36. vbi ait, Nūc verò à tertio incepti, qui auicipat quartum in breuioris temporis morbis, & post hunc quintum scripsit, vno die quarto tardiozem, sic enim fere in omnibus exemplaribus inueniet, quū quartus dies in aphorifino non sit scriptus, quāuis hic dies sit primus iudicatorius. Verū tamen ipsum hūc prætermisit vel ipse Hipp. vel qui primus librū scripsit. Si verò omnino Hippocrates illum præterit, hāc ob causam existimo illud fecisse, quoniam morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicantur, tertio & quinto die magis quā quarto iudicium suspiciunt: rariore enim sunt, qui die quarto iudicantur: & hoc à me primū fuit inuentū per experiētiam, ob hoc ipsum quærente quoniam dies quartus fuerat ab Hippoc. in Aphorif. prætermittus, hic autem videtur accidere, quoniam morbi peracuti primam statim accessionem vehementissimam habēt, & reliquas illis proportionales per diem tertium. Dicimus autem quò.

quòd in vehemētioribus accessiōibus iudicia fiunt, & quòd morbi qui in diebus imparibus accessiōē habēt, citius iudicātur: qui verò paribus, tardāt, atq; ideo si etiam in principio aliquis morbus incitatur, hoc magis accidit in diebus imparibus, si tarde re debeat, ad dies pares vehementiores accessiones trāsferūtur. Hæc itaq; habeo quæ dicam de die quarto. Hactenus Galen. qui diem quartum primū decretoriorū describit, & ita illum decretoriū facit, vt propter illum tertium, & quintum decretorios appellet, vt libris de diebus decretoriis videre est: quia si tertio die, & quinto die, iudicationes cōtingunt, non ob aliam causam contigisse Gal. tradit, nisi quia quarto diei propinqui sunt, vel vt nos putamus, quia septenarij naturā sapiant. Inquit enim Gal. quum crisis quarto die futura est, & humor sua acutie, aut multitudine, vel mala qualitate naturam concitat, crisis properatur: Si verò quarto die natura defatigata iudicationem perficere non potuit, quinto sequenti crisis perficitur. Quibus adde, quia crisis in idem cum accessiōe, incidit tempus, vt Galenum sæpe aduortisse legimus. Est igitur, vt ad institutum redeamus, dies quartus decretorius, contra quod axioma, insurget fortè aliquis dicturus, quartum

diem nō esse decretorium, quia Gale. lib. 3. de Crisibus testatur se die quarto semel tantum crism vidisse, Archigenem verò bis quibus verbis Auticēna subscribit, Fen feci da libri quarti, dicēs, Iudicationes rarò die quarto fieri, cui nos respondemus dupliciter, primò quartum diē decretorium natura sua esse, quia tamē morbi exactè peracuti biliosi sunt, accessiões suas in diebus imparibus habentes, fit inde vt crises quoque suas in imparibus habeāt. cōtingunt enim crises in eisdem diebus, quibus accessiones fiunt, vnde crisis tertio vel quinto die euenit, rarò verò quarto, quod Gale. quoque innuit, lib. 4. Aphorif. enarratione trigesima sexta, quum dicit, Rariores enim sunt morbi peracuti, qui die quarto iudicantur, & à me hoc inuentum fuit, vehemēter propter hoc ipsum dubitāte: vnde 3. lib. de Crisibus, cap. 4. clarius dixit, Semel tantum in quarto crism vidisse, quā quoq; Archigenes bis antea viderat solum. Secundo respondemus, quòd Gale. & Archigenes rarò viderunt morbos in quarto per crism terminari biliosos: secus autē sanguineos. Nam biliosi, vt diximus, morbi tertio vel quinto die potius finiuntur, quia eisdem diebus accessiones suas habent, cum quibus crises sæpe simul incidunt. vnde Gale.

& ante

& ante eum Archige. hoc scientes, notarūt semel se vel bis tantum vidisse morbos biliosos in quarto die terminari. Nam de sanguineis morbis, & synochis secus est, qui tantum absunt vt tertio vel quinto die terminentur, vt potius quarto semper crism habeant, quod ita esse experiētia indicat & Gale. fatetur lib. 3. de Crisibus, vt plerosque alios sileam locos. Cæterum quartus dies, index septimi diei est. Si enim quarto die, cōcoctionis & cætera bonæ valetudinis signa apparuerint, septimo die morbū finiturum, iudicandū est. Si verò prædicto quarto die mala signa apparuerint, egrum sexto die moriturum prælagire licebit. In bonis igitur & salutiferis morbis quartus dies septimi speculatorius est, in malis verò & lethaliibus, sexti, ita vt septimi diei & sexti, quartus dies index & specula dicendus sit.

*De quinto die decretorio.*

**Q**uintus dies intercalaris est, veluti tertius & nonus, in quo iudicia fiūt præcipuè quando quarto die natura lassā, nec quouis modo irritata est, vel vt tradit Gale. lib. 3. de Crisibus, cap. 4. Si quidem celer sit motus, tertio die crisis fiet: Si verò quodam modo tardior, in quinto: Si verò febris fuerit synochus, in quarto: cæterum quintus dies indicatius septimi & noni est,

ita vt & iudicatorius & iudicatus quintus dicatur dies, in quo, Gal. anno quodam plures, à morbis sanos per sanguinis fluorem è naribus euasisse obseruauit, vt meminit libr. 2. de Diebus decretorijs cap. 7

*De sexto die.*

**T**Ribus modis iudicatio fieri cõtingit: aut enim à natura vincete quæ omnino salutifera est, septimo aut decimoquarto vel vigesimo die semper eueniēs: aut ab humorum subtilitate acutiue naturã cõcitantium, quæ in intercalarijs plerunq; fit diebus. Tertio verò modo iudicatio fit, quum morbus adeò vehemens est & perniciosus, vt virtutem omnino decumbere faciat, opprimat ac enecet: qua ratione sexto die, aut octauo, vel decimo, aut duodecimo, sextodecimove iudicatio hæc euenire cõtingit, prorsus tamẽ perniciosa & exitialis: adeò enim sextus dies malè iudicat, vt ipsum meritò Gal. Tyranno comparet, quum vel pernicie illius, quæ iudicandum accepit gaudet, vel salute dolet, quæ itq; vbi animum expleat, & malè ægrum tractet, tũ longa punitioe exercent. Tyranni etenim efficiunt, vt si nō interficit, saltem bona surripit, percutit, & vulnerat: est itaq; sextus omnino septimo cõtrarius iudicatorius, sed raro in eo crisis euenit, quæ nō sit cū symptomatibus

matibus difficilibus, & periculo nō mediocri, ad hæc absq; fide, imperfectè, obscurè sine notis, tum sinistra, demum quicunq; egrotantes in quarto ad peiorè statum recidunt, plerunq; sexto moriuntur, quia quartus, vt in bonis & salubribus index septimi est, ita in malis & lethiferis sexti specula est: & nisi enim iudicatio sexto die cõficitur, octauo, vel decimo die completum habebit: minus tamen malè octauus quàm sextus iudicat: & multo minus decim⁹ quàm octauus, & sextus. Cæterum Gordonius, vir quidem multorum sententia doctissimus, sextum diem magis iudicatum in morbis sanguineis quàm septimum constituit, quia ita experientia se compertum habuisse affirmat: cui nec ratio deest, quia morbi in eisdẽ potissimum iudicantur diebus quibus accessiones contingunt: quia tamen morbi sanguinei paribus diebus terminantur: fit inde, vt quarto, & sexto magis quàm imparibus iudicentur: perdurant enim morbi sanguinei ad septimum vsq; diẽ, vt testatur Galenus. Hanc tamen Gordonij sententiã, vt falsam multi euertere conantur, imò vt ipsum Gordonium ab errore vindicent, ferunt ob textum quendam Auicennæ corruptum Fen secunda libri quarti, tractatu 2. cap. 9. in hæc rem impegisse: quem quoq; olim Nicolaus Floren

Florentinus deprauatum esse suspicabatur, & hodie ita esse percipitur, ex Bellunēsi correctione, præcipuè circa verbum, *causonē & fixam*. Sed ij re vera reprehensione digni sunt, qui quum Gordonium ab errore reducere conātur, in maiorem incidunt, credentes vique Gordonium in hac errasse assertionem, quum proculdubio, tantum abest vt erret, vt potius cum Gal. verum dicat, quòd morbi sanguinei optimas plerunq; & fidelissimas, ac completas in sexto die habeant iudicationes, quia sanguinei morbi per pares terminātur dies, vt testatur Gal. lib. 3 de Crisibus, ca. 4. dicens, Ex morbi autem motu te sperare oportet quòd crisis vel tertio die fiet, vel quarto, vel quinto. Si quidem celer sit motus, tertio: si verò quodam modo tardior, in quinto: Si verò febris fuerit synochus, in quarto, haecenus Gal. qui synochum in quarto, & paribus diebus terminari tradit. Videāt igitur qui Galenum exactè intelligere gloriantur, quum potius nihil minus quàm illius animum perpendāt, quādo ille febres sanguineas in diebus paribus terminari & iudicia habere tradat: ij verò in imparibus ex illius mēte potius cōtendant, parum alioqui animaduertentes, quòd Gal. quum sexto die dicat, iudicationes fieri imperfectas, periculosas, infidas,

malas,

malas, & pessimas, de morbis intellexit bihosis. Secus autē de sanguineis, qui sexto die perfectè, & cum fide, & salubriter, & sine periculo, & clarè, & nobilitèr soluantur.

*De septimo die decretorio.*

**I**Nter cæteros decretorios dies septimus palmam obtinet, quem tanti fecit Galenus, vt ipsum meritò Regi adæquauerit benigno, facili, ac clementi, cum iis quos iudicat, vel supplicij partem adimit, vel illustrat victoriā. vnde ipsum, omnium dierum decretoriorum primum, nō inquam numero & ordine primum, sed potètia, & dignitate fecit: tantum videlicet huius diei naturę tribuēs, quia, vt inquit, omnes summam decretoriorū notas occupat: de quo nos quoque superius abundè diximus, illi adeò dignitatem tribuentes, vt si in aliis diebus iudicia fieri cōtingant, ea nō alia de causa, nisi quia cum septimo nexum & alligationem habeant, fieri dixerimus, qui à quarto semper indicatur, & dicitur quartus illius relatione, minor decretorius, vt dixit Gale. lib. 2. de Diebus decretoriis, cap. 8. in quo septimo, & si plerunq; crises absoluit, fideliter, tutò, manifestè, conspicuè & salubriter fieri sciamus: in eo tamen multos mori nouimus, præcipuè pestis tempore, in quo febris pestilens plerunque interfecit: quia eò

citius

citius natura opprimitur, quo magis venenum euincere tentat. Sed cum septimi diei natura ob quietem obtinendam sit, morbum, & omne noxium propulsare, sit inde ut insultus contra venenum emittere conetur, inualidos tamen & impotentes, adhuc imperfectos, & obscuros: quia venenum raro natura euincere potest, imò illius irrimentum, ac decumbentis excitatio ferè eodie ægrum decumbere, ac omnino mori, est in causa.

*De octauo die.*

**E**T octauum diem Galenus decretoriū appellat, debilem tamen, & infidum, cuius index quartus quoque est. nam si in quarto mala signa apparuerint, & morbus per dies pares, suas habuerit accessiones, nec multum velox fuerit, ita ut in sexto non terminetur, octauo die iudicabitur: non ita enim malè octauus iudicat ut sextus, imò decimus melius iudicat quàm octauus & sextus, quia saltè prorogatur ægritudo. Cæterum Nicolaus Florētinus octauo diei magnam tribuit dignitatē, ob id tantum, quia ad quadraturam in eo Luna magis quàm septimo accedat.

*De nono die decretorio.*

**C**oincidunt diebus decretoriis aliqui dies coincidentes, siue intercalares dicti,

cti, nonus, quintus, & tertius, quorum nonus, Galeno auctore, primas obtinet, quia plurimos quidem & fideliter iudicat: secundam vim quintus obtinet, & post hunc tertius. Est enim nonus hic dies inter duos decretorios septimum & vndecimum medius, qui vel nondum factum in septimo die iudicium, vel vndecimo futurum sibi ipsi vendicat, rarius quidem septimi, sæpe vndecimi crism assumit: quo fit ut in eo iudicationes plerunque non nisi validæ & perfectæ contingant. Cæterum, quia nonus hic dies, inter duos decretorios, septimum scilicet & vndecimum medius est, prerogatiuam habet, ne in illam veniat Auicennæ regulam, secunda quarti, capite de Diebus bonis & malis dicentem, Quanto magis dies à morbi principio discedunt, tanto magis debiles fiunt, ut inter radicales & præcipuos, septimus quartodecimo fortior est, & quartusdecimus vigesimo, & inter iudicantes quartus dies vndecimo fortior quoque est, & vndecimus septimodecimo. Nō tamen in intercalaribus tertius fortior quinto est, nec quintus fortior nono, sed nonus cæteris fortior & præstantior habetur, quia inter vtroque decretorios, medius ut diximus, est: proinde ab illa Auicennæ regula intercalares dies eliminari ut videtis debent.

*De decimo die.*

**D**ecimus dies octavi & sexti naturā sapit, vt testatur Galen. lib. 1. hunc materia dicato: minus tamen malè quàm octauus, & multo minus malè quàm sextus, decimus iudicat dies: ob enim materierū tarditatē, morbus qui sexto die terminari debuerat, in octauum prorogatur, quòd si adhuc tardior fuerit, vsque ad decimum peruenit, in quo iudicatio imperfecta, obscura, & omnino insalubris fit.

*De vndecimo die.*

**V**t quartus dies septimi indicatorius est, ita quoq; vndecimus quartidecimi indicatorius est: quam eandem proportionem quartus ad septimum habet, qualè vndecimus ad decimūquartum: vt quoq; quartus minor iudicatorius dicitur, ita quoq; vndecimus perfectus indicatorius & minor iudicatorius appellādus est. Cæterum, tamen si quartus dies cum vndecimo cōuenientiam habeat: multum tamē vndecimus ab ea differt indicatione, quā quartus possidet. Proditū est enim ab Hippocrate, quod ita esse quotidie experimur, signa concoctionis, quę quarto die apparēt, septimo crism profuturam indicant: non sic tamen iudicandū est, si signa & cōcoctionis notæ vndecimo apparere cœperint, quòd quartodecimo die termi

terminabitur morbus: quanquā enim quartus index septimi est, veluti vndecimus quartidecimi: nō adeò tamē exactè vndecimus supra decimūquartum iudicat, veluti quartus supra septimum. Quòd si vndecimo die cōcoctionis bona apparere cœperint signa, nullis antea apparētibus, morbus procul dubio nō quarto decimo terminabitur die, sed potius septimo decimo aut vigesimo, aut aliquo longinquiori ex decretoriis, nec minus septimodecimo diei vigesimi indicatio euenire credendū est: quia si septimodecimo die indicia cōcoctionis apparere cœperint, morbus vigesimo nō terminabitur, sed vigesimo septimo potius terminū habebit, aut alio ex sequētib; diebus decretoriis. Cuius discriminis causā duplex est. Altera quòd cū quartus dies ipse mediū inter primum & septimum teneat, credere est quòd in eodem dierum spatio natura victoriam complere possit, quo eam initiare valuit, ac illi principium dare cœpit. Secunda, priorem elucidans, quia quarto die virtus adeò valida & potens est, vt in hoc quarto die apparente victoria, & humorum cōcoctione, intra illud exiguum tempus perfectè, & ad amissim ac exactissimè virtus morbum euincere poterit, & victoriam complere. quod opus si vndecimo die, aut

septimodecimo cōcoctio ac aduersum morbum victoria apparere cœperint, natura ipsa, quia debilior facta, nec ita potens, quartodecimo die, non poterit complere, nec vigesimo. Nō enim vndecimo die victoriū incipiente, & humorum concoctione, morbus quartodecimo die iudicabitur, quia longē maiori tempore natura vt victoriā adpiscatur indiget, sed eam potius septimodecimo aut vigesimo die complebit: quę omnia similiter septimodecimo diei euenire sciri cupimus, cum si in eo cōcoctionis notæ apparere cœperint, non illico vigesimum die, cuius ille index est, morbus iudicacionem habebit, sed potius quartovigesimam aut vigesimo septimo: quia imbecillus & defatigata virtus, in eo tempore victoriam cōsequi potest, non verō in illo exiguo, inter septimumdecimū & vigesimum intercepta. Caterū, vt noscant medici quo die morbus terminabitur erroribus non admissis differantq; naturę ministri re vera medici ab iis qui nomine medici tantū sunt, rerum experientia nulla sulti, & qui tantū iusta naturę ministri appellatione absunt vt etiam maximē contrarium nomen ipsi conueniat hostibus videlicet, & naturę ipsius tum ægrotantium hostibus iure appellatis: scire licet, quod si concoctionis, aut v-

ctori

ctorię notæ vndecimo die apparuerint, hoc est improuisę videantur, iudicium quartodecimo die non fiet, sed potius septimodecimo, aut vigesimo: ita si eędem notæ septimodecimo die apparuerint, non vigesimo die morbus iudicabitur: sed potius quartovigesimo, aut vigesimo septimo. Si tamen ante vndecimum diem notæ victorię & cōcoctionis alicuius præerant, & vndecimo intensiones monstrantur, ac magis appætes, tunc scire licet quod morbus quartodecimo die iudicabitur, modō medicus, vt dixi, in nullo peccet, nec æger, aut ministrorum quisquam errorem committat, quę omnia septimodecimo diei quoq; euenire, scias velim: quia si victorię, & concoctionis signa antea apparebant, & in eo intensiora, & magis clara propalātur, vigesimo die iudicatio fiet: in vulneribus capitis porrō vndecimus dies, quartumdecimum maximē indicat, vt experientia cōprobatum habeo. Caterū tradit Galenus lib. 2. de Diebus decretoriis, quod si materia vsque ad septimum diem sit cruda, quod morbus ante vigesimum iudicari non potest: item si materia vsq; ad decimum quartum cruda appareat, ante quadragesimum morbus non iudicabitur: quod si ad vigesimum vsq; materia cruditate seruet, tūc morbus ad sexage-

simum prorogabitur, nec antè iudicium habebit. In reliquis verò ordo non seruatur, quia in illis iudicium exquisitum non sit.

*De duodecimo die.*

**D**uodecimus dies nullum habet officium, præter quàm numerum diebus addere. vnde Galenus lib. i. de Diebus decretoriis, inquit, Rari quidem sunt morbi, qui in duodecimo terminantur die, adeò vt nobis visi sint adhuc nulli, & si cui aliquando ante nos in duodecimo die crisis euenisse visa est, vel imperfecta, vel infida, vel periculosa, vel obscura, vel sine signis, vel omnino ad malum accidere visa est.

*De tertiodecimo die.*

**D**ierum decretoriorum duos ordines describit Gale. alterum primæ notæ, alterum verò secundæ: primæ notæ decretorii dies sunt, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, nonus, vndecimus, decimusquartus, decimusseptimus, decimusoctauus, & vigesimus. Secundæ notæ dies sunt, octauus, decimus, duodecimus, decimussextus, decimusnonus. Primæ notæ dies decretorios, bene soluētes morbos appellamus. Secundæ verò notæ dies nō bene nec subito morbos soluētes. Inter istos igitur bene soluētes, & non bene soluētes dies, tertiusdecimus dies medium tenet, quia nō tam bene soluit

soluit, vt dies primæ notæ, nec tam malè, vt dies secundæ notæ: vt Gale. lib. i. de Diebus decretoriis, de eo ita tradit, Medius inter hos ordines, dierum subito non soluētiū, octaui, dico, decimi, duodecimi, decimiseptimi, deciminoni, quos iam retulimus, & tertij, quarti, quinti, sexti, septimi, noni, vndecimi, decimiquarti, decimiseptimi, decimioctauus, vigesimi, decimustertius maxime videretur mihi esse positus, nec scilicet ita reiiciendus, sicuti hi qui secundæ sunt sortis: nec ita soluere morbos natus, sicut ij qui primæ sunt notæ. hæc tenet Galenus. Est igitur tertiusdecimus dies decretorius, præsertim in morbis, qui impares accessiones habent, quia fortissimus eorum est, qui non decernunt: imbecillissimus verò eorum, qui decernunt, vt libro secundo citati voluminis apud Galenum quoque legitur.

*De quattodecimo die.*

**S**eptimi naturam decimusquartus maxime imitatur dies, vt testatur Galen. lib. i. de Diebus decretoriis: vnde post septimum diem decretorium decimusquartus palmè obtinet: tamen non desunt aliqui qui decimoquarto maiorem in iudicando tribuant dignitatem quàm septimo, argumentum à Lunæ oppositione sumētes, in quo aspectu maior oritur inimicitia, quàm quouis alio



tempore: quibus verbis, verba plura alia con-  
 ceruāt & accumulāt, à quibus nō facile stu-  
 diosus iuuenis se extricare poterit, imò ita  
 labyrinthum inextricabilem texunt, vt si quis  
 improperet (vt Plinianis verbis utar) sine glo-  
 mere fili exitum inuenire nequeat. Proinde  
 iis omissis, dicamus, quòd quartusdecimus  
 dies acutorū morborum terminus est, quos  
 potentissimè decernit, ac iudicat, & in quo  
 morbi illi, qui olim septimo die iudiciū ha-  
 bebāt, nunc terminū habent, ex eo quia ob  
 hominū ingluuiē & intemperantiam, graui-  
 ores & magis leui humores sunt redditū: vnde  
 morbi acuti longinquiores quoque sunt facti,  
 & in longius tempus eorum iudicia protrahuntur,  
 quàm quatuordecim dierū spatium, in quibus  
 olim solui dixit Hippo. Ceterum per hæc à nobis dicta, facillimè quæstio dilui  
 posset illa, quā Galenus lib. 2. de Diebus  
 decretoriis proponit, dicens, Incidunt autem  
 nonnullæ quæstiones logicæ, quæ disputationem  
 requirunt, sicut & hæc: Morborum qui apud  
 omnes acuti habentur, nonnulli decimum  
 quartum diem excedere videtur: quum tamen  
 Hippocrates ipsis terminum hunc diem, in  
 Aphorismis constituit, tamen quia Galenus  
 ibidem alias nititur dare rationes, nos paululū  
 morabimur, eas quales quales sunt, citando:  
 promptum quidem erat

erat dicere (inquit Gal.) propositæ quæstioni  
 satisfaciendo, acutorum morborum terminum  
 sæpius accidere cōsueuisse in quartodecimo  
 die: rarò verò post quartumdecimum. Vnde  
 Hippocrates solum id quod crebrò oculis vsurpauit,  
 nusquam id quod rarò euenit pronunciat. Sed  
 aliam profundiorē sententiā ibidem Gal. tradit,  
 quæ magis Hippocratis sententiæ accedere videtur:  
 scilicet acuti morbi quartodecimo terminantur  
 die, illi præsertim qui vehementia & acutorum  
 impetu incipiunt. Secus autem illi alteri,  
 qui planè inceperunt, tanquam submersi ac  
 ex profundo venientes, lento motu, graui &  
 obscuro, qui etsi post primum quaternionem  
 exactè acutorū motum receperunt, decimum  
 quartum diem tamen excefferunt, quanquam  
 ipsum non excedere dixisse melius esset: quum  
 si ab hora qua acutorum motū habere cœpit,  
 morbus cōputetur, ipsum intra quartumdecimū  
 terminari inueniemus: nouit hæc Diocles (inquit  
 Gal.) phreneticos nō à primo die statim fieri,  
 sed procedēte morbi tempore: ergo si quis  
 phrenitide captus, vigesimo die liberatus sit,  
 credere est, hunc intra quartumdecimū suum  
 diem, crīsum sustinuisse, quia supputatio  
 nō aliunde quàm ab hora phrenitidis inceptio-  
 nis fieri debet. Ceterum, i

quartusdecimus dies finis secundæ hebdomadæ est, initium verò tertiæ in quo capitis vulneribus affecti maximè iudicantur, vt longa experientia comprobatum habeo.

*De quintodecimo die.*

**D**ecimus quintus dies, vt Diocli placet & Archigeni, tertię hebdomadę principiu est, & vigesimus primus eiusdem finis. Gal. tamen quintumdecimũ diẽ parui facit, habet tamẽ decimitertij diei non nihil naturæ, in quo ob materiæ tarditatẽ, morb⁹ qui tertiodecimo terminari debuerat, decernitur.

*De sextodecimo die.*

**S**extusdecimus dies, nullius est considerationis, quia in eo morbi nunquam visi sunt iudicari.

*De septimodecimo die.*

**S**eptimusdecimus dies, medius est inter decimũ quartũ, & vigesimũ diẽ: propterea, sicut quartus dies septimũ indicat, & vndecimus quartũdecimũ, ita septimusdecimus, vigesimũ: validius tamen in hoc septimodecimo die decernuntur morbi, quàm quarto die, aut vndecimo, quia qui quarto decimo iudicari cœperunt, septimodecimo perfectè decernuntur: ideo Gale. lib. 2. de Diebus decretoriis, inquit, Septimusdecimus dies, inter coincidentes non est numerandus, sed inter validos & primæ notæ.

*Di*

*De octauodecimo die.*

**D**ecimus octauus dies (vt Diocli & Archigeni placet) vigesimiprimi index est: quia vigesimumprimũ diẽ, tertiæ hebdomadæ vltimum constituunt terminum: adeò vt decimus octauum ad vigesimumprimum diem constituent, tanquam quartum ad septimum, vel vndecimum ad quartumdecimum. Galenus tamen rarò id euenire fatetur.

*De nonodecimo die.*

**N**onusdecimus dies nunquam decernit, vt Gale. testatur, quem cum duodecimo & sextodecimo adnumerat, qui nunquam visi sunt decernere: si tamen decernunt, id efficiunt imperfectè, infidè, non tutò, & sine notis.

*De vigesimo die.*

**I**nter magni nominis decretorios dies, vigesimus tertias possidet, non verò primus & vigesimus, vt Galeno placet, lib. 3. de Diebus decretoriis, qui vigesimus decimũ septimũ, vt diximus, pro indicatio habet. Decretorius igitur vigesimus is dies est, in quo plures decernuntur morbi, vt abunde ex iam dictis constat. Post vigesimum, & vigesimumprimũ diem, decernunt sequentes ij dies, vigesimus quartus, vigesimus sextus, trigesimus primus, trigesimus quar-

d s.

rus, trigessimusseptimus, quadragessimus: post quadragessimum verò diem (vt testatur Gale.) omnes sequentes languent, coctione potius & abscessibus, quàm iudicationibus morbos finientes: sexagesimi tamen, & octuagesimi, & centesimi, & centesimi vigesimi Hippocr. meminit, post quos, ad mensum hebdomadas descendere est, quia centesimus vigesimus dies, quatuor cõplet menses. Est igitur quartus mensis septimi index, & cætera: deinde ad annos deueniendum eo ordine quoque erit, vt hodie in generosa & magnifica Catherina Gondulana obseruamus: ad quadragessimum tamen vsq; diem morbi prorogati, sua habent nomina, quia alius exactè peracutus est, intra quartum diem terminum habens: alius peracutus dictus, intra septimum, alius acutus simpliciter, intra decimumquartum, alius non exactè acutus, intra vigesimum, alius ex decidentia acutus, vel acutus conuersiuus dictus, intra quadraginta dies iudicium suum habens. Cæteri verò morbi chronici, id est longi & diuturni dicuntur, qui (vt dixi) potius concoctione & abscessibus finiuntur, quàm iudicationibus. Cæterùm, hæc hucusque dicta, vt curationibus deseruientia, à nobis sunt prælibata: proinde tempus est ad curationes calamum adhibeamus.

A M A



## AMATI ME- DICI LVSI- TANI

CENTVRIA PRIMA CVRA-  
tionum medicinalium suarum.

*Curatio prima, habita apud Lusitanos, in qua agitur de vipera mortuus curatione.*



VELLA rustica nata annos tredecim, quum vnà cum matre in agrum descalsiata absq; calopodiis exiret, & messoribus, vigente ætate, cibum deferret, incauta in medio itineris à vipera in pede dextro morsa fuit. Mater verò puellam sic punctam & afflictam animaduertens, in oppidum quàm citissimè fieri potuit, retrahere se accelerat: vt cunq; tamè properans, medicamentum pro salute filię machinatur, & ecce thymelæam fruticè offendit, ad quam confugit, & ex ea corrigias parat, quibus

quibus crus affectum parte alta prope genu ad poplitē ligauit, optimo sanè consilio, ne vis veneni altā corporis subiret partem. Interpositis itaq; tribus horis à pūctura, puellam sic affectam ad me deferunt: erat enim tum temporis iam tibia multis & variis maculis liuidis & rubris variegata, adeò ut femur quoque ascenderēt, bilem ut mater retulit euomuerat, sed tūc, præfens in quosdam totius corporis tremores, cum vertigine & animi defectu incidit: quapropter cum cōstantius morsum locum animaduertens, in pedis parte alta, tarso siue pedis raseta dicta, duo nigerrima signa deprehendo: ex quibus iudico, morsum illum à masculo vipera illatum esse, quum duos tantum caninos vipera mascula habeat dentes, fœmina verò quatuor: nec tantum periculi adferat masculi morsus, quantum fœminæ, præsertim si post cibum morsus fuerit homo, veluti huic contigit puellæ. Nullo igitur interposito medio, per chirurgū præsentem locum punctum, vulnusculis profundioribus per ambitum scarificare iubeo, & cucurbitulas multa ignitas flāma admouere: quibus sanguis ater & virulentus latitans, abunde fuit extractus: sed & vniuersam tibiam leuioribus vulnuculis scarificari quoq; iussi, sanguinemque tandiu ex illis fluere, quoad sua

sponse

sponte cohibitus fuit. Tunc verò ex alliis, ac acribus cæpis, optimè pistis, theriaca adiecta, confectum emplastrum loco demorso admouere curauit, in potūque illi theriacis drachmas tres, meracioris vini vncias quinque dissolutas, propinauimus: post hæc verò, quatuor interpositis horis, panarellā alliis cōcinnatā, in victu obtulimus, à somnōq; abstineret quantum possibile esset, monuimus. Sequenti verò die puellam quoque tremoribus corripit deprehendi, minoribus tamen (cœperant enim iam sumi venenosi cor petentes minui, ad infimāsque partes retrahi) tunc ieiuno stomacho, succi foliorum fraxini vncias quatuor in potu dedimus. Est enim medicamentum hoc omnia antidota in hoc casu excedens, ut latius commentariis nostris, ad Dioscoridem in lucem æditis, diximus. Emplastrum porrò dictū è nouo paratum, iterum loco per tres sequentes admotum fuit dies, in quibus quoq; & aliis sequentibus, prædictum fraxini succum ebibit: iam enim puella melius habebat, & à tremoribus & animi anxietate, ferè leuata erat, sed ex vulneribus profundioribus loco demorso adhibitis, oleosa quædā sanies fluebat, imò vulnera ipsa denigrata quodā modo apparebāt. Elapsis igitur quatuor primis diebus plaggē, caprarum simus cum bac-

carum

carum lauri ac euphorbij puluere vino mixtus ac calidus in splenio siue plagula apponebatur, cum quo sanies illa iam æruginosa facta, optimè exibat, & eo per quatuor alios sequentes dies vsa fuit, postea hoc vnguentum parare feci, quod habet, R. Pulueris aristolochiæ longæ vnc. ij. brioniæ, haftulæ regiæ, id est, asphodeli añ. vnc. j. galbani, myrrhæ, añ. vnc. sem. Olei laurini cum cera. q. suff. fiat vnguentum, & in splenio hoc est pâniculo lineo, forcipibus multum inciso, loco morso bis in die applicetur: quo remedio per mensem ferè integrum vsa fuit. quum vulnera ita longo tempore aperta sicut opus est, tandem vnguento basilicone ad cicatricem vulnera redacta sunt, & ipsa puella integræ sanitati restituta. Cæterum Norcheriæ octo milliaribus à Fulgineo ciuitate, Gentilis illius magni Auicennæ interpretis patriæ, saluberrimus fons est, aqua frigidissima plenus, in qua si à viperæ aut serpentibus demorsi demergantur, at per horam ibi manserint, sani & liberi euadunt, quod euenire forsan contingit, quia gelidæ frigiditas, veneni viperini caliditatem infingit, ac obtundit, & hebetat.

## SCHOLIA.

Viperæ, Græcis echidna, vel echis dicitur, Italis verò marasus, animal in totum permissiosissimum

simum ac venenosum, Europæi ferè omnibus notum, longitudine cubitali ad summum, capite presso, stricto, crassitudine baculi, in cuius dorso catena multis variegata coloribus conspicitur. Oculi verò illi truces, subrubri. Nam dentes viperæ masculæ duo canini sunt, fœminæ verò quatuor. Est certè animal hoc paruum, sed serum & truculentum, quod quum ab homine percutitur illum inuadit, vt mihi puero eas venæni pro pastillorum preparatione in Lusitania, vbi maxima illarum copia reperitur, contigit. Cæterum dicitur viperæ, quod viuum animal pariat, non verò quòd vi pariat, aut quòd in eius partu illius disumpantur viscera, laceratæ aut rosa euadant, vt multi hucusque autumârunt: expertus enim sum viperam parere, & integram absque discrimine, & noxa permansisse, prægnantem autem viperam in pixede viuam habuimus, vbi fetus suos peperit & illa sola permansit. Proinde Plin. in hac re minus bene Aristotelem percipit, quum Aristot. vltimo cap. lib. 5. inquit, Viperam ex ovo intra corpus catulum gignere, qui catulus quibusdam obuoluitur ligaturæ membranulis, quas membranulas catulus postquam in lucem prodit, dirumpit, sed cum hoc quoque contingit, quòd catulus sic membranulis obuolutus in utero materno adhuc existens, vt foras exeat eas dirumpat. Nò enim dixit Aristot. quòd catuli viscera materna partus tempore rumpunt, sed membranulas quibus obuoluntur. Sed Plin.

Plin. Aristotelem male intelligens, pro membranis viscera materna vertit. At hæc pro nunc sufficiat, quum commentariis nostris super Dioscoridem aditis ea abunde exposuimus. Ceterum Archigenes, Gal. Paulus, Aetius ac Dioscorides in curatione morsus viperæ iubent egrotantem multo vii meraco vino, & allii, ad eò ut affirmant, si morsu viperæ affectus, multum ebiberit vinum, & multa comederit allia, nullo altero indigebit remedium genere: tantum fidei huic præstantissimi tribuunt remedio. Sic enim Paulus, ut aliorum verba taceam, libro quinto sue medicinae, cap. decimotertio, in quo de viperæ morsu agit, inquit, in curatione autem præstantissimum remedium est allij esus, & vini meraci potio, ad eò ut si aliqui vii sustineat, nullum præterea remedium desideret. hæc Paulus: quem Auicenna ut plerumque imitatur, ita quoque illius subscribit verbis in hac eadem curatione, cuius interpres ineptissime localliorum, somnum, non sine vita hominum periculo interpretatus est. Sed ille (ut rem declarem) nominum vicinitate deceptus fuit, quum Arabibus TAVMI allia significet, NAVM verò somnum: vice igitur taumi, siue tumi, id est alliorum, naum id est somnum vertit. Proinde qui Auicennam virum mea sententia doctissimum, & cui post Galenum secundas dare debeamus, legerint, illius verba perpendant, ac magna animi aduertentia examinent, opus habent, quum multis &

varii illius canonis scateat erroribus. Qui mea sententia non Auicennæ, sed interpreti potius tribuendi sunt. Faxit deus, ut nobis aliquem Arabi eò & Latine loquentem mittant medicum, qui Auicennam Latiniorem ac incorruptiorem faciat, consecerat enim opus hoc Iacobus Mantinus, Hebræus, vir multarum linguarum peritissimus, ac medicus doctissimus, qui iam nonnullas partes Auicennæ doctissime interpretatus fuerat. Veluti primam Fen primi libri, & quartam primi, & primam Fen quarti, ac nonnulla alia, nisi malus quidam genius eum à tam felici successu retraxisset, conuocaueram enim ego hominem, quum Venetiis agerem, ad hoc complendum opus, & quasi iam in hanc meam heresim hominem traxeram, nisi patrius quidam Venetus Damasci Syria ciuitatem petens, ut ibi publicus Venetorum esset negotiator, secum duxisset, à quo itinere ~~Didacus~~ Didacus Mendocius, Caroli Quinti Imperatoris apud Venetos vigilantissimus Orator, illum nunquam retrahere potuit: ubi intra paucos dies vitam cum morte commutauit. Dabit tamen Deus aliquem, qui nobis integrum Auicennam restituat, Latiniorem faciat ac politum emitat. At, ut verum fateamur, hoc hodie Germanis utpote viris doctissimis, & linguarum peritissimis debetur. Si cui tamen Italarum opus hoc committi deberet, id merito committi posset hodie Bartholomæo Eustachio illustrissimi Verbanis Du-

*cui medico ingeniosissimo ac doctissimo, & multorum linguarum peritissimo.*

*Curatio secunda apud Belgas habitata, in qua agitur de cholici doloris curatione.*

**V**XOR Gasparis Centurionis Genuensis Belga, ætate florente, temperatam sanguinea, obesa carnosaque, in delitiis agens, optimo semper assueta victui, & multo vini potu, in cholicos dolores incidit: laborabat, multum sitiebat, parum egerebat, non dormiebat, dolor erat intensissimus à iecoris regione incipiens. Pro cuius recuperanda sanitate accersiti sunt duo celebres medici: vnus Dionysius, olim regni Lusitaniæ medicus, qui non multum antea Antuerpiam, celeberrimum totius Europæ emporium, vbi hæc contigere, peruenisset: is est ille contra quem Brisotus Gallus, vi longiori vita dignus, doctissimam Apologiam de pleuritide euulganit. Alter magni iuxta nominis Lusitanus, apud ipsos Antuerpienses diu agens. Ij igitur huius mulieris curam suscipientes (omnia contra morbum cholicum à frigiditate euenientè parant) huiuscemodi adhibuerunt: Enema ex oleo rutaceo, laurino, anethino, chamæmelino, liliateo, irino non minus decocti

pati

parata ex ruta, anetho, chamæmel, meliloto, semine carthami, & viticæ, adiectis variis aliis rebus ad effectum cholicum, ex frigido humore ortum, facientibus. Inunctiones quoque calidæ omnino erant, veluti omnia, quæ in cibo & potu sumebatur: quibus peius ad tertium vsq; diem semper habuit. Demum vocatus ipse, quum ad eam deuenissem, interrogare cœpi ab assistentibus medicis, Quænam morbum patiebatur, & ex qua causâ, & quot iam diebus, & an venter secedebat, & quo victu eam tractabant, simul & quibus medicamentis curabant. Respondent, Morbum esse cholicum, à pituita factum, contra quem medicamentis calidis utebantur, parum tamen proficietibus, ob morbi malignitatem. sic enim illi loquebatur. Ego verò noscens morbum calidum, ortum à bile intestina rodente, curationem longè contrariam auspico. Testabatur autem morbum à bile euenire, signa hæc: primum, quod dolor acutissimus erat: secundum, quod mulier hæc sanguinea erat multo vtens vino, item quod intesum febriebat, & multum sitiebat, & quæ emittebat excrementa, bilis sapiebant: quibus addere est, quod medicamentis calidis semper peius habuit, immo vinum generosum Hispanum, stante dolore, ebiberat, post cuius potum

dolor increbuit, & symptomata omnia au-  
cta fuere. Quibus omnibus animaduertis,  
iubeo illico cubiti internam, quam ieco-  
rariam dicimus, venam secare, sanguinẽq;  
extrahere ad uncias octo. At interim dum  
sanguis fluebat, dolor omnino remitteba-  
tur, sed post fluxum & oclusam venam, do-  
lere, vt prius, cœpit. Post hanc verò sangui-  
nis extractionẽ iecori & parti dolenti admo-  
uendum curavi linteolum rubrum tepidũ,  
succis sequentibus intinctum, qui habent,  
R. Succu endiuix, cichorij, an. libram me-  
diam. la stucæ, acetu rosati unc. ij. Misce, hoc  
autem epithemate, sæpe renouato, dolor  
remitti cœpit. Vesperu tandem, clysterem  
istum immitti iubeo, qui habet, R. hordei,  
maluarum, an. unc. j matrum violarum, pa-  
rietariæ. In libris duabus aquæ fiat deco-  
ctio sufficiens: facta decoctione & colatura  
accipe decocti tepentis uncias quatuordec-  
cim, olei rosacei violacei an. unciam vnã  
& mediam, vitellos oui optimẽ quassatos  
numero duos, diapsilij drachmas sex, salis  
drachmã mediam, sacchari ex insula sancti  
Thomæ, quod rubrũ officinæ appellat, unc.  
vnã: misce. Hoc autẽ multũ bilis excreuit,  
non eo tamen, vt dolor penitus leuatus fue-  
rit. Sed ecce, in nocte dolor intendi cœpit:  
qua de causa venam interiorem, malleo-

lum

lum perreptantem, saphenam dictam, ape-  
rire iubeo, sanguinĩsq; toridem uncias flue-  
re, quot manẽ. Hæc enim sanguinis extra-  
ctio multũ conduxit, quũ dolor omni ex-  
pre ferẽ leuatus fuerit, sed interposito post-  
eà, à sanguinis extractione exiguo tẽpore  
iterum de dolore queritur, & magna pre-  
mitur siti: proinde rogat me frigidã aquam  
illi bibendã tradã. Ego verò noscẽs gelidã  
iuuamentũ afferre posse, cõcedo lubenter.  
Deus bone, vix exhausto poculo, dolor subi-  
tò leuatus fuit, vt opus incãtamento simile  
assistẽtes clamauerint: & quod magis admi-  
randũ fuit, dolor amplius nõ rediit. Sequẽ-  
ti tamen aurora, cassiæ fistularis semiunciã  
pulpe, cũ rhabbarari drach. integra, in aqua  
endiuix dissolutas bibẽdũ propinaui, quo  
medicamento sanitati sigillum dedimus.

## S C H O L I A.

*Quum hæc tractabamus, in mētẽ venerat me-  
dicus ille Italus, qui ferẽ omnes cholicas affectio-  
nes frigidis curabat remediis vt de eo testatur Pau-  
lus Aegineta, libro tertio sue medicinae, cap. 43.  
qui sic plurimos, præter omnium opinionem, per-  
sanauit. Animaduertant igitur recentiores me-  
dici, qui quum hodie ad cholico dolore laboran-  
tes accedunt, illico ad calida confugiunt medica-  
menta, non sine tamen ignominia, ac artis medicae  
dedecore.*



*Curatio tertia, in qua agitur de duplici tertiana curatione.*

**E**Mmanuel Cirinius, nobilis & magnificus, Ioannis tertij regis Lusitanæ apud Antuerpiam negotiorum procurator, siue factor, vt vocant, vir ætate quinquagenarius, natura biliosus ad vstionem declinans, magnis occupationibus, & ingentibus laboribus oppressus, in febrem incidit, quam duplicem tertianam appellamus, & illam quidem acerbam, mirum in modum affligentem, quæ, vt notæ indicabant, non multum ab exquisita differebat. Omnibus igitur ad curationem paratis, & euacuationibus tam per sanguinis missionem, quam per pharmacum adhibitis, quum semel in paroxysmo (vigente ardentissima illa febre) nimia siti cruciaretur, me rogat illi gelidam bibendam tradam, cui lubentissimè obtemperans, ad satietatem vsque concedo, à cuius poru multam flauam, citrinam, siue pallidam dictam bilem euomit, & melius habuit, vt ita intra viginti dierum spatium sanitati fuerit restitutus magnificus ille & liberalis vir, qui tunc pro hac curatione mihi trecentos largitus est aureos ducatos.

## S C H O L I A.

Dicitur tertiana duplex, febris biliosa singulis affligens diebus, cum rigore, ab vno tantum decidens loco, due verò tertiana & si simili affligant modo, differunt in hoc, quod earum materia non ab vna deciditur parte, sed variis potius locis, vt Herculano, viro sua ætate docto, placet. Ceterum, si verè loqui volumus, due tertiane illæ dicendæ sunt, quæ omni tertio die bis affligunt, vt hodie bis, manè nihil, tertio verò die iterum bis redeunt. Galen. tamen, & duarum tertianarum, & duplicis tertianæ, libro secundo de Crisibus, meminit, quas singulis diebus inuadere, inquit, nullam inter eas ponens differentiam, vt apud libellum de Typis quoque quæ legere poterit, in quo & illarum quoque mentionem fecit. Ceterum in febribus biliosis & sanguineis, nunquam ad satietatem vsque conuenire omnes fatentur medici, Hippocratem nimirum medicinæ parentem secuti, qui libro tertio de Ratione vinctus in morbis acutis, vbi de aqua agit, ita, *Aqua, quæ in acutis bibitur morbis, nullum sanè habeo aliud quod illi concedam officium, id est, aqua præter inuamentum quod adfert febricitantibus, multa ebibitæ, nullum de illa habeo quod dicam, quod ita esse quadragesimo secundo textu ipse Hippocra. exponit, quum dicat, In quibus autem maxime aqua vtendum sit, & quando valde multa, & quando modica, & quando gelida,*

& quando calida partim quidem antea dictum  
 est, partim vero suo tempore dicitur. *Hælenus*  
*Hipp. textus*, quem *Gale. maximè* adnotat, ob  
*Erasistratum* malitiosè accusantem *Hipp.* & il-  
 lius discipulos *Apollonium* & *Deuxippum*, qui  
 ait cereos cyathos duodecim in sextatili cotule cy-  
 tho effinxisse, atq; unum ex his vel duos febrien-  
 tibus admetiri, quum tamen *Hippoc.* non hie so-  
 lum multam dari aquam meminerit, sed variis a-  
 liis in locis, præcipuè ultimis verbis libri quarti de  
 morbis popularibus: ubi inquit, In febribus acu-  
 tis siticulosi, à medicis potu interdicto, aut etiam à  
 seipsis abstinentes, multum sibi bibere posse vi-  
 dentur: his aqua frigida data ut venomiant pro-  
 dest, biliosa enim aderunt. Prætereo quæ ab illo,  
 lib. 6. de morbis populariter vagantibus tradun-  
 tur, & ad *Galenum* accedamus veræ medicinae  
 maximum assertorem, ac (ut ita dixerim) amplia-  
 torem, qui frigidam aquam in febribus sanguineis  
 & biliosis valde multam tribuit, immo febres san-  
 guineas, quas synochas vel continentes appella-  
 mus, nisi altero horum remediorum, videlicet san-  
 guinis extractione, vel multo aquæ frigidae potu,  
 vel utroque simul curentur, propelli non posse con-  
 tendit, ut paulò inferius locum signabimus, è libri  
 nono *Methodi medendi*: libro vero de *Causis pro-*  
*satarcticis* *Gorgiam* suum alloquitur, & tan-  
 quam testem contra *Erasistratum*, & ipsius se-  
 ctatores adducit: qui præter illorum dogmata,  
 aquam

aquam frigidam febricitantibus sepe magno iu-  
 vamento dare illum viderit, in quibus præcipuè  
 viscerum inflammatio non obstabat. Prætereo  
 rationes duas, quas contra *Thessalum* libro pri-  
 mo *Meth. medendi* pro aqua febricitantibus de-  
 scribit. Veluti ipsius voluminis sexcentos locos,  
 ut septimo libro, in quo ventriculo malè affectos  
 frigida potione uno die levatos, testatur, veluti  
 octavo, nono, decimo, & undecimo, in quibus  
 huius rei varium habuit sermonem, & eam in  
 febribus non tam non putridis, quam putridis  
 concedit, modò putridæ sanguineæ aut biliosæ sint,  
 & hæc sine continuæ aut interpollatæ, modò hæc  
 seruentur conditiones inferius dicendæ. Habita  
 consideratione consuetudinis, ætatis, nature, re-  
 gionis, & temporis, quia securius consuetis datur,  
 quam iis qui frigida potu non usi sunt, & secu-  
 rius bilioso iuveni, in regione calida, præcipuè in  
 æstate, quam contrario. Conditiones igitur dan-  
 dæ frigide ad satietatem, sequentes sunt. Prima  
 quod æger sit patiens febrem synochum, continen-  
 tem dictam, & hanc siue sine putredine, quam  
 inter ephemeræ reponit, quas frigide potu *Gal.*  
 facillimè curabat, ut ex historia libri decimi *Me-*  
*thodi medendi* percipitur, qui in feruoribus sub  
 canicula, ex ira febricitantem iuvenem, calidum  
 & siccum, frigide potu ad heminas duas, sanitati  
 restituit, in prima quidem accessione multam in-  
 signiter flavam bilè vomendo: siue cum putredine

quam duorum remediorum genere Galenus præpulsari ait libro nono *Methodi medendi*, attem sanguinis detractioe nullo non tempore, modo vires consent, adhibita, altero frigida potione quibus febribus biliosam continuam addere est sine intermittente, in quibus & frigida potio tunc dari potest, modo hæc alie sequentes ordine conditiones adsint. Secunda, quod eger robustus omnes vires habeat. Tertia, quod concoctionis signa appareant, quæ plerumque status tempore in lotio conspiciuntur. Quarta, ut nullum viscus internum debile sit, cuius defectu plures ob frigidam potionem in grauissimas affectiones lapsi sunt, videlicet gula, ventriculi, oris, iecoris, intestinorum, pulmonis, septi transversi, renum, & vesicæ, ut meminit Gal. libro nono *Methodi medendi*, capite quinto. Quinta, ut non adsit scirrhus, aut oedema, vel erysipelas compositum: nam erysipelas simplex verum dictum erysipelas, nullo meliori curatur remedio, quam larga frigida potione, ut testatur Galen. prædicto lib. nono *Methodi medendi*: ubi tamen egrotantem in febrem hæcticam incurrere timetur, phlegmonas augere minimi veremur, ut docuit Galen. 10. *Methodi medendi*, capite sexto. Sexta, ne sit magna meatuum obstructio: quia aliquam in putridis reperiri necessarium est. Septimam addit Galen. ne sit humor putridus, id est, ne putridus humor sit incoctus omni u

partu

parte. Concoctionem autem humorum adesse in tertia proposuimus conditione. Hæc verò omnes conditiones ad tres Galen. tantum libro undecimo *Methodi medendi*, capite nono reduxit, dicens, Ergo, si & vires cunctæ valentes sunt, & febris ardentissima, & concoctionis nota planè evidentes, frigidum homini dare audacter debetis. Quibus Paulus Aegineta subscripsit, libro secundo suæ medicinae, capite decimosextimo, quo de febrium putridarum curatione agit, quum dicat: Ergo si vires quidem robustæ omnes fuerint, & febris ardentissima, & concoctionis signa planè evidentia, frigidam cum fiducia exhibebis. Roborata enim natura (inquit Galenus nono citati voluminis lib.) solidarum animalis partium, prætenuatòs iam humores aggreditur, ita ut qui vitales sint, atque ad nutriendum habiles, hos quidem ad se trahat, inutiles vel per ventrem, vel per cutim eiciat. Sed hic obijciat Medicus curiosus, Si apparet concoctio, quæ nota est natura potentis supra morbum, ad quid igitur potus aquæ frigida datur? Respondemus, Ut morbus breuior fiat, & eger citius ad sanitatem pristinam redeat. Nam si ante morbi statum, & concoctionis apparentiam, aqua frigida potus egrotantibus daretur, multa inde incommoda sequerentur, quæ Galenus citat, videlicet, lentos & crassos humores attenuari digereque prohibet, imbecillas particulas corporis constituit: adhuc, nonnullis ilico spirandi difficultatem,

convuls.

conuulsionem atque tremorem conciliat. Item interrogabit, Si in intermittente febre dari frigidus debeat, quoniam in tempore particularis paroxysmi concedetur? Respondemus, In statu particularis paroxysmi quia tunc aut vomitu, aut secessu, aut sudore operabitur, ut Aetius sermone secundo, page septuagesimo secundo adnotat. Opera pretium tamen est animaduertere: ut aqua bona sit, quae febrientibus detur, quum praeter quod sincera, pura, absque odore & sapore sit, decet quoque coctilis sit: ut suadet Gal. commentario quarto in librum sextum de Morbis populariter vagantibus. Dicuntur autem aquae coctiles leues, stomachum non grauantes, quas laudantes, molles appellantur & in quibus legumina facile coquuntur, & ab eis nullum in ventriculo grauamen persentiunt quae eas bibunt, & ut paucis dicam, Hippocratis verbis, illae sunt coctiles aquae, quae cito calsum & frigesunt: Incoctiles vero dicuntur, quibus omnia contraria eueniunt, ut illis Gal. temporibus eueniebant, quae à Tyburtinis motibus per lapideos aqueductus in urbem Romam educebantur. Haec noster animaduertentes, carmina quaedam excogitarunt suo modo composita, in quibus bonae aquae notas describunt, quae Herculanus commentariis in Fen primam quarti Canonis Auicenna, recte teneo, citat, & ita habent,

Fons, casus, fundus, cursus ab origine distans,  
Subtilis, non recta, leuis, passibilis apte,

Multa & clara, parum vini toleransque sapore,  
Sicque & odore carens, liques hypochondria raptim,  
Non rebus confecta malis residerit a paruo  
Tempore descendit, coctum dissoluitur ipsa,  
Octo decemque modis primum cognoscitur vnda.

Haec vero omnia paucis illis à nobis citatis verbis pro dignoscenda bona aqua comprehendere, qui curiosus animaduertit, deprehendet, cuius inuamenta prosequitur Galenus lib. de vsu partium. quae nos, breuitati consulescentes, praetermittimus. Ceterum non deerunt scioli, qui ob id quod huius praecleari viri liberalitatem erga nos habitam memoriam, in nos debacchentur, asseuerantes mercedem meminisse, ut gloriam captem, & iactantiam Hispanicam emuler: quos nos cum sua inscitia dimittimus, scientes non nouum esse, mercedis à viri praecleari acceptas memoria tradi, ut apud Galenum legimus libello de Praecognitione, capite octauo, qui à Boetio, viro consulari Romano, ob restitutam uxorem, quadringentos aureos accepit: qui quadringenti aurei, ut testantur ij. qui & Arithmetices & veteris rei nummariae rationem habent, mille coronis solaribus equipollent, ut curiosè adnotat doctissimus condiscipulus noster Andreas Lacuna, in Gale. descripta vita; ad clarissimum iuxta ac sapientissimum virum, Ioannem Aquilerium medicum pontificium, alias apud Salmanticensem Academiam tempore equalem nostrum. Ceterum has duas tantum curationes

nes ex multâ myriadibus egrotantium, quos apud Antuerpiam per sex annos tractauimus in iunioribus statim huius centuriæ citare placuit, quum nolumus eo tempore curationes literis mandare nisi propositum erat.

*Curatio quarta habita Ferraria, & capitis intensissimi doloris curatione.*

**M**illes qui Caietæ Cæsaris stipendiorum sumerebar, ætate virili, robustus, fortis, natura melancholicus, ingentissimo capitis dolore cruciabatur, adeo, vt oculi illi foras exire viderentur, is post consultos Neapolitanos & Romanos medicos, quorum operam & consilio nihil quicquam profecerat, Ferrariam venit, anno iam exacto, quo primùm dolore isto vexari cœpit, ad quem accessurus, percunctor an nouerit ille originem unde morbus euenire possit, vel potius senserit aliquando in pudendis, vel capite vlcere, aut quauis alia corporis parte scedationem aliquam: omnia negat. Inquiro antea causas & rationes plures & varias, per doctissimos quosq; medicos adhibitas: demum, contra atrocissimum morbum adior, quæ à Gallica scabie originem traxisse suspicari iam cœperam, quod postea ita esse cœperi. Cœpit igitur medicamenta ad morbum faciendum

datæ, inter quæ catapotia Alexandri, quæ à nitro denominationem habet, numerare est, quibus non semel, sed bis & quater purgatus fuit: post quas vniuersales euacuationes, ad particulares descendit, cum cucurbitulis, vesicatoriis, embrochis, lixiuiis, tum & rubrificantibus. Demum ad Guaiaci decoctum peruenit: quod per quadraginta dierum spatium ebibit. Quæ omnia minimè valere; quum dolor, etsi aliquantulum remissior fuit, postea tamen intensus perseverauit. Peractis igitur laboribus, & lassato milite isto, ex tam sauo morbo, tantæque medicamentorum assumptione, quæ nihil ad rem fecerit, ego alioquin semper machinans contra tam atrocem & difficilem morbum, remedium statim cogito, nullatenus istum posse ad sanitatem peruenire, nisi eius apertum esset caput. firmiter enim credidi craneum corruptum esse, à quo tam saui, tamq; crudeles dolores oriebatur. Erant enim dolores, isti à sinapite inchoates profundi, oculos præcipue & eorum regionem præhendentes. Protinus ergo accessit chirurgus, nullo apparente tumore, aut vlcere, vel in cute tuberculo, amovitis per nouaculam pilis, illius caput fecari iubeo iuxta eam partem vbi dolor maximè vigebat, magno & ad cranium vsque penetrante vulnere, duabus lineis mutuo se per

medium secantibus confecto. Sequenti vero die quo iam cranium sanguine liberum melius videri poterat, non nisi illud liuidum & ad nigredinem declinans conspicio. Nam tunc primam & secundam laminam nouacula vsque ad duram meningem perforare iubeo, quo opere dolor remitti coepit: postea vero nonnullis interpositis diebus, quaedam ipsius cranei ossa foras exiire, quibus depositis, melius miles iste habere coepit, adeo iterum epoto guaiaci decocto, sanitati suae restitutus. Caeterum capitis sectionem perforationemue, vt caetera curauimus vlcera.

*Curatio quinta cholici doloris à lumbricis euenientis curatione.*

**V**XOR lapicidæ cholico cruciatu afflicta, post multa & varia adhibita remedia, epoto antidoto Mithridatico, teretem, sive rotundum, aut longum dictum lumbricum per os reiecit, & sana euasit.

SCHOLIA.

*Cholicum affectum à lumbricis oriri certum est, à quibus & alias affectiones gigni nonimus: veluti bulimiam famem insatiabilem: vt facta extat historia apud Trallianum libro tertio sua medicina, capite tertio, quam per otium legito.*

Curat

*Curatio sexta de lumbricis in stomacho genitis, & non infestantibus, & eorum curatione.*

**I**Nigus Lupus Cornelius, quum optima fingeretur valetudine, per os lumbricos eiiciebat, à quibus nullam noxam, aut dolorem, praeter vermium tantum taedium, percipiebat. Vt verò turpitudinem hanc effugeret, consului interpollatim carapotia ex aloë non lota deglutiret, fugereturque res pituitam gignentem, vt lac, caseum, cerasa, fructus, res dulces, & huiusmodi alia, à cuius multitudine lumbrici illi gignantur: proinde vinum biberet generosum, & minimè aqua dilutum suasi, veluti & iuscula acciperet, non nisi aromatis, & multo coriandri semini respersa: praeter caeteris verò nuges ieiuno stomacho comederet, veluti res acres, & bilem procreantes commendauit. Porro in acetario domestica vteretur ruta, salvia, menta, hyssopo, & nasturtio permixta, quibus optimè habebat, & securè perseuerabat, neque lumbricorum vltius vomitione illa vrgebatur.

SCHOLIA.

*Non est audiendus Aristoteles, qui praeter veritatem, & medicorum dogmata contendit, in stomacho lumbricos gigni non posse, vt apud ipsum*

f

est legere libro 4. Meteororum : gignuntur quippe non solum in intestinis gracilioribus lumbrici, sed etiam in ipso stomacho, ut experientia ipsa rerum magistra testatur, cui suffragantur omnes medicum & ratio ipsa, quia putrescente in ventriculi pituita, vermes ibidem ex illa gignuntur : ut quoque fateri videtur Augustinus Niphus maximus Aristotelis interpres. Intelligendum igitur, axioma Aristotelicum illud venit, vermes in stomacho non gignuntur, id est vermes in stomacho vel ore ventriculi bene disposito, & in quo putredinis non adest, non gignuntur : secus autem in male affecto, & putrescente pituita abundante. Ceterum lumbricorum omnium tres sunt species. Nam alij dicuntur longi, sive rotundi, aut teretes, qui plerumque in gracilioribus intestinis, & stomacho gignuntur, terrefribus lumbricis similes, qui saepe puero cucumerini, sive cucurbitini dicuntur, & a capite Graecis vocati, qui in recto intestino plerumque officiantur, sic cucumerini dicti, quod cucumerinibus similes sint. Tertij vero, lati dicuntur lumbrici, merito longi dicendi, quia ingētis & immensae sint longitudinis, quos Plinius non timeat, ut vetus habet lectio, sed taxias, id est fascias appellat, qui ut si immensa longitudinis reperiantur : inveniuntur quoque lati dicti in stomacho plerumque domicilium habentes, ut testatur Hippocrates lib. 4. de Morbis quos cucumerinos, vel cucurbitinos ibidem

ibidem quoque appellat, qui veluti & taxias, non ramenta, aut intestinorum pellicula in vermes versa sunt, ut autumant Aëtius & Paulus, sed potius ex putida & pituitosa materia gignuntur. Nec enim Hippocrates unquam dixit, latos lumbricos ex intestinorum porriunculis fieri, ut lucusque multi Paulum & Aëtium sequentes putarunt. Ita enim Hippocr. citato loco, ubi esse professo vermium latorum mentionem facit, tradit. Nunc autem de lumbricis latitudine dicam. Affecto enim ipsos in puero dum adhuc in utero est, nasci, postquam enim semel ex utero egressus est, non tanto tempore sterco in alua manet, ut ex eius duritudine ac putrefactione, tanta magnitudine animal generari possit. Exermit enim semper hesternum sterco per omnes dies, si sanus homo esse debet. Tale vero animal nasci non possit, etiam si multis diebus homo non egeret. Multa enim nascitur dum puer in utero est hoc modo, ubi ex lacte & sanguine coputescente ac redundante, utpote quod dulce est, prius factum fuerit feruidum animal isthic generatur. Nascuntur autem & rotundi lumbrici isthic eodem modo. Signum vero quod hac res ita se habeat, hoc est, postquam in lucem editi sunt pueri, mulieres ipsis in cibo offerunt medicamentum, quo sterco ex intestino exeat, & non comburatur, & simul ut intestinum dilatetur. Vbi vero cibum obtulerunt, multi sane pueri & rotundos & latos lumbricos in a cum primo stercore, excre-

nnant. Si verò non excreuerint, sunt etiam insupè  
que nascuntur in ventribus, & rotundi quida  
pariunt: lati verò non amplius, etiam si quida  
ipso parere dicant. Nam homo qui latum lumbric  
cum habet, veluti cucumeris semen excernit ali  
atque aliàs, vñà cum stercore ipso: & sunt homi  
nes qui hoc lumbrici partus esse dicunt: mihi ve  
non rectè dicere videntur, qui talia dicunt: n  
enim ab vno animali tot pulli generari possunt, n  
què eà est loci in intestino capacitas, vt partui  
ducere queant. Augescente autem puero, auget  
etiam lumbricus in intestino ab his que in ventrio  
lum ingesta sunt, & equalis fit intestino, quib  
dam in pubertate, quibusdam posterius, quib  
dam paulo prius. Et postquam intestino ad equi  
tus est, similitèr augetur, & quanto maior fact  
fuerit, vñà cum stercore excernitur de intestino n  
cto, & excidit velut cucumeris semen, sæpe veri  
tiam maior. Quibusdam verò iter facientibus, a  
labonantibus, & ventriculo talescente deorsum d  
scendit, ipsiq; prominat ex podice inflatus, hinc  
facit, & de podice refecatur, aut retrocedit. Sin  
verò quòd non pariat, sed ita habeat velut q  
dico; hæc sunt, Si quis cures hominem latu  
lumbricum habentem, & medicamentum dedi  
rit, aut potionem, si quidem fuerit homo bo  
preparatus, totus rotundus factus ad pile sin  
tam exit, & homo sanus euadit. Si verò ad m  
dicinam habeat, recta pars de lumbrico abrup

pit

pitur longitudine duorum aut trium cubitorum,  
aut etiam longè amplior, & vbi abruptus fuerit,  
per multum tempus signa cum stercore non pro  
deunt: postea verò augetur. Atque hæc argu  
menta sunt quòd lumbricus latus non parit, sed  
abrupitur. Est autem species ipsius, qualis al  
ba intestini rasura. Hactenus Hippocratis ver  
ba per Cornarium versa, in quibus latum lum  
bricum non intestini ramentum, aut pelliculam  
esse legimus: sed potius quòd lati lumbrici species,  
quem semini cucumeris similem diximus, qualis  
alba intestini rasura sit. Proinde Aetium &  
Paulum minus bene ex Hippocratis mente de hac  
re sensisse clarum est. Non minus quoque Galen.  
in hac re taxandum venit, qui commentario 3.  
Aphorism. enarratione 26. tradit Hippocratem  
de lato lumbrico nullam posteritati reliquisse me  
moriam, quòd falsum esse qui prædicta legit ver  
ba; tenet: ita enim Gal. ne quis ambigat citato lo  
co inquit; Rarior autem est lumbrici lati genera  
tio, qui & longissimus est, & sæpe per tota exten  
ditur intestina. Verùm de hoc nullam fecit Hipp.  
mentionem, quoniam neque eius erat propositum  
de omnibus agere passionibus, quæ mortalibus  
accidunt, sed de illis tantum quæ singulis etatibus  
accidunt. Hæc Galen. quibus nihil lucidius aut  
clarius dici potest. Qua de re vel dicendum est,  
quòd Gal. verba hæc corrupta & acephala sunt,  
aut quòd Hip. illa adiectitia sint, nõ verò germana.



*nec ex Hippoc. officina emanantia, quanquam uerum fateamur epichremata & ratiocinationes Hippocratis esse videtur. Caterum meminit Hipp. lib. 2. Epidemiorū, lumbricos magis vexare à meridie quam alia quavis hora, ut latius dicemus, quum dabitur occasio.*

### *Curatio septima de pleuritide.*

**V**XOR Cerdonis, nata ann. 38. inchoante autumno, pleuritide correpta fuit, in qua dolor ab imis costis ad summam humerorum compagem ascendebat: febris erat continua cum ingenti tussi, & spirandi difficultate: ad quam ingressus 2. die, ab eo quo primū corripī cœpit, ilico sanguinem ex axillari vena eiusdem lateris, ubi dolor erat, extrahere iussi ad unciasq; 8. fluere. Syrupum ex endiuia simplicē propino, & circa dolorem semiplenam vesicam aquæ ex decocto rosarum, parietariæ, chamæmeli, & violariæ: adiecto oleo rosaceo, chamæmelino & violaceo, cū pauco anethino admo- uendā curavi. Quibus melius ilico habuit, & dolor remitti cœpit: sed parum expuebat, pro qua complenda operatione, syrupum violaceum & capillorum veneris, ut cochleari interdū deglutiret descripsi: veluti loch ex alchæza sine aromatibus, & de farsara tusilagiue dicta, ut cætera taceam.

Demum

Denum 4. die, alui fluxus, diarrhoeam Greci nominant, licet Paul. Aeg. cœliacam lib. 3. c. 40. eam vocet, superuenit adeo infestās, ut intra 24. horas centies egerit, cui malo obfistere cupiens, clysterem ex hordei decorticati decocto immittendum iussi. Est enim hordeum decorticatum, ut Hippocr. lib. secundo de Dieta, siue Ratione victus, testatur, natura perfrigerans, & aluum sistens. Hoc autem enemate bis iterato, nulla illi admixta re, aluus restricta fuit, & sic mulier ista pristinæ sanitati restituta.

### SCHOLIA.

*Hinc conijcere licet, quod in hac pleuritide, id est, lateris dolore, alui profluvium superuenit in declinatione, & solutus fuit morbus, quod animaduersum velim, propter Conciliatorem, & alios morosos medicos, qui semper in declinatione pleuritidis, malum esse prædicant, ignorantibus Hippoc. & Galeni præceptiones, in quibus nunquam hæc dixere. Nam Hippocr. lib. 6. Aphor. Aphorismo 16. inquit, A morbo laterali, vel peripneumonia habito, alui profluvium adueniens malum. Que verba non sic superficie tenuis intelligenda sunt, sed potius ut Galenus ibidem enarrat, dicens, non simpliciter dixit Hipp. in morbo laterali vel peripneumonia aluum turbatā esse malum signū, sed adiecit habito, ac si dixisset, detento, atque vexato homini à talibus passionibus profluvium alui.*

superueniens, malum esse signum: quoniam ita se habentibus id solet aduenire non potente hepate ad se trahere alimētum, nec conuertere in sanguinem, & quandoque ventriculo idem alimentum corrumpente. In mediocri autem morbo laterali atque peripneumonia profluum alui superueniens potest prodesse, ratione euacuationis, & magis quum signa concoctionis apparuerint inesse passionibus, nec adest timor, sed morbus est citra periculum. In igitur verbis Galeni satis apparet, quod morbus sit vehemens & fortis, alui profluum semper est malum, quia virium imbecillitatem arguit, & cum hoc quod hepar compatitur, unde in spiritualibus & naturalibus partibus vitium est: si verò morbus sit paruus, vel mediocri, ratione euacuationis bonum esse poterit, & hoc præsertim, si signa concoctionis apparuerint. Si igitur hæc in hac re conclusio, quod alui profluum in vehementer oppressis & infestatis à morbo laterali, semper est malum signum: in mediocriter verò se habentibus multoties est bonum transmutationis ratione, vt huius Cerdonis contigit vixi.

### Curatio octaua de quartana curatione.

**P**ROBUS vir Ferrinus, natus annos triginta quatuor, quartana laborabat, cui cum multa & varia medicamenta, quæ tum atræ bilem, tum splenem respiciebant, daremus,

tandem propinato pharmaco atram bilem respiciente, die paroxyismi, quatuor horis ante accessionem, multa & nigra excreuit, ac liber à quartana euasit.

#### SCHOLIA.

Mirabitur hic prima facie bonus medicus, cur in quartana die paroxyismi, catarcticum medicamentum dare ausi sinus, sed bona fide desinat mirari, quum in quartanis febribus & spuris tertianis, in quibus humores crassi, viscosi, ac euacuationi rebelles sunt, præsertim si paroxyismi à prandio inuadunt, afflictionis die purgare optimum est consilium, vt huius rei Arculannus est author, qui de seipso, si rectè teneo, historiam enarrat, vir mea sententia, inter eos, qui sua ætate floruerunt, doctissimus, sed ante eum Auicennam hoc opus confecisse legimus. Nam Fen prima quartæ, cap. 12. cui titulus est, Confectio olei boni, in die afflictionis ad sedandum rigorem, agaricum dare mandat, nec tantum agaricum, sed etiam hieram, diacitonitem, diaphæniconem, & quod magis admirari est, pillulas fœtidas, quæ omnino euacuant & aluum soluant. Quibus medicamentis Gentilis de Fulgineo, vt ibidem testatur, pro simili complenda operatione semper vsus fuit, imò capite, de curatione vniuersali febrium putridarum meminit in die paroxyismi ex mente Mauri euacuationem moliri posse. Est enim Maurus vir medicus doctus, qui opus practicum edidit,

& hodie à nonnullis in precio habetur. Ceterum  
 huius euacuationis in die paroxyfmi ratio signa-  
 tur talis, quia commotione agitata materia faci-  
 lior ad expulfionem redditur, quam diuinus Hip-  
 pocr. contemplatus in quartana febre, in die paro-  
 xyfmi pharmacum dare mandat, vt ex iis verbis  
 quifq; percipere potest, quæ lib. de Affectionibus  
 non longè à principio sic habent, Si verò quartana  
 apprehenderit, fi quidem impurgatus fuerit, pri-  
 mum caput purgato, & interpositis tribus aut  
 quatuor diebus, pharmacum sursum versus pur-  
 gans dato in ipsa apprehensione. Et interpositis die-  
 bus rursum aliud deorsum purgans dato in ipsa  
 apprehensione. Hactenus Hippocrates in quibus,  
 vt legitis, in die apprehensionis siue paroxyfmi, phar-  
 macum deorsum purgans dare mandat. Nec est  
 quò quis confugiat, dicendo librum hunc de affe-  
 ctionibus Hippocratis non esse, sed ipsius generi  
 Polybi, vt Galenus asserere videtur, quum &  
 Polybus vir doctissimus fuerit, cui in hac parte fi-  
 des ampla habenda est, quia id quod longa experien-  
 tia tractauit, non deficiente ratione, literis man-  
 dauit, quem non immeritò multi & præclari me-  
 dici hodie sequuntur, hac vtentes operatione, in-  
 ter quos vnum superstitem citasse sat est Docto-  
 rem Alteretum publicè apud Salmaticenses me-  
 dicinæ professorem, virum, omnium Hispaniarum  
 consensu in curandis corporibus humanis admiràn-  
 dum, quem nos quoque sequentes varijs in locis per

viginti annos artem. medicam exercentes vali-  
 dum hoc opus, nec contemnendum experimur,  
 quia non tam antecedens pellitur materia, sed  
 ea, quam coniunctam dicimus, cuius absentia.  
 vt interpollatio, paroxyfmorumque reditus desi-  
 ciant, non paruum facit. Nec enim in hac exe-  
 quenda operatione timere est humorum putrido-  
 rum cum bonis miscellam, nec pharmaci motum  
 contrarium humoris motui, siue materiae in ipsa  
 exacerbatione commotæ; quia, vt diximus, an-  
 te paroxyfimum quatuor horas pharmacum pro-  
 pinandum est: non verò in ipsa apprehensionis ho-  
 ra, vt præcipit Hippocr. & post eum ceteri me-  
 dici. At hæc non omnibus scripta esse volumus,  
 sed iis tantum, qui medicinam magno cum iudi-  
 cio exercent: ceteri autem communes medici, vel  
 homines flagitiosissimi nefaria cupiditate detenti  
 ab hoc opere fugiant apprimè monemus, non mi-  
 nusq; hominum illud genus quouis ære Dodonæo  
 loquacius, quòd præter syllogismos, sophismata,  
 corollaria, suppositiones, ac tricas nihil adferre  
 norunt. Ne tamen illotis, quod aiunt, manibus sic  
 à quartana acuratione discedamus, scire licet, quòd  
 quartana affecti in principio morbi leuiter tra-  
 ctandi sunt, nec tum temporis illis fortis aliqua  
 euacuatio adhibenda, nec cum clystere, nisi for-  
 tè sanguis vehementer superabundauerit: tunc  
 verò vena incisa lienari, si sanguis niger &  
 crassus videatur, qualis in iis præcipuè, qui liene

laborant; audacius mittendus est. In initio igitur, pro bilis atræ purgatione non transcendem syrupum de epithymo cum decocto senæ, quod maximam habet in hoc casu prerogatiuam, aut castiam fistularem, vel diacatholiconem: deinde calidis & humidis alterare, ut syrupo de pomis saporis regis, de boragine, de vulgari buglossa, de lupulis, de fumo terræ, aliisve modicè calidis vel frigidis, iuxta varia vsta bilis genera, illis similes aquas destillatitias miscendo, vel melius decocta parata ex sena, polypodio, fumaria, lupulis, vni passu, thymo, epithymo, liquiritia, pomis dulcibus, boragine, buglossa, asplenio, id est ceterach, vel horum loco si syrups displicuerint, vtaur conditis consensu dictis, ex boragine, buglossa, scolopendrio, & aliis melancholiam respicientibus, aquas insuper easdem vires habentes bibendo: deinceps salsa, & synapi, piper, & diospoliticon, ac medicamentum ex tribus piperibus incidendi gratia quotidie in iusculis, & victu eger accipiat commendabimus, quibus solum à quartana liberatos plures vidi, eos à consuetis suis exercitiis non prohibendo, hoc vno ante oculos habito, quod quartana curari non potest, nisi splen prius curatus fuerit: proinde spleni & visceribus summopere providendum est, vngendo, illinendo, atque emplastrando, his que mollire ac laxare leniter possint qualia sunt, Butyrum, Oesypus, Lana succida, Oleanum amygdalinum, Chamæmeli-

num, Semen lini, Fœnygræcum, Althæa, Malua, Adeps, Medulla ossium, Cera, Carica, & que tota substantia splenem iuuare probata sunt, ut Ceterach, Thamariscus, & Cortex capparis.

Potentiora verò sunt, que post apparentem coctionem tuto adhiberi possunt, Ammoniacum aceto liquatum quod leniter decoqui debet, ne effervescat, Bdellium molle & pingue, & Styraç, Galbanum, Propolis, Semen apii, Radix iridis, Cuminum, Ruta, Anethum, Flos Geniste, Glans vnguentaria, quam Myrobalanum Græci vocant, medicamentum præ ceteris palmam in iuuando liene obtinens, ex quibus confici possunt fomenta, cataplasmata, vnguenta, cerota, linimenta, & si qua sunt viscera laxantia, & emollientia alia. Sed in principio leuibus, & primo ordine citatis: stante verò coctione, quod in morbi vigore, id est, statu fit, tunc potentioribus vtimur, acetum semper addentes, quod in omni topico medicamento splenetico adiungi debet, quia lieni acetum maximè conducit, ut testatur Gale. lib. 9. de Comp. med. secundum locos, lib. 11. & 14. Methodi med. & 5. Simpl. quia obstruentem incidit & extenuat, transitiem, demum ratione visceris conuenit, quia fermentatio illi non est molestâ. In principio tamen parum, in successu verò audacius acetum misceri potest: quartanariis tamen acetum nullatenus per os dari debet, ut paulo post contra

contra Arabas ex Gale. placitis, demonstrabimus. Tunc verò vt superioribus verbis orationem accomodemus apparente concoctione vera: rem dico, quia falsam sepe in quartanis apparen- notat Gordianus Gallus: potentioribus incidentibus medicamentis vitimur, & lotium prouocanti- bus, vt syrupo de radicibus sine aceto dicto, syrupo Byssantino sine aceto, syrupo prassinio: decoctis ex radicibus petroselini, apij, fœniculi, aspara- raji, rusci, corticum capparum, scilla, scolopen- drio, sine asplenio dicto. Arabibus ceterach, anetho, addendo que simul extenuent & aluum deiciant, vt senam, thymum, epithymum, polypo- dium, fumariam, & lupulos. Imò tunc sepe pur- gare tutum est, in medicamentis atram. bitem purgantibus, vt myrobalanis Indis, epithymo, thymo, sena, polypodio, diacatholicone, confectio- ne hamec, diasene, pilula fumiterre Indis, lapi- dis Armenij, lapidis lazuli cyanei dicti, & si- milibus. Sed tunc iam theriacam in die paroxyssi- mi pondere vnius drachmæ & semis, ieiuno sto- macho in vino albo pro iure dare optimum est consilium, humorum eruditatem fugentes, ut ex simplici quartana; dupla, & tripla fiat, ut inonet Gal. lib. 7. artis curatiue ad Glauc. cap. 11. & libello de præcognitione: vbi Eudemum philo- sophum Peripateticum ob intemperaneam the- riaces potionem in tres incidisse quartanas memi- nit: quem postea magna omnium Romanorum

admit

admiratione, ex omnibus tribus, vigente hyeme, liberauit. Cæterum quartana laborantibus ta- lis victus ordo institui debet, vt ad calidum vi- delicet & humidum declinet cibus, sitq; facili- concoctionis, nec flatuosus: à suillis itaque carni- bus arcendi sunt egri, atque ab omnibus edu- liis, quæ viscida & tenacia sunt, & tardum habent exitum, atque ab omnibus quæ refrige- rant, & exiccant corpus. Vitendum itaque est volatilibus, præsertim pullis gallinacis, capis, gallinis, & domesticis alitibus, non minus au- culis montanis, quæ optimi sunt succi, & in a- quis & paludibus non degunt: pisces quoque mol- li carne præditi, & tenacitate carentes, tunc da- ri possunt, vt sunt buglossus linguatatus dictus, perca, mullus, quem Barbonem Veneti, Hi- spani Salmonetum, Græci verò triglam appella- re solent, sardina, Græcis trichia dicta, auro- ra, lupus, Venetis Varolus dictus, Hispanis ve- rò Robalus, trocta, lucius, & similes, qui cum multo pipere, vel sinapi, vt carnes & cætera edu- lia comedendi sunt, vinum porrò album & tenue, mediocriter calidum sit: & ex fructibus vna paf- se Corinthiaca, pinea, amygdala, pistacia, & in si- milia ad obstructions vellelas accomodata. Ab a- qua omnino in potu fugiât, nisi scolopen drio cete- rach dicta herba incocta fuerit, aut thamarisco. Verùm linguam ceruinam philisim dictam à con- sortio harum herbarum eliminandam, vt pose con-

trarias

trarias vires habentem crediderim. Caterum ac-  
tum melancholicis, & quartana affectu, infestum  
esse docuit Galenus, qui in quartana incidere in  
aceto, nec oxymelite, nec Syrupis acetosis vnquam  
præcepit: quia vt primo libro de Facult. simp.  
med. cap. 31. tradit, fermentationem facit & me-  
lancholiam attollit, atque multiplicat, quæ omni-  
ante illum Hippocrates dixerat lib. 3. de Ration.  
victus in morbis acutis: vbi iterum Gale. ait, Au-  
tum melancholicis aduersissimum esse, maximè  
mulieribus, quibus accedet vteri lesio. Proinde  
quum Galenus acetum infestum esse nouerit in  
quibus toto corpore atrabiliarius redundat humor  
aut qui temperaturam sortiti sunt melancholicam,  
eo in quartana incidere nunquam ausus fuit, con-  
tentus alioqui salsamenti, sinapi, pipere, diospoli-  
tico, diatrium pipereone & aliis similibus opera-  
tionem hanc complere potentibus. Nec enim li-  
locus subterfugiendi Arabibus datur aliquis, au-  
eorum sequacibus, qui contendunt acetum, natu-  
ra melancholicis aduersissimum esse, non verò  
qui in humorem melancholicum, aut quartanam  
aliquando ex accidenti incidunt: quum si ita f-  
set, Gale. quartana materiam aceto, vel oxy-  
melite saltem incidere, quo antea incidenda p-  
tuita, & domanda bile pro tertiana notha curan-  
da vsus fuit. Sed quum acetum quartanariis is-  
festissimum nouerit, illud silentio præteriuuit, con-  
tentus aliis rebus incidentibus, vt pipere, sinapi

salsamenti, diatrium pipereone, diospolitico, & simi-  
libus. At Galenus vomitum à cibo prouocabat,  
immo elleborum album raphano permixtum, ad-  
eum consequendum effectum in potu dabat. Quin-  
potius si parum operabatur per se absque mixtione  
aliqua concedebat, immo libro de Theriaca ad  
Pisonem ita refert: Ego igitur multos quartana  
laborantes hoc præsidio facite à morbo indigni.  
Nam vomitu prius secundum cibum, ipsos va-  
cuans, deinde insequenti die absinthij succum ex-  
hibens, vt bilis edulcescat contemperetur que ita ho-  
ris duabus ante accessionem antidotum exhibeo,  
ac mirificè ipsam frequenter vidi proficere, vt  
protinus qui caperet sine morbi accessione mane-  
ret. Hæc Galen. Nos verò hodie heræ paroxysmi  
vomitum proritamus, & quartana laborantem  
à cibo in eo die abstineat suademus, ac quum pur-  
gandi tempus instat, in die paroxysmi pharma-  
cum damus, quibus multa & egregia consecuti  
sumus, adeo vt raro quartanam incuratam hoc  
incidendi ordine dimiserimus. Sed iam curationis  
huius finis erat, nisi in mentem venisset Galeni  
locus libro quarto de Sanitate tuenda, vbi inquit,  
quod diatrium pipereon calor circa primas venas  
extinguitur, cuius causam reddere non difficile est:  
quia piperatorum calor terrenis quibusdam &  
adustus partibus hæret. vnde factum est quod ca-  
lor cito euanescit, nec diu permanere possit. Ceter-  
um quartana exquisita, spuria longinquior e,

qua quum hominem semel corripit, vt tradit  
tius, non amplius illum capit.

*Curatio nona, in qua agitur de spha  
celismo, id est, ulcere cerebrum de  
pascente.*

**A**lkalainus Hebraeus, natus annos  
grauissimo & mortifero correptus  
fuit morbo, quarta die Septembris, 1546.  
quo tempore curationes literis comen  
re proposuimus, obiit vero sequenti die  
nae, adeo vt 48. horas tantum perdurauerit.  
Petitis ex quonam morbo obierit. Respo  
deo, istum sphacelatum cerebrum id est, cor  
ruptum aut gangrenatum habuisse, de quo  
dixit Hip. lib. 7. Aphor. aphorismo 51. Quo  
buscuq; cerebrum sphacelatum, id est, cor  
ruptum fuerit, in tribus diebus pereunt: si  
ro has effugerint, sani fiunt. Intelligere ve  
ro est, aphorismum istum, vt Gal. in enan  
tione vult, si incipiente sphacelismo, id est  
ulcere cerebrum depascente, virtus poterit  
fuerit, vt illud superet, intra tres dies agri  
tus euadit, & sanus fit: si vero incipienter  
cere exedente a cerebri potentia non sup  
ratur, immo cerebrum corrodit & exedat  
intra tres dies interficit, & ad decimum  
quartum diem nonnunquam peruenit

experientia dissecto cranio visum est: ple  
runque tamen intra tres interficit dies. Cæ  
terum, vt affectio hæc melius perpenda  
tur, scire est, iuuenem istum sanguineum  
temperatura esse, qui quadraginta diebus  
ante suum obitum, multum vigilauerat,  
~~et quibusdam admodum raris circa dy~~  
~~que Hebraicis diebus~~  
~~domi fuit.~~ Si quæ ve  
ro noctis pars erat, qua somnum capesse  
re poterat, eam quidem dispensebat circa  
patrem suum, qui eo tempore octuagena  
rius grauiter ægrotabat, & diarrhœa affli  
gebatur, quem solus ipse tractabat: cura  
baturque. Longis itaque vigiliis defatigatus,  
& toris illis odoribus malè affectus, in  
cerebri corruptionem, quâ sphacelismum  
Græci dicunt, incidit. Testabantur autem  
morbum istum præualuisse notæ hæc, capi  
tis, synciput, & frontis pars anterior illi  
dolebat, sopor quoque illū tenebat, adeo  
vt fortiter punctus respondere nequireret:  
corporis magna erat impotentia, sed &  
febris intensissima erat, qualis morbum  
istum comitatur semper: demum accesserunt  
prædictis signis, tremores vniuersum  
corpus corripientes, & prænotiones  
lethales, ita vt intra duorum dierum spa  
tium, diem suum obierit: nam cœpit mor

bus eum corripere in principio noctis, a te diem Solis : obiit verò principio noctis diei Marti sacra- ti, nec enim in tam paruo tempore defuit debita medicamentorũ ministratio, quum manẽ die Dominicali medicus sanguinẽ per sectionem venæ iecoraria; in brachij curuatura extraxit syrupũ, rosatũ folium dũm decocto propinavit, quo recte alius spondit, quanquam operationem hanc potẽ contrariam in eodẽ die factam vitupero. Nã pharmacum ab exterioribus partibus ad interiores trahit : venæ verò secte ab interioribus ad exteriores, oxyrhodini quoq; capitis anteriori parti dolenti adiuuerunt. Sequenti die vocatus & ego cephalicam in sinistro cubito aperire ausi, nõ minus cucurbitulas spatulis, post aures, & ad adiuuendas curavi hirudines : frictione quoq; brachiis & cruribus adhibitas, nõ minus quàm capiti fomenta, minimẽ est praeterire. Vltimo superueniens præclarus, & curandis humani corporis ægritudinib; admirandus Brassauolus, syncipiti dissecti columbum applicare iussit, veluti cordis regioni unguentum nenupharinum, & spatulis ex cantharidibus parata vesicatoria: quomniã nihil quicquam profecere, quũ morbus hic sæuissimus sit: utpote vlcus cerebri memi

membrum principalissimum depascens, quem latiniõres syderationem appellant, proprie tamen syderatum dicimus membrum, quũ omnino emortuum priuatũve sensu & motu est. Aliquando verò syderatio apoplexiam significat, nec Cornarius qui nunc, quum hæc scribimus, Hippocratem latinum fecit, aliter apoplexiam vertit, quàm per syderationem, veluti vocem hæc Græcam bliton, per syderatum, vt libello de Glandulis & sexcentis aliis locis ipsum videre est. Vnam tamen Cornarius in sua versione, morborum & ægritudinum nominibus vteretur Græcis, quum notiora medicis quàm Latina ipsa sint. Obiit igitur Alkalainus ab sphacelismo, non verò apoplexia, vt Brassauola putabat: qui ingenti omnium amicorum dolore è medio quasi vitæ cursu raptus est. Magna enim infelicitas amicitie est, quod de sanctissimũ animũ, & in eo præcipuum dũm curam fecerit, & se fortissimè adhibuit, & in fine salutem non potuit reperire. Quod Galenus lib. 2. ad Quæstiones prænotas sic scribit.

## S C H O L I A.

Difficilis admodum cognitu morbus hic est, coniecturis tamen interuenientibus notis à nobis citatis, in aliis quoque eum affecti sumus, quorum capita dissecimus, & cerebrum corruptum inuenimus. Verũ, non me latet, quod Galenus lib. 2.



de locis affectis cap. 8. ubi Archigenem reprehendit, de sphacelismo siue sphacelode, tradat. Vnde scilicet hoc sphacelum multa habere significata hoc porro casu nostro sphacelus siue syderatio (si ita dixerim) siue gangrena est. Est autem gangrena (ut refert Gal. lib. 2. *Artis curatiuae Glauconem*) membri nondum integrè facta, a confirmata mortificatio, ex magnitudine inflammationis ortacenus mali tanta vis est ac tyranus ut si non ceclerrimè succurramus, facile afflicti membrum mortis habitum representet, & omni no sensu & motu destitatur: ita ut percussum sectam, vel adustum non sentiat, quæ pauit quem afflicti non iam amplius gangrenam, sphacelon Græci nominant, Latini verò Sydenionem, recentiores Esthiomeni vocant, quodumen ad gangrenam etiam extendunt: ut de hre latius videre quis poterit Aetium lib. 24. b. *medicinarum* cap. 33. & Joannem Tagaultium lib. 1. *in primis de emurgis*, ubi apud recentiores non nisi sphacelon, curiam, & ita quod malum potest esse emurgis, & ita quod malum lib. 7. *de emurgis* videri potest. & apud Aetium syderatione interpretatur, ut superius notauimus & apud Hippocratem libro de Morbis, passim legere poterit: in quibus apoplexiam, ut de syderationem semper interpretatur, sed ante ne, medici iudicent.

*Curatio decima de febris sanguinea curatione.*

**P**Vella septem nati annos obefula, pulchra, & natura sanguinea, in synocham febrem continentem puridam dictam, lapsa est, ad quam translatis tribus diebus in quibus multum sanguinis per nares emiserat, perueni, quam primò facie tumida rubente, & quasi in tumorem assurgente, notauit. Pulsus porro huic magnus erat, frequens, velox, & plenus, in quo caliditas primò percipiebatur, & eo magis quò ibidem manus impedita perseuerabat, ut iudicare esset calorem illum per collum aut subterniculis deferri. Verabatur quoque quadam præcordiorum anxietate, & capitis dolore torquebatur, cum quibus febrilis calor eodem illam affligebat, & in ore siue in hinc, dulcedinem quandam percipiebat: quibus omnibus, locum otitissim & rubrum apprensus addere esse. Omnibus igitur conspectis, illico alui beneficio præcedente, venam internam siue iecorariam dictam, brachij dexteri secare iussi, sanguinemque ponderè sex vnciarum fluere. Si enim non fluit, vulnus hirudinem adiuuere iubeo, ut

inde sanguinē trahat, quousq; sua excidat sponte:quòd si casus maiore postulat euacuationem, aliam subiungimus. Cæterum puerulis, nondum decimumquartum attinentibus annum, venam audacter, contra Galenij & Græcorum dogmata, pertundimus, & sanguinem euacuamus, Arabibus adhærentes: quibus pro hoc opere gratia referendæ sunt. Nam Abinzoar filio suo timo venam secuit, vt meminit Auerrois, nõ contemnendo iuuentute, quãquam in vniuerso Theisiro hucusq; quòd Abinzoar illud dixisset, non inuenimus: in eo tamen libro, qui de Sanitate tuèda ab eo inscribitur, à nonnullis legitur. Ad sanguinis igitur euacuationē per venæ sectionē, duo tantum requiri dicendū est. Primū, quòd morbus postulet. Secūdum, quòd virtus eam ferat: quæ duo Gal. quoq; admittit, modò tamen pueri nõdum decimumquartum annum agentes, inde à regula excipiantur, & decrepiti: sed re vera Gal. Arabibus non aduersatur: quia puerulis, pleniorē illā euacuationem, quam antiqui moliebantur verat, nõ verò moderatam, quam pro viriū & plenitudinis proportione facile ferunt. Vnde consultò Hippocrat. nullis annorum finibus ætates istas circumscripsit: nisi quis dixerit eas subintellexisse lib. 4. de Ratione

victus

victus in morbis acutis, textu 19. vbi inquit, In acutis morbis sanguinē detrahes, si vehemens morbus videatur, florueritq; egrotantis ætas, & virium adfuerit robur, vt Gal. ibidem quoq; enarrat. Sed re vera, si non Gal. eo à nobis citato modo intelligit, peccat proculdubio, & quotquot Græci medici fuere, quū pueros febribus iis continuis, aut pleuritide, vel internis inflāmationibus, aut sæuissimis aliis morbis correptos, hac venæ sectione ab orci faucibus nos ipsi & pleriq; alij liberos viderimus: nec eos vnquam in illā caloris innati resolutionem, quam illi timent, incidere vllus vidit. vnde Cornelius Celsus lib. 2. cap. 10. hæc noscēs, inquit, Interest enim nõ quæ ætas sit, neq; quid in corpore intus geratur, sed quæ vires sint. Firmus puer & robustus senex, & grauida mulier valēs tutò curantur: quinimò sæpe lactentes infantes videmus, quibus sanguis è narib<sup>9</sup> absq; noxa vlla effluit, vt iure nos venam tūdere huic puellæ com miserimus: à qua sanguinis euacuatione syrupum ebiberet mādauimus istū: R. Syrupi rosati vnc. j. aquarū endiuig, violarū vnc. ij. misce. Vesperi verò quum illam inuisum redirem, à febre ferè liberam inueni: nam & lotium, quod tunc conspexi, melius apparerat. solebat enim Galenus non solum vri-

nam manè contemplari, sed eam quoque interdū à prandio excretam, vt apud libellum de Præcognitione in Eudemio curatione, facile quis percipere poterit. Rebus igitur omnibus optimè dispositis, puella melius habere cœpit: continuò tamen febricitabat: at septimo die, vt mihi retulit mater, horror illi in nocte superuenit, quem postea secuta fuit febris, quanquam manè, quum arterias tetigissem, febrē à febris immunē illā inueni, & vesperi multò clarius. Nouistis autem Hippoc. in Aphorisi dicentem. A causone habito rigore superueniente, solutio fit febris. Sequenti verò nocte, eadem hora & rigor illam apprehendit, adeò vt ex continua interpolata fuerit facta: tunc verò illi in pharmacum hoc propinauimus quod habet: R. Pulpæ cassiæ recenter extractæ vnciam mediam, rhabarbari boni drachmam vnam, syrupi rosati soluti vncias duas, decoctionis florum & fructuum cordialium (in quibus madoerint parum foliculorū fenug) vncias tres misce. Hoc enim pharmaco puella multa vomuit, inter quæ sex viuos lumbricos conspeximus. Non hac tamen de causâ puellâ istam vermibus, tanquã præcipuo morbo, vexari dicendum est: quum illi ob sanguinis putredinem, & humorum in stomacho

contentorum corruptelâ geniti fuêre. Iustus tamen, habita vermium intentione, vt portulacæ in potu vteretur aqua, & in pulli iure, quo iam vtebatur, aliquid pulueris ficci coriandri adiungeret, nò minus aluū per enema ex hiera picra paratu facilem redderent. Altera verò sequenti nocte, & rigor duabus horis ab ea qua antea inuaserat, eâ corripuit, post quem febris superuenit, quam manè, cum ad illam accederem, vigentē inueni. Hic enim bonus practicus coniectari debet, quòd sanguis in vtrâq; degenerauit bilem, flauam & atram: præualuit autē flaua, à qua tertiana duplex orta est, & illa quidē nocturna, de quibus inferius plura, pro quibus pharmacū, à nobis citatum superius, vtranz; bilem respiciēs, paratū fuit, decimo quoq; die in prædicta noctis hora: & paroxysmus eam inuasit, tunc blandè tractata puella, & per glâdem citata aluus, poplitum scarificationem faciendam commisimus; quam in sequentem diem distulimus, postquam rigor paruus factus est, sed febris eodem modo perseverabat, tandem tertio decimo die bolus istum dedimus, qui habet, R. agarici nouiter parati in pasta drac. j. electuarij de psilio drach. ij. rhabarbari drach. sem. cum saccharo fiat bolus, quo multa & varia egressit, & septimadecima sana euasit.

## S C H O L I A .

Non preteribo quin pauca febr̄i huic conuenientia describam, quum febr̄is ista primò sanguinea fuit, postea verò in biliosam degenerauit: proinde de febre sanguinea sic habeto. Febr̄ium duæ sunt species, altera intermittens, seu deficiens: altera verò continua, de qua ad præsens, quæ quia ab humoribus intra venas existentibus euenit, accessione nunquam vacat, quousque ad iudicium perueniat, quam Græci indifferentem synochum vel synocham febr̄em appellant: quamquam si Galeno fidem præstare debeamus in fine libri secundi de Hominis natura, Hippocrati nunquam febr̄em appellauerit synocham vel synocham, tametsi Auicenna Galeno oppositum ex Hippocrate synochum febr̄im appellare minimè dubitet: sed in hoc magna vis non est: siue enim febr̄im sanguineam synochum, siue ignem appelles, non multum refert: hodierni tamen medici ex sanguine febr̄es distinguunt, quum enim sanguis putrescit, febr̄em masculino nomine synochum appellant: quum verò extra putredinem sua tantum copia, sanguis febr̄em excitat, eam fæmineam synocham vocant. Verùm extra Galeni atque omnium Græcorum medicorum mentem, qui has duas febr̄es sub vno synochi, aut synocha nomine complexi sunt, quòd horum accessio ab initio ad finem vsque duret, nec primam ex integro febr̄is deficiat, cesset. Consultim

ergo

ergo medici fecissent, si, Galenum imitantes, eius febr̄is genus, quæ ex sanguinis duntaxat seruefacti obstructione citra eiusdem putrefactionem oritur, sub diaria febre complexi fuissent: locum verò in præsentem signare est, vbi Galenus febr̄em illam inter diarias collocat, libro secundo de Crisibus, capite duodecimo, sic dicentem, Quum autem ipse secundum naturam se habens sanguis trusus in locum fluxioni obnoxium putruerit, hic quidem affectus inflammatio est simplex, quæ ex ipsa febris accenditur similis maximè ephemeris, quæ inflammationibus inguinum accidunt. Nam & ipsa sanguinis inflammatio ex bono sanguine fit. liquet autem quòd cum hic putrescere cæperit, non amplius optimus remanet, sed iam ad amaræ bilis naturam transit, atque in hoc illud seruetur triplex esse genus vniuersum simplicium febr̄ium. Quæ enim ex sanguinis putredine fit, iam quodammodo biliosa est. sicuti in Naturalibus sermonibus rectè ostensum est, quòd sanguis ex moderato calore generatur, flaua autem bilis ex maiore, atra verò ex sufficienter immodico. Quicquid igitur pingue & tenue in sanguine est, fit flaua bilis: crassum verò ac vetusti fæx; quando immodicè calefactum exaceruerit; atra: his adhærescunt, quæ nono Methodi medendi libro leguntur: ex sanguine nâque febr̄ium quædam manifestam habent putredinis notam, quædam prorsus non habent; quas nimirum ex diariarum febr̄ium

br̄ium

brium genere esse diximus. At ne quis deinceps in hac re Galeni desideret intentionem, scilicet, an ex sanguinis putredine febris gignatur sanguinea bitiosaue (quod Auenenna uerose ad modum contendit, disputatue,) audiat. sciatque non parum Galenum anticipare dubium: in hac re, uelut difficile esse; qua de re libro secundo de Differentiis febrium, in capitulo noni leuimate, quasi rei dubius, disputaturus eandem questionem, inquit, de Disputatione questionis an sit febris sanguinis: qui si rei conscius esset, nec de ea quicquam ambigeret, illud subiecisset, & rem concludendam, ut illi moris est, in capite fixisset, quum loco ex professo & ad amissam questionem disceptet. In quo (ne amplius suspensos vos habeam) ipse Galenus id quod ex libro de Crisibus superioribus adnotauimus, concludit febre sanguineam ex sanguinis putredine fieri, modo tamen sanguis supra modum non torreatur. Quod si torreatur, eius subtilior ac pinguior pars omnino in flauam conuertitur bilem: qua autem crassior in atram, quae multo clarior ac lucidius, enarratione decimasextima libri secundi Aphorismorum exposuit, dicens, Quod enim in uinis accidit ascensibus, tale quiddam & in sanguinis alteratione contingit. Quae autem in uinis accidit, tale est, ubi ex toto acida facta sunt, non redeunt rursus ad uini naturam: paruo autem in ipsis facto momento, ita quod acidum quidem habens saporem, nondum tamen ac-

idum sunt: multa sepius ex illa pristina recuperant naturam, hoc idem in sanguine euenit. Nam & ipse, ubi magna in eo sit facta corruptio, non redit amplius ad habitum naturalem: si uero paulatim fiat, ubi id quod superfluum fuerit euacuationem, quod residuum existit ad suam naturam restituitur. Hec Galenus. Ex quibus luce clarius claret, quod ex sanguinis putredine febris gignatur sanguinea: haud tamen a quacunque sanguinis corruptione, sed ab ea praesertim sanguinem prorsus non insciente, nec omnino ipsius formam corrumpente. Quo sit ut Galenus, ceterique Graeci homines sapientissime admodum huius rebus ponant differentias, alteram a principio ad finem usque eundem ferè seruantem tenorem grauiusque semper affligentem, ueluti in vigore & statu existentes febres, quam suo nomine acmasticam, id est, similem tenorem seruantem appellant, alteram continuo assurgentem atque inualescentem, unde epacmasticam uel anabaticam, id est, ad iudicium usque assurgentem uocant: tertiam uero continuo decrecentem, nomine peracmasticam, ceteris minus malam: decrecent enim, ut hoc obiter attingamus, quia magis putrida resoluatur quam generetur, epacmasticè contrario. Haec autem febres nunquam in corpore eueniunt raro & macilentis gracilline, sed continuo in inuenibus corpulentis obesisque: quae nisi error committatur aliquis, saepe intra quartum diem soluantur, quanquam

tamen crisis raro in quarto accidat die, vt A-  
 chigeni bis, Galeno verò semel tantum videre a-  
 tegerit, quod tu intelligas velim de morbis bilio-  
 acutis, secus autem de sanguineis, nam morbi bi-  
 liosi, seu à bile dependentiam habentes raro in  
 quarto terminantur die, sanguinei verò multoties  
 intra quartum iudicium habent, vt testatur Ga-  
 lenus, quum de synocho loquitur, libro tertio  
 Crisis, & Hippocrates tertio Presagiorum, &  
 latius in frontispitio huius operis diximus. Cas-  
 rum febris, qua afflicta fuit puella hac, sangui-  
 nea erat, qua septimo die in biliosam degenerauit,  
 ob nimiam ipsius sanguinis putrefactionem: ne-  
 enim vnquam mihi placuit responsum huic que-  
 stioni à multis datum, datur febris sanguinea quæ  
 ad causam antecedentem: secus verò quoad cau-  
 sam coniunctam.

*Curatio undecima de Tertiana, & sy-  
 rupi quantitate propinanda.*

**R**odolphus natus annos vigintiqui-  
 que, temperatura biliosus vigente au-  
 tumno, tertiano paroxysmo correptus fuit  
 cui die altero interposito, alter respondit  
 paroxysmus, ad quem vocatus, eum lecti  
 decumbentem inueni, non omnino tamen  
 à febre immunem, cuius lotium rubrum  
 crassum, & omnino sanguineum erat: pro-  
 inde tunc basilicam dextri lateris secare iussit

sanguinemque in duabus peluiculis, ad vncias  
 septem fluere: erat enim primæ pelui-  
 culæ sanguis omnino ater, corruptionem  
 quandam præ se ferens, secundæ verò rubi-  
 cundus, nulli aquositate permixtus: vesperi  
 tandem, cum illum reuississem, paroxysmo  
 afflictum eum comperi, ad eum vt ex simplici  
 duplex facta fuerit tertiana. Nec enim cre-  
 dere est ob sanguinis extractionem ex simpli-  
 ci duplâ factam esse: cum dubio procul nisi  
 sanguis extractus esset, in tertianam conti-  
 nuam futurus morbus erat, vt ex sanguine  
 facile quis modò in curatione Francisci O-  
 liuerij trapezitæ instructus fuerit, deprehē-  
 det: quia sanguis ille rubicundus plus iusto  
 & omni aquositate priuatus, facile in putri-  
 dum verti debuerat, quemadmodum primus  
 extractus, & in prima peluicula receptus vi-  
 sus fuit. Debito igitur victus ordine consti-  
 tuto, syrupum à sanguinis extractione ebibit  
 sequentem, qui habet, R. syrupi acetosi sim-  
 plicis vnc. sem. de endiuia vnciam vnam, a-  
 quarum endiuie, buglossæ, ana vnc. ij. misce.  
 paucis tandem interpositis diebus, in quibus  
 aluus, vt cõsuetudine redderet curabamus, phar-  
 macum hoc bibendum dedimus, R. syrupi  
 rosati solutiui vnc. 4. rhabarbari boni drac.  
 j. & mediam, agarici nouiter in pasta parati  
 scrup. j. decoctionis communis quantum

sufficit. fiat potus, quem in aurora bibat, desuper horam dormiat, vt inde medicamentum melius actuari possit. Sed nō dormiuit, immo quum primō monueram, vt potu succum cidonij mali, aut sorbi deglutiret, eum euomuit: vnde ilico quū ad eum redimus, bolum istū comederet sua simus qui habet, R. pulpæ cassiæ recenter extractæ vnciam vnam, rhabarbari boni drachmam vnam & mediam, misce, & cum saccharo fiat bolus. Hunc verò optimè retinuit, & alius ita bene respondit, vt inde sanus factus fuerit: caliditas tamen membrorum derelicta, alterantibus nonnullis per triiduum assumptis extirpata fuit: fuerant autem dies omnes duodecim.

## S C H O E I A.

Hic animaduertat doctus medicus, quod in eadem semper syrupi vtimur mensura: veluti in illi ineptè admodum ad vncias quatuor cum dimidia, vel ad summum quinque cum aqua febricitantibus porrigunt. Qui sanè vsus ex Galeni multis quibusdam verbis, decerptus est, libro de Ratione victus in morbis acutis, Commentario primæ enarratione quadragesimatertia, quæ sic in antiqua versione habent, Ego quidem sanè nuntia hic summam illius rei, dico ergo quod quando accidit febris sola præter quod cum ea sit dispositio

alia cui sit possibile euenire ex potu aquæ frigide nocumentum, tunc si vtitur aqua frigida, non solum est impossibile vt noceat, sed iuuamentum est eius magnum. & subdit, Ei iuuamentum ex aqua frigida fit, quum ex ea abundè bibitur, præter quod attrahat aërem, sed quoniam quod de fecantibus bibitur est quantitas parua, non est possibile, vt quod de eo in potu datur in omni die vice vna, sit plus quatuor vnciis & dimidia. Hac illa fœda & corrupta sunt verba: ex quibus omnibus usque hodie posteritas syrupum ad quatuor vncias cum dimidia dari, nec illius eleuandam dosim, tanquam legem sanciuit. Propinabant enim veluti hodie quoque apud Salmaticenses, fit, Syrupi vncias duas, aquarum totidem commixtas, in omni ferè morbo, ac si omnes vnam exposcant mensurâ: veluti si omnes vno calopodio calciari debuissent. Ignorant enim viri alioqui docti, quod syrupi pondus cum suis appropriatis aquis, nonnunquam augeri, aliquâdo verò minui debet. in febris enim biliosis, vbi plerumq; situs riget, parum syrupi, multum verò aquæ miscemus, adeo vt illis sex vnciarum pondus resultat: quia nostra in iis febris intentio est, vt syrupus in longinquas corporis partes permeet. At quum volumus stomachi, & precordiorum, veluti intestinorum materiam coquere, & eam expulsionem parare, tunc aquam minimam & syrupi quantitatem augemus. Nec enim Galenus citatis verbis oxymelitis determinatam dosim

descripsit, vt ex vera & candida interpretatiōe percipi potest, quæ sic habet, *Dictum sanè ab eisdem in libris Methodi Medendi, sed & nunc summa dicitur. Quum ergo febris fuerit, astante virtute, tunc non solum non offendes, vt iuuabis abundè. potio autem frigida huiusmodi tanta sit, quantum frigida aqua ex inspirando haurire possit, oxymelitis verò et guum datur, neque singulis oblationibus pluri midio. In hoc ergo exhibitionis scopus est dimidius, nempe ad febris extinctionem frigida satim atque ad laborantis vsque satietatem bibitur. Quæ enim ita bibitur aqua, sanationis gratia efficitur: oxymeli verò astate datur frigidum ne laborantis adaugeat sitim, immo vt aduersum etiam contrarium conferre possit, ob eas etiã causas frigidum oxymeli ante morbi coctionem dari iubet: quasi frigidam aquam ad satietatem vsque. Hactenus noua traductio, in qua nihil quod ad oxymelitis pondus attinet, legitur, vt vetus interpres potionem illam aquæ, quam ex vnicâ haurit vice, nouem uncias constituit oxymelitis verò, tanquam prædictam mediâ quatuor uncias cum dimidia suo modo interpretatus est. At Galen. vt citatis verbis perperdisti, iubet singulis oblationibus oxymelitis dimidiam potionis frigide aquæ vnicâ vice haurere febricitantibus tribuere sed vetus interpres, vt dicimus, fallitur, quum multo maiorem aqua qua*

titatem vnciis nouem, q̄ qui sic siticulosi febricitantes sunt, vno bibunt haustu, id quod experientia quotidiana docet, & ipsi vulgares minimè diffiteri possunt medici. Præsertim quum Auicenna huius potionis mentionem faciens, illius terminum ad heminam vnam & mediam circumscripsit. Galenus verò libro decimo Methodi medendi, capite quinto, iuueni ex ira febricitanti: sub canicula feruoribus, heminas duas gelide in prima accessione dedit. Est enim hemina, quam omnes prudentes viri cotylam appellant, mensura quatuor continens acetabula, ciathos verò sex: vncias autem (ne amplius seruetur prorogemus) nouem, vel ad summum decem, vt ex Galeo habetur libro sexto de Compositione medicamentorum secundum genus, & libris de Sanitate tuenda, veluti libello de Ponderibus & mensuris. Erunt igitur, vt placet Auicenna, oxymelitis vncie septem, ad minus, ægrotis danda, quum potum frigida aqua vnius & dimidiæ hemine statuat, cuius medium septem vnciæ, vel septem cum dimidia sunt, vel, vt placet Galeno, qui prædictæ potionis duas statuit heminas, decem erant vnciæ, quum dimidium heminarum decem sunt vnciæ, quas ex oxymelite febricitantibus dabat, non verò quatuor cum dimidia, vt ineptè admodum vetus interpres extra Galeni propositum interpretatus est. Læuentissimè igitur hic iuuenes Neotericosque medicos monitos velim, ne deinceps



cum syrupis agant medicis; sed potius vbi-  
 pus fuerit: eorum adaugeant doses, præcipi-  
 quum materia per vniuersum corporis ambitum  
 sparsa fuerit, & sitis agrotantem infestauerit, &  
 olim doctor *Alcaretus*, mihi nunquam præniten-  
 dus magister, apud *Salmaticenses*, continuo medi-  
 cis obijciebat: Est enim vir iste hodie apud *Hispa-*  
 nos medicorum omnium celeberrimus, & in curan-  
 dis corporibus humanis dexterrimus, qui decocti-  
 nis aliquando integram libram febricitantibus da-  
 bat, nec immerito, quum hemina proprie apud  
*Galenum* in ea capitur significatione, que duo-  
 decim continet uncias, vt lib. 4. de Tuenda sani-  
 tate legitur. Ceterum syrupi ( vt mea fert opinio )  
 pondere debent librari, vt sit apud *Italos*, non  
 verò mensurari, vt *Hispani*, non sine tamen erro-  
 re assuescunt.

### Curatio duodecima de pleuritide.

**T** Estor holoserici, quum pleuritide af-  
 fligi cœpisset, vt internam eiusdem la-  
 teris, vbi dolor erat, secare iussi venam, san-  
 guinemque ad libras duas Auere, paucis  
 tandem admotis ad locum dolorosum topi-  
 cis medicamentis, intra septem dies sanita-  
 ti fuit restitutus. Erant verò illa, vesica boui-  
 na semiplena aqua, in qua incocta fuerant  
 chamæmelum, melilotum verum, viola, mal-  
 ua, parietaria, & rosa cum multo violaceo,

& ros

& rosaceo oleo. Fuit cæterum morbus iste  
 acutissimus & acutissime affligens, adeo vt vix  
 pateriens ob intensissimum dolorem moue-  
 ri posset. Nam victus ratio, vt morbus po-  
 stulabat, oblatu fuit, & ille quidem pisa-  
 na colata.

### Curatio decimatertia de curatione pleuritidis mendosa.

**P** Rædicti textoris telæ bombicinæ ho-  
 nestæ puella *Clara*, vicina, quam postea  
*Abrahamus Hebræus* chirurgus in vxorem  
 duxit, in falsam & mēdosam lapsa est pleu-  
 resim, tanto premebatur dolore, vt stare ne-  
 quiret. febriebat, sed nihil tussiebat, adeo  
 vt per totum morbi discursum sputum nun-  
 quam emiserit: tandem bis extracto lan-  
 guine ex interna eiusdem lateris vena, vbi  
 erat dolor, & sacculo ex absynthio confe-  
 cto, ac vino iuncto & doloroso loco ad-  
 moto, pristinæ sanitati intra septem dies  
 fuit restituta.

### SCHOLIA.

*Periculosum enim est in mendosa pleuritide ( vt  
 testatur Aetius, & eo grauiores medici ) sanguin-  
 em per vena sectionem extrahere: quia quum  
 ab humore pituitoso & flatulento eueniat, san-  
 guine, & virtutis robore pro ipsius discussione.*

*opus est : quo detracto, humor magis evadescit, & dolor intensior fit, qui pro sui ablatione venæ sectionem exposcit : proinde pleuritim mendosam vera periculosiorem esse, nemini dubium fit.*

*Curatio decimatertia de uteri pro-  
cidencia, & eius curatione.*

**P**avidissima & honesta vxor vicini, nauannos vigintiquatuor, magnum imprudenter attollens pondus, in uteri procidenciam incidit, dolor lumbos inuadit, grauumen circa pubem vel pectinem, magnum persentiebat, ad eò vt deambulare non posset, lotium continuò mittebat, sed primò multo sanguine mixtum, postea secundo die minus sanguinolentum effudit. Tertio verò à sanguine alienum, tanquam pus in eo conspicio, in quo tunc eam febris corripere cœpit, sed quarto in eo multum puris apparuit. Semper sitiuit, multum fuit anxia, & grauiter omnia ferebat, vt vix in cubili perquiescere posset: ad quam quum primum peruenerim, obstetricem accersendam curauì, quam doceo vt leniter matricem quoad fieri posset, ad locum reducat, dein illico locellos hoc dicendo lauacro proluat, quod habet, R. rosarum rubearum, foliorum plantaginis, corrigiolæ sanguinariæ dictæ, añ. ma. j. in aqua sua

deci

decoctio, quousque aqua subrubea fiat. facta colatura adde mellis rosati colati parum, misce, & fiat lauacrum, quod calidum per insectarium ciaculabatur, non minus caput decliue, & crura maximè eleuata habeat semper, suadeo, sed & muschum, & ciobetam, galámve moschatam, ac res beneolentes naribus, veluti graueolètes pudendi admouendas mando. graueolétia autem siue foetida medicamenta sunt galbanum, & pennarum vstaturum fumus. his tantum duobus primis diebus peractis, & scæcibus per clysterem depositis, tertio die sequenti mel rosaceum colatitium prædicto decocto in maiori quãtitate addo: nec enim potentioribus medicamentis astrictoriis opus erat ob apparens pus. Timor enim erat ne occlusum vlcus malignius inde redderetur, ob incarceratam materiam. Quarto verò die, multum puris in vrina exiuit, sed quinto minui in vrina cœpit, proinde tunc fomentum ex baulaustis, myrto, hypocistide, rosis rubris, & semine sumach, in vino rubro austero parare feci, quo uterus optimè lauabatur, & spongia eo imbuta pectem & pudendum fouebatur. Nam & intus quoque in sinu lana vino illo imbuta adaptabatur, octauo verò in cucurbitulas magnas duas umbilico multa flamma ignitas affigendas

h ;

iussi, post quas illico cerotum hoc descriptum sub ventre, id est pubi apponendum corraui, quod habet, R. mastiches, thuris, ladani, sanguinis draconis, ana drachmas duas, gallæ moschatæ drachmam vnam, terebinthinæ, ceræ, resinæ ana parum, & ad ignem fiat cerotum, & super corium alutâ dictum extendatur, vel melius super panum cocco intinctum, & calidum admoueatur: quibus rectè habuit, & vterus ad locum suum rediit. Cæterum, à motu, vt diximus, & rebus sternutamentum irritantibus, eam per quindecim dies interdiximus: veluti à vino & rebus calidis. nam victus rationem subtilem præscripsimus: porò ab aquæ potu quantum possibile erat Hippocratis cõsilio eam arcebamus: sed primis diebus halicacabi (Alkalkengi officinæ, Mauritanica voce, appellant,) aquam bibendâ propinauimus.

## S C H O L I A.

Hic animaduersione dignum est, quòd matris sue vterus, aut vulua (idem enim Latinis est) situata est inter vesicam & rectum intestinum. Vnde fit, quòd matris quando extra naturam progreditur, vesicam comprimere possit, qua compressione vrinæ stillicidium cum mingendi continua auiditate excitatur: prout huic contigit mulieri. Hac de causa dixit Hippocrates libro 1. de morbis muliebribus, Quandoq; verò vbi mulier

vasa euacuata habuerit, & insuper laborauerit, vteri conuersi ad vesica stomachum allabuntur, & vrina stillicidium inducunt. Pertractat verò idem Hippocrates morbi huius curationem lib. 2. dicti voluminis folio Frobeniano 365. & 366. vbi inquit, Si vteri extra naturam progressi fuerint, febrilis calor habet pudendum, & inum ventrem; & vrina frequenter ac paulatim destillat: & folio 368. & alibi. Sed vberius Paulus libro 3. sue medic. c. Quod verò sanguis vrinæ admixtus fuerit, id venæ aut ligamenti alicuius rupture est tribuendum: quanquam vteri procidentiam plerumque ex ligamentorum quadam relaxatione fieri noscimus.

Curatio decimaquinta de menstruorum suppressione, & exanthematibus per vniuersum corpus apparentibus.

Virgini decem & octo annorum, aßueti menses suppressi sunt: vnde in symptoma grauissimum foedissimùmq; incidit: id enim erat exanthemata quædam per vniuersam cutem sparsa: non quidem illa dicta variollæ, aut morbili, sed tubercula potius quædam per cutem efflorescentia, magna ingentiâque: quæ quotidie, vt septies & octies, oriebantur, ita quoque

quoque toties euanescebant. Durabant autem per dimidiam horam, & aliquando per integram, postea verò ac si nihil in cute habuerat, delitescabant. Erant verò efflorescentia illa tubercula, siue papula colore subrubro, & albo, magnitudine panis, quæ potissimum vultu fœdabant, quam & brachia, & crura, imò & vniuersum corpus prehendebant. At quum primum apparere incipiebant, ex commotione materiæ dolor ventriculum inuadebat, & cordis anxietas vigeat: quæ superueniente vomitu, prout aliquando euenire contingebat, subito leuari videbantur. Omnia enim hæc ex suppressa mensium materia, quæ crassa & flatulenta videbatur, ortum traxisse diximus, Nam (Galeno teste, Commentario in tertium librum de Morbis vulgaribus) *εὐθιματὰ* tumores spontè in cute florentes à crassis humoribus geniti nunciantur. Nam tenues humores (inquit) exacerationem potius faciunt, quam tumorem: crassi verò cutem in tumorem extollunt. Crederem utique, quum papulæ in virginibus ista ita citò resoluebantur, materiæ multum spiritus ac flatulentia immixtum esse, tamen virtuti potenti nihil esse difficile sciamus. Mensium porrò suppressio ex matricis mala qualitate, quæ virginibus inter-

du

dum euenire solet, oborta est: de qua consulendus venit Hippocrates, libro, cui titulum fecit, de Virginum morbis, & Galenus lib. de Locis affectis, quem interiorum, multi vocant. Cæterum vniuersus curationis scopus eò verteatur, vt materia ad vterum retraheretur, quæ impetum & cursum ad cutaneas partes faciebat. Primum igitur venam in talo, quam Saphenam appellant, tundere iussi, sanguinisque vncias sex fluere: laborabat autem nimia plenitudine, & syrupum istum bibendum obruli, non solum manè ieiuno stomacho, sed vesperi ante cœnam, qui sic habet: R. Syrupi Byzantini sine aceto vnc. ij. aquæ fœniculi, artemisiae, vel matricariae añ. vnc. ij. misce. hoc enim per quadriduum parato ad expulsionem materiæ, sequens propino pharmacum: R. Syrupi rosati solutiui vnc. duas, decoctionis senæ, vncias tres, oxymelitis compositi vnc. vnam, electuarij elefscoph. drachmā vnam & mediam, agarici nouiter in pasta parati drach. vnam. misce: hoc verum, optimè aluus fecedit, non eo tamen vt admirandi illi tumores ad cutem venire desierint, quum vt antea eueniebant: quod animaduertens, sequens iubeo à pharmacopola parari decoctum: R. Radicum apij, fœniculi, asparagi, rusci, petroselinij, cardij benedicti añ. vnc.

vnc. vnam. Seminis fœniculi, anisi, apij  
ameos, ana drachmam vnam. Artemisia  
pulegij, calaminthæ añ. manip. vnum: in li  
bris septem aquæ fiat decoctio, quoad ter  
tia pars consumpta fuerit: dein facta cola  
tura adde syrupi de calamintha, Byzantiæ  
sine aceto, añ. vnc. tres misce. Cuius decocti  
cinnamomo aromatizati, ieiuno stomacho  
vncias quinque: & totidē vesperi ante coe  
nam bibebat, post cuius portionem ex  
ctam bolum sequentem deglutendum tra  
didimus, R. Electuarij Indici drachma  
tres, diasenæ & diaphœniconis añ. drach  
l. cum diamargaritone secundum Auicennæ  
descriptionem, in puluerem redacto  
fiat bolus, post quem veluti alia catharti  
ca medicamenta, per horam integram dor  
mire permisisimus, & ea præsertim quæ epo  
ta sumuntur (nam catapostia longiori indi  
gent tempore) vrbo lum verò optimè de  
glutiret, aquam desuper biberet suasi hanc.  
R. aquæ fœniculi, endiuizæ añ. vnciam vnam  
& mediam. Sunt præcul dubio plures quæ  
bolum absque aqua abhorrent: imò illius  
sumere nolunt, cum isto igitur bolo mul  
ta & varia alius egressit. At interdum præ  
dictum decoctum sumebat, veluti in om  
ni curationis incessu, quod alius fluida ef  
fet, semper solliciti fuimus. Retractione  
quoque

quoque per crurium frictions, veluti fœ  
moribus cucurbitulas adhibuimus, quas  
quum parū prodesse animaduertērem, quia  
morbus nihil leuabatur, sed potius ingra  
uescebat, iterum Galeni consilio pedis ve  
nam aperire iussi, sanguinisque semilibram  
extrahere: sed hæc sanguinis missio quatuor  
interpositis diebus à soluta aluo facta fuit,  
in quibus diebus prædictum decoctum de  
nouo paratū bibebat, interiectis aliis post  
ea tribus diebus catapostia hæc dedimus,  
quæ sic habent, R. Pilularum de fumo terræ  
scr. ij. aggregatiuarum & de hiera composita  
añ. scrupulos duos, fiât pilulæ sex, & inan  
rentur. iis enim aluus optimè respōdit. Sed  
pertinax & seous morbus non adeò solutum  
suum cursum dimisit: quem penitus cōtem  
platus, brachij dextri communem venam  
tundere iussi. Qua sanguinis missione, pa  
pula hæc minui cœperunt, nec tot vicibus  
erumpebant. Cæteriùm, non veritus sum in  
brachio venam aperire, quia prælagieram  
symptomata illa cum ea aut omnino leuari  
aut saltem minui, quod ira experientia post  
ea visum fuit. Leuata minuræque in parte  
superiori contenta materia, symptomata  
illa iam sæuè affligentia remitti cœperunt.  
Haud abs re hæc sic temerè à me producta  
sunt, quum Galenus medicorum princeps,  
libel

libello de Sanguinis missione, inquit, Vae  
 cuatis enim cubiti per incisionem venis, ali-  
 ud grauius longè superest. Purgationes  
 enim menstruas auferunt, auertentes san-  
 guinem ad superiores corporis partes. Se-  
 ctis verò quæ crurum sunt, non solum re-  
 trahunt, sed etiam menses magis prouocant.  
 Hæc ille in libello illo, in quo tradit, quod  
 retentis mensibus, semper quæ sunt in cru-  
 ribus venas incidere oportet, iuxta illud,  
 Eò ducere oportet, quò natura solita est  
 mittere. Sed fortè in hac curatione non sic  
 Galeno astricti esse deberemus, quando  
 plethora præsentè, deficientibus mensuris,  
 sanguinis missio prima ex brachij interna  
 vena fieri deberet, non verò ex saphena, vt  
 voluit Aëtius, sermone 17. suæ medic. c. 57.  
 vbi ita tradit: Quæ ob plenitudinem non  
 purgantur, copiosa sanguinis missione sa-  
 nantur. Cubiti itaque ac tali venas secare  
 oportet, & cætera. In quibus vt legit is cu-  
 biti venam secare iubet: cui astipulari vi-  
 detur Paulus lib. 3. suæ medic. c. 61. in quo  
 de mensium suppressione agit, quum dicat,  
 Cum igitur propter aliquod interaneorum  
 vitium primarium purgatio circunciditur  
 aut strangulatur, ex vsu maximè fuerit, id  
 quod primariò afficitur curare, inde vte-  
 ri habere rationem. Notæ quibus hæc de-  
 prehen

prehenduntur, in superioribus sunt exposi-  
 tæ, quum verò nihil illorum adfuerit, con-  
 stat liquidò primario affectu occupari: ita-  
 que si ætas non prohibet, aut habitus, aut  
 aliud quippiã, venã oportet incidere: idq;  
 non ante statû mensium tēpus, sed vbi iam  
 accesserit, decem dies superadiiciantur. de-  
 trahetur autem sanguinis neq; plus duabus  
 libris & semisse, neq; minus vna, si quidem  
 venam diuiserimus: Si autè non, hiera dia-  
 colocythidos purgari debent & cætera. in  
 quibus verbis Paulum non pedis venam  
 primò secare, sed brachij potius mandasse,  
 credere cōsantaneū est, quia inferius ex ta-  
 li vena sanguinè detrahendū dixit, vt ex iis  
 verbis satis clarum euadit, in quibus ita tra-  
 dit, Vbi accesserit iam menstruale tēpus, si  
 nihil aut nulla mētionē dignum fuerit ex-  
 cretum, ex talo sanguis detrahendus est.  
 Quæ verba Auicenna ita intelligens, non  
 veritus est palàm & clarè in nostro casu,  
 curaturæ venam pertundere vt rectè ad-  
 modum Mathæus de Grado commenta-  
 riis suis, super nonum ad Almāsorē regem  
 dicatum librū meminit: quia si plethora cū  
 mensium suppressione adest, & sanguis ex  
 pedis vena dematur, timor erit ne humo-  
 res præcipitentur ac corruant, & obstru-  
 ctiones pariāt primario morbo grauiores

Proinde fortè à principio in brachij flexu venam scindere satius esset, ac non sic Galenum in hac re mordicus tenere: quia, vt ille ait libello de Libris propriis, & de ordine suorum librorum, serui illi esse videntur quicunq; se vel Hippocraticos, vel Praxagoricos, vel alios alterius sectæ appellari volunt. Quicunq; igitur siue Romanus, siue Græcus, vel Arabs, aut Iudæus, optimè loquutus fuerit, illi procul dubio fides habenda est. Cæterum certo dierum intervallo interiecto, ita vt trigestim<sup>o</sup> ageretur dies, ab eo quo primùm iuuenis hæc agrotare cœpit, sæuissimè ab illis papulis correpta fuit, cui iterū venâ poplitis secari iussi, quâ Auicenna Fen 13. tertij, illi quæ in talo siue malleolo est præferre videtur: quanquam Galenus, & ante eum Hippoc. non magis tali dicti malleoli, quàm poplitis venæ incisionem multis in locis suorum dogmatum facere videntur: sed quum illam secare iuberem, interuenit quòd vulnerarius in ea tundenda omaino imperitus erat, qua de re ad eam quæ per talum obrepit nos conuertimus, ex qua incisa sanguinis vnc. 8 fluere permisi, & decoctum hoc bibendum dedi: Recipe Radicum rusci, asparagi, forniculi, petroselini, an. vnciam vnam, erythrodani, id est rubræ tinctorum vnc. duas

asari,

asari, acori, id est crassioris galangæ, iunci odorati, an. vnc. s. vnc. legij, calaminthæ, origani, maricariæ, sabinae, absynthij, an. m. I feminis anisi, feniculi, rusci, dauci an. drac. vnam. In libris octo aquæ fiat decoctio, quousque maneat libræ quatuor, facta colatura adde cinnamomi optimè puluerizati drac. tres, Syrupi prasin, id est, de marrubio, de matricaria an. libr. mediam: misce, & singulis diebus ieiuno stomacho semilibrâ eius bibat. Nam & tunc eam balneandam iussi, balneo constringente & materiâ ad inferiores partes compimente ex aqua dulci parato, in qua incoctæ erât rosæ rubræ myrtli & scitici summitates, balaustia & absynthium, quibus remediis & iterata purgatione sana euasit, nec amplius hic morbus, què antea Symptoma appellauim<sup>o</sup>, rediit.

## S C H O L I A .

**N**on mirabitur hic spectator bonus, de tam sæpe iterata euacuatione: quum longi morbi longa indigeant curatione. Item quòd nouerit ille multis & iteratis vti euacuationibus opus esse, vbi præsertim humores per habitum corporis dispersi sunt, veluti vbi viscera obstructione quadâ laborant, non minus ac si quando vires solemnem euacuationem non admittunt, vt ex Galeni doctrina passim percipitur, non illico tamen in profectum ad solitum suum cursum redierunt, sed

potius post longum interiectum mensem : consulti tamen vt illico hac viro nuberet , prout mandauit Hippocrat. Timor enim erat hanc in elephantiasim (lepram Arabes vocant,) deuenire: quia quae sui maiores, ea, vt mihi referebatur, laborauerant : qua de causa vino in vniuerso huius morbi cursu illi interdiximus.

*Curatio desina sexta de febris horrida curatione. & senæ decoctio.*

**S**Ocrus vicini, quum febre horrida affligeretur, epoto medicamento, cōualuit: rosati solutini vncias tres, decoctionis senæ vncias totidem, misce: solent ceteri medici infusum, siue decoctum senæ variis parare modis: nos verò more Longobardorum medicorum, ita parare solemus. R. Foliculorum & foliorum senæ optimæ orientalis vnciam vnam, gingiberis drachmam mediam, florū boraginis, violarum, rosarum rubrarum, arantiorum an. drach. vnam, polypodij drachmas duas, passulauū vnciam mediam, sebesten & prunorum vtriusq; numero 6. in libra vna & media aquæ fiat decoctio secundum artem: modò sena parum ebulliat, & vas optimè obturatum per sex horas dimittatur: deinde exprimatur: huic verò misceri solet mel rosacèu colatitium, quòd

quòd si morbus postulauerit, medicus adde-  
dere poterit, veluti in ipsa compositione,  
thymum & epithymum.

SCHOLIA.

Vetus questio est, & à recentioribus hodie in scholis disputata, vtrum inchoantibus morbis, & non turgente materia, liceat medicamento purgante vti: nam receptū est Hippocratis decreto, quòd turgente siue pruriente materia, illico nulla interposita mora, purgandum sit: vt Aphorismo illo legitur: Concocta medicari, atque mouere non cruda, nec in principis, nisi turgeant, vt plurimum verò non turgent. Sed vtrum non turgente materia, purgans medicam. in principio morbi, non spectata concoctione medicus egrotanti exhibere poterit, hoc opus & hic labor est. Nos verò scientes ex neotericis non paucos de hac re integra volumina in lucem emisisse, vt sunt Michael Villanouanus, vir mea sententia doctissimus, & Donatus Anto. ab Aito mari, Neap. medicus clarus, ac plures alij, qui in suis commentariis & epistolis vigilantissimè questum hoc pertractarunt, breuibus rem comprehendemus, lectores ad signatos duos libellos remittentes. Primò itaque scire licet, quòd ratio prohibet purgationis in initio morborum est, quia humor crudus ob crassitiam & frigiditatem est tardi motus, nec pharmaco obedit, vnde symptomata praua & seua sequuntur, & tanto deteriora, quanto pharmacum erit in attrahendo ge-



nerosus, & humor ob maiorum crassitiem in re-  
 luctando validior, aut magis fixus, & in viis an-  
 gustioribus, ex qua lucta, ac actiue & reactione,  
 excitantur tormina, rosiones, animi deliquia, sa-  
 stidium, mali pulsus, atque vertigines, vt habetur  
 apud Gal. libr. 4. de Sanitate tuenda, & apho.  
 9 lib. 2. & libro Quos oportet purgare. Item quia  
 medicamentum tunc carnes colliquabit, & par-  
 tes sanas absumet, ac ad maciem quãdam corpus  
 ducet, quo ducto ad emaciam siue contabefactio-  
 nem ac imbecillitatem corpore n. orbis superius  
 euadet, vt legitur libro quart. de Ratione victus  
 in morbis acutis. Nam prædicta purgatio natu-  
 ram exagitando, concoctionem futuram impedit,  
 que in quiete erat inuanda, vt citato loco scribit  
 Hippocrates, quibus adde, quod non solum tunc  
 crudi ipsi humores non sunt educendi, sed nec alij  
 expulsiõni parati, si modo crudi vias obstructas  
 habeant, per quam alij sunt educendi, ob quam  
 causam, in turgentibus materiis Galenus via-  
 rum apertionem desiderat, quia si ante obstructio-  
 ne, aliu sit impedimentum, quo minus possint edu-  
 ci, vt ait Galen. lib. quarto de Sanit. tu. Ha enim  
 obstructions, ob quas pharmacum dandum ti-  
 metur, præcipue in venis mesenterij & concum-  
 iocinoris reperiuntur: proinde quum quis phar-  
 macum generosum à venis educens tentat porri-  
 gere, prius necesse est in ore harum venarum  
 crassos & lentos existentes humores extenuet,

subtilit

subtiliet, incidat, ac concoquat, quum aliter ex  
 aliis partibus venientes humores educi non possent  
 postquam per primarum harum venarum orifi-  
 cia futurus sit transitus: que sanè primarum ve-  
 narum obstructio, plerumque sanguinis missione cu-  
 ratur, vt legitur libro de San. misr. apud Gal. &  
 eadem ratione sanguinis missione purgationi per-  
 mittimus, vt pharmacum vias laxiores inueniens  
 sine impedimento humores attrahat, vt ait Gal.  
 libro de Renum affectibus, & libro de Missione  
 sanguinis contra Erasistratios. Si igitur in prima-  
 rum harum venarum orificiis nulla sit obstructio,  
 nullus denique humor crassus exitum aliorum  
 impediens, immo aliorum concoctio appareat,  
 tunc, vt tradit Galen. libro Aphorif. & libro  
 Quos oporteat purgare, natura pharmaco admi-  
 niculatur, quia quum natura pellit, & pharma-  
 cum attrahit, facilius fiteductio. Solet enim na-  
 tura postquam concoxit & secreuit, pellere, vt  
 libr. de Facultatibus naturalibus, & passim apud  
 Galen. legimus. Ceterum quum tumor vni-  
 uersus consistat, initio merhorum ante concoctio-  
 nem materierum, generosa dare oportet medica-  
 menta purgatoria, que plerumque sunt calida, vt  
 habetur à Galeno libro Aphorismorum primo,  
 enarratione vigesimaquarta, & quinta quarti  
 libri, quia ab ore primarum venarum attrahant,  
 in quibus obstructions sunt, fit inde vt ea medi-  
 camenta dare in isto tempore ante concoctionem

humorum minime formidare debeamus, quorum vires primas veras non attingunt, ut sunt hodierna nostra medicamenta, quae ob id quod mitè, & absque noxa vlla aut naturæ impulsione aliqua purgant, benedicta dicuntur, ut sunt castia fistularis, manna, rhabarbarum thamarindi, senna, symphus rosatus solutivus, syrupus violaceus solumintivus, syrupus ex mercurialis succo confectus, passule Corinthiæ, diaprunis absque scammonio, diacatholicum & huius generis alia, quæ tunc in initio morborum nulla apparente concoctione dari possunt, quum materias in vii ductum sistentes deponant, quibus depositis natura validior efficitur, & virtus potentior ac alacrior supra residuum evadit, ut Galenus meminit in enarratione illius Aphorismi, Inchoantibus morbis si quid movendum videtur move. & cætera. Quinimo Hippocrates & Galenus similibus purgationibus in morborum initio sunt usi, nam lacte asinæ cocto, libr. quarto de Ratione victus in morbis acutis, initio purgat, hic verò vnde. 10 Met. med. libro, hoc opus non tam pharmacis quam cibis facere consuevit, ubi mulsam, & cibos qui ventrem liquant, & pharmaca quæ modicè euacuare possint commemorat: nec id quidem ab re, quum materiã tantum circa ventrem molestantem & evacuationi paratam purgare intendunt: ad cuius sequellam peccantis quoque portiuncula deponitur, ut lib. 2. de Cõpos. medic. sec. locos, legitur: & 12 meth. med.

med. ubi de clystere qui etiam ex mesenterio, & simis hepatis frequenter educit, meminit, quod vnum multum ad naturæ victoriã supra morbum facit. Nisi enim initio natura inuata esset temporis successu, & morbi vi defatigata, plerumque succumberet, & in interitum eger devenisset: ob quam fortè prætermittam praxim Hippocratis & Galeni temporibus multo plures egrotantes, quam nunc in medicorum manibus moriebantur, ut ex illorum dogmatibus coniungere licet, eodem pertinet, quod Galen. libro quarto de Ratione victus in morbis acutis, enarrat. 76. inquit, aut initio purgandum esse, aut expectandam esse concoctionem: nec enim confugere est, ibi dicendo, ut Val. Linouanus vult ibi Galenum loqui de materia turpente, quum si de ea loqueretur, nullam in ea speraret concoctionem, quam expectandam suadet, nec enim præter crudos humores Hippocrates unquam concoxit, nam ut docet Galenus libr. 4 de Sanit. tuenda, omnes humorum differentiæ ad tria simplicia genera reducuntur, ad sanguinem tanquam medium, ad crudos humores ante eum, & ad biliosos post eum: crudi tanquam ex sanguine nondum perfecto existentes concoctionem omnino desiderant, biliosi verò tanquam ex eo supra modum cocti, non coctionem desiderant, sed purgationem potius, ut latius de hac re, dum dabitur occasio, differemus: præsertim in ea quæstione, an bilis & subtiles humores sint crassiores reddendi

crassiores reddendis pro ceteris purgatione: sed  
 quod initio purgandum sit, facimus Hippocra-  
 tus verba hæc, Circa initia & fines omnia imbecilliora, circa statum omnia fortiora: præsertim in febrilibus acutis, in quibus humores plerunque biliosi, tenues, mobiles, & agiles reperiuntur, sursum & deorsum repentes, & in ventre murmurantes: quod animaduertens Galenus, Præstat inquit, initio aluum ducere grande, chylistere, vel leui pharmaco, ut ab excrementorum onere leuentur intestina, & alijs succis educendis reddantur paratiora. Nam libro quarto de Ratione victus in morbis acutis interim prima, interim secunda, interim quarta, & quandoque quinta die pharmacum se exhibuisse, tradit: quin libro de compositione medicam. secundum loca, nulla præcedente concoctione aliave præparatione, viramque bilem & pituitam purgat in alopecia, qui paulo post, in multis capitis morbis idem facit. Ut liquido constet, recte eos medicos operari, qui morborum initio, minoribus, ut aiunt, medicamentum purgatorium, egrotis porrigunt: ut Marardus Ferrariensis vir singulari doctrina præditus libro sanar. Epistolarum quoque approbat, qui mea sententia, à nonnullis hodie missè lancinatur, quò dicat qualitatem, quantitatem, & locum sæpius nos cogere, ut ante concoctionem vacuemus, quam reuera res illa se habeat. Nã si ex mala & præua qualitate hu-  
 moribus

moribus insita, morbus gignatur, illico nulla interposita mora vacuandum est, ut in turgentibus & prurientibus sit humoribus, & pestifero tempore vigentibus. Si verò quis ob quantitatem, siue humorum multitudinem male quoque habuerit, illico initio purgandum est, ne sua multitudo suffocent, vel potius in morbi incremento dissolutis viribus febrilis caliditas augetur, & demum ad interitum eger deueniat: vel si nullum horum eueniat saltem partem aliquam corporis obsideant, in qua phlegmonem, aut œdema, morbumue maius periculum afferentem faciant: nec enim semper sanguinis missione vi consentaneum est, cuius vice suadet Galenus pharmaco utamur, ut libro quarto & quinto de Sanitate tuenda scriptum reliquit. Denum si humores circa aliquod princeps membrum ruant, initio nulla spectata concoctione, purgandi sunt. Si enim infestato stomacho à bile & pituita Galenus absque præcedente præparatione, eam per hieram, & alia medicamenta purgabat, cur nos humoris iecur, aut cor, ad cerebrum infestantes omni adhibita diligentia non deponemus? Ignarus procul dubio medicus dicendus est, qui si infestantes crudos humores viderit, in pharmaco exhibendo meram interposu-  
 rum, & eo magis: quia hodie benedictis, & fere frigidis purgantibus medicamentis abundemus. Vidi enim Galenus, ut lib. 13. Methodi mendendi refert, multos, quibus inflammatio in oculis  
 caperat

caperat, sola per inferiorem ventrem purgatione una die liberatos: proinde firma indubitat aque coelusto nostra est, quod initio morborum tuto pharmacum, quod minorans dicimus, egrotis dari possit, & debeat. Ceterum Cornelius Celsus presente febre, pharmacum semper abdicat. Græci vero non nisi apparente concoctione pharmacum propinabant: quorum dictata hodie absurda esse videntur. Nam quia olim medicamenta acria & perniciosa erant, Cornelius Celsus stante febre ea pertimebat: quia sua ignea caliditate & acredine febrilem calorem intendebant, & corpora in vite discrimen trahebant, nec verò tantum presente febre Hippocrates medicamenta hæc horrebat, sed vigente æstate, ut Aphorismo quinto libri quarti & sexti, de Morbis pass. vag. dixit: Sub cane & ante canem moleste sunt purgationes, quia tunc exusta natura nostra, acrimoniam purgantium medicamentorum non fert: item, quia ingenti æstu inbecillis facta natura, acredine medicamentorum facile dissoluitur, tum quia actiones contrariæ inibi veniunt, calore ad exteriora trahente, pharmaco verò ad interiora. Quod verò Græci non nisi apparente concoctione pharmacum exhibebant, id quoque non minus absurdum videtur, quia quoties humorum coctio apparet, natura potens supra morbum est, atque inde tunc temporis superfluum euacuationem esse, quisque dicere audebit. Nam si natura potens

& va

& valens supra morbum est, ita ut intra paucos dies nullo interueniente adminiculo, vel adiutorio, morbum propellere poterit, ad quid precor tunc adiutorium, hoc est pharmacum egrotis medici propinant? Iniuriam procul dubio facere videtur, qui potenti auxilium dare contendit: nisi quis dicere velit, quod morbus facilius eo dato expelletur, & sanitas citius adipiscetur. Item humorum concoctio non nisi in statu apparet, in quo quiescendum, & nihil immutandum ipsimet suadent. Sequitur igitur quod tunc temporis pharmacum dandum non est, quod tamen ipsi iubent, non nisi stante concoctione pharmacum propinetur. Is verò Græci respondet, quod si status symptomatum coincidit cum concoctionis humorum statu, quod tunc dubio procul pharmacum abnegandum est: quia symptomata pharmaci opus peruertunt, & multa mala inde sequuntur: quum verò status coctionis humorum adest absque symptomatum coincidentia, tunc pharmacum rectè concedi potest: & sic quæsitum (cui contradictio inesse videtur) diluitur, scilicet stante concoctione in statu pharmacum dandum est: intellige, quando symptomata non peruertunt pharmaci opus: quod potissimum est, quando symptomata non coincidunt cum statu concoctionis humorum. Si verò coincidunt, tunc in statu pharmacum dandum non est, quod potissimum evenit morbis qui ad unicam criticam expulsionem terminantur,

quos

quos olim antiquitas, potius sanguinis missione,  
 & optimo victus ordine, quam pharmacia cura-  
 bat. At nos hodie nacti benigniora medica-  
 menta, audacter initio morborum purgamus: & mor-  
 bos natura sua lethales, qui omnino egrotum op-  
 primere, & ad interuentionem ineuitabilem du-  
 cere debuerant, leues, & mitis, ac salubres in  
 purgationibus reddimus, quibus minorem factam  
 initio morborum materiam, facilius natura po-  
 test concoquere, vt enarratione vigesima nona li-  
 bri secundi Aphorismorum Galenus Hippocra-  
 tem interpretatus est, quum dixerit, Quum mor-  
 bi inchoant, si quid mouendum videretur, moue:  
 quum verò consistunt ac vigent, melius est quie-  
 tem habere.

*Curatio decimasextima de oris ulce-  
 rationibus, quas Aphthas Græci,  
 Alcholas verò Arabes appellant.*

**F**ilius Ludouici Ferdinandi ab Arias,  
 quatuor tantum natus annos natura  
 sanguineus, obesulus, & bonæ habitudinis  
 infans, in aphthas, id est oris ulcerationes  
 deuenit. Sunt enim ulcerationes hæ ab A-  
 rabibus Alcholæ dictæ, Latiniore verò la-  
 tucimen appellant, quæ quum primùm  
 apparere cœperunt, febris quoque cum  
 horrore

horrore eum affligere cœpit, & vt postea  
 comprehendimus, duplex fuit tertiana. Se-  
 cundo igitur die ad eum veniens, brachij  
 venam illico aperire, hiruidiëmque vulne-  
 ri admoere iussi. Nec enim timere est,  
 puerulis carnosus & boni habitus, venam  
 in hac ætate tundere, tamen Galenus cæ-  
 terique Græci hoc nunquam admisere. A-  
 rabes tamen, Abinzoarem libro suo de Sa-  
 nitate tuenda sequentes, qui filio suo trium  
 annorum, vt tradit Auerroes, sanguinem  
 per venæ sectionem minuere iussit, postu-  
 lante morbo, minimè formidant: quos bo-  
 ni medici imitatur, nec vulgi famam timet,  
 quum multa bona inde euenire experien-  
 tia competum habeat. postea verò pro iis  
 lauandis ulceribus hoc decoctum, siue la-  
 uacrum parare iubeo, quo sæpe lauabatur,  
 & ita habet, R. rosarum rubrarum, balau-  
 stiorum, myrtillorum, foliorum oliuæ, len-  
 tisci, sumachiorum, plantaginis an. m. r. alu-  
 minis roche vnc. mediam: in lib. tribus aque  
 fiat decoctio quousque aqua rubra euadat.  
 Deinde verò clysterem istum immittendum  
 suadeo, R. Decocti hordei vncias decem, o-  
 lei violacei vncias tres, cassiæ extractæ vn-  
 ciam mediam, salis drachmam mediam, sac-  
 chari Sancti Thomæ, quod rubrum offi-  
 cina vocant, vnciam vnam, misce, & fiat  
 clyster

clyster. Syrupū verò omnino abhorrebat, sed & vesperi iccori epithema imponēdum curavi, ne materiam de notto ad superiores transmitteret partes: fuit enim huius morbi causa procathartica vini nōdum cocti, multū dixerim, multus potus. Habebat verò epithema sic, R. succi endiuix vncias quinq;, aceti rosati vnciam vnam, santalorum rubrorum drachmā vnam, misce, & tepidum imponatur: sed & linimentum quo oris ulcera, post lauacrum illinirētur ex melle rosaceo colato, mastice & thure, cum dupla portione aluminis rochæ vstæ parare feci, tota verò cura circa oris ulcere dirigebatur, vt quā optimè lauacro prædicto lauerentur, inungerenturq;: tertia verò die clysterem antea dictum iterandum iussi, vt syrupum rosaceum solutiuum duarum vnciarum pondere cum iure pulli bibendum obtuli. Tunc verò puer à febris liber euasit: & quarta melius habuit, sed quinta ulcerationes oris minores factæ sunt, & vesperi sternuit: sexta tandem sanus factus fuit. Victus ratio huic pitana colata, quam Saus hordei Arabes appellāt, multo iusculo capi admixta erat, pullus quoque gallinaceus hordeo coctus, veluti panatella, & malum punicum vinosum, & acidum, & dulce, aquam porrò ex cōmuni padana bibebat.

## S C H O L I A .

*Hic scire licet quòd aphthæ siue oris ulcerationes plerumque pueris accidunt, quæ tribus sunt modis, quædam albæ, aliæ subrubræ, aliæ verò crustæ modo nigrescunt, cæteris peiores: verumtamen omnes igneam caliditatem præ se ferunt, ideo vt multoties in gangrenam transeant, & consequenter in syderationem, id est, membri omnimodam mortificationem, vt puero allato ex sancto Vincentio apud Lusitaniam, in Castellam Album contigit, ætate septem annorum: à quo frustulum mandibulæ extractum fuit, & vixit, sed postea interiectis duobus mensibus, vt mihi relatum fuit, diem suum obiit. Cæterum omnes lactentes pueri isto morbo affecti sæpe moriuntur, hac præcipue de causa, quia sugere & lac attrahere non possunt, vt filiolo Dionysij Pinti octo supra decem menses nato, contigit.*

*Curatio decimoctaua de supradietis oris ulcerationibus, & de tibiaarum & brachiorum scarificatione.*

**P**AUCIS interpositis diebus huius dicti frater, duos natus annos, in easdem oris ulcerationes incidit: qui surarum, siue tibiaarum ventrium scarificatione, & topicis adhibitis enumeratis medicamentis sanitati illico fuit restitutus.

## SCHOLIA.

Non preteribo hinc, quin taxem omnes, præter quam Hispania medicos, qui in puerulis hanc tibiæ & brachiorum scarificationem adeo præcreunt, ac si pauci momenti euacuatio esset, vel ea potius Galenus nunquam vsus esset. Quod falsum esse paucis monstrabimus: quum Galenus ita sæpe hac vsus fuit euacuatione, ac sanguinis missione per venæ sectionem, quod facile deprehendere quis poterit, ex iis verbis, quæ ab enarratione decimasextima secundi libri Aphorismorum adducuntur: quæ ita habent, Euacuatio autem omnium humorum æqualiter (quæ quidem exquisitissima est) fit per venæ sectionem: proxima autem huic est, quæ per tibiæ scarificationem, vt nos facere consueuimus. Hæc Galenus, quibus nihil vel clarius, lucidius dici poterit. Huc adde, quod Galenus tantum facit hanc per scarificationem euacuationem, vt de ea librum scripserit. Nam & libro decimotertio Methodi medendi, altero crure malè affecto alterum scarificari iubet, non verò venam secari, vt multi ineptè admodum, qui de Pleuritis Apologia scribunt, quas pro suo roborando errore adducunt: ita enim citato loco apud Galenum legitur. At si vel plethoricum corpus sit, vel vitioso succo redundet, curatio per ea quæ sic calent, fluxionem ad membrum citat. Cogimurque aliâ sanguinem mittere, idque aut venâ incisa, aut in,

qua

quæ lesa non sunt scarificatis. Manu enim laborante, scarificabis crura: altero crure malè habente, reliquum. Agit enim hic Galenus (vt obiter hoc dicam) de externis affectionibus. Ceterum proximum iis erit enarrare, quod mihi contigerit annis elapsis, & ita habet: Dominicus Maria à Bala, mercator Bononiensis, quum filiolulum grauiter egrotantem haberet, vt illum inuiserem me rogat, ad quem accersitus iubeo proimus crura scarificari, prius ea per spongiam fouentes calida aqua, & ad poplites ligatura, ac ad suras euocato sanguine, eas sæpe harundine fessa percutiendo, sed inuita matre pueruli, natione Græca patria, Bizantina, quæ quum intra duos dies puerum sanum conspexerit, ad me postea, tanquam ad sacram anchoram, quum pueri sui vel amicorum egrotarent, consuebat, vt illam illi iuberem euacuationem facere, tantum videlicet huic euacuationi tribuens: nec sanè immeritò, quia præter multa quæ secum adfert commoda crurium scarificatio, materiam in corpore exundantem minuit, & caput à dolore, & malis affectionibus liberat. Opus tamen fuit Ferraria, veluti apud Germanos inferiores, vulnerarios docere hanc exercere euacuationem, quum antea ea nunquam vsi fuissent.

Curatio decimanona de caluaria re-

*ducenda, quæ percussa & plicata antea fuerat.*

**P**Vella, quam ab aphthis, id est oris ulcerationibus liberauimus, per scalas cecidit: cui caluaria prope tempus dextrum inrus plicata fuit, nullo vel aparente vulnere, aut sanguinis missione, cutis tantum erat contusa, magna fouea intus immissa, cui occurrens, & accessit chirurgus, cucurbitulam multa flamma ignitam admouere loco affecto iubeo: postea verò albumen oui optimè concussum, & multis pulueribus confectiuis mixtum, & stappa exceptum atque loco oppositum, intra paucos dies sanitati fuit restituta: iussi tamen postquam meliusculè habere videbatur, loco affecto emplastrum de betonica admouere.

SCHOLIA.

*Omnibus notum esse auguror, ossa puerorum tenuiora esse, quia sanguinolentiora, ut testatur Hippocrates libro de Capitis vulneribus, prope finem: qua de causa facile plicantur, & difficulter rumpuntur, & franguntur, quia nec densa, nec solida, nec antrosa sunt, ut visum quoque fuit in puero coriarum apud Malamtestam pigmentarium habitantis, qui quum ex alto caderet, caput contusum habuit, qui & laminas plicatas, & ipse eodem artificio fuit curatus, & sanus euasit. Ceterum*

*rum, est instrumentum chirurgicum ex tripodibus fabricatum, quo adultioribus ossa plicata, & disrupta foras trahuntur.*

*Curatio vigesima de grauissimis quibusdam symptomatibus, ob dolorem oris ventriculi à bile prasina euenientem abortis.*

**V**Xor Iurista à costa plerunque sæuissimis doloribus circa os ventriculi cruciabatur, & adeo sæuissimis, ut in epileptica symptomata sæpe incurreret: nam sensu & motu ferè priuabatur, & tanquam mortua iacebat, quæ non nisi voce asperiuscula inclamata, per capillorum auriumque dolorosam attractionem excitabatur, & ad se redibat. Vocatus igitur, eam in accessione comperio, quæ ob ingentissimum & infestantem dolorem illum me rogat, iubeam affectum illum locum aperire: nam aliter non posse euadere, alta voce clamabat. Ego verò sciens vltimis morbis vltima diligentia opus esse, illico vomitorium hoc offero, quod habet, Aquæ in qua decoctum fuit semen raphani uncias sex, oxymelitis simplicis unc. 2. agarici in puluerem redacti, drachmam vnam, misce, & tepidum bibat. tepida enim stomachum relaxant, & ad vomitum inci-



tant: hoc igitur, prius cibo, quem antea comederat, eiecto, multam bilem vitellinam & prasinam euomit: sed non ob hanc causam dolores remissi sunt: qua de causa clysterem istum parare iussi, Rec. Centaurij minoris, chamemeli, meliloti, añ. m. i. Cumini, seminis fœniculi, ameos, ana drachmam vnam, in libra vna & semisse aque fiat decoctio sufficiens, cuius decocti libræ vnæ addas olei anethini vncias quatuor, diapœniconis drachmas sex. Trochiscorum alaandal drachmā mediam, salis nitri drachmam vnam, vitellos oui numero duos, mellis vncias duas, misce: cum quo quater vel quinquies egessit, post quæ, stomacho spœgiam imbutam decocto absynthij & rosarum, cum oleo de mentha, & absynthino, calidam admouere curavi: quibus præsidis libera tunc à dolore euasit. Sed hæc inter noctem agebantur. At quum illuxit dies, ad eam accessi, vbi altius & intimius morbi huius causam quærens, inueni morbi huius originem & causam, iecur esse, quod & obstructum & malè affectum erat. Percipiebam verò esse obstructum, quia plus iusto tumebat, & quum manus illi admouebatur, dolebat: hac cæterum obstructione iecur sic malè affectum, malè officio suo fungebatur, vnde multum bilis vitellinæ

&amp; por

& porraceæ dictæ prasinæ, siue viridis gignebat, potissimum quando herbis & malis & pessimis edulis vesceretur: quæ bilis ad os ventriculi potissimum delapsa, crudeles & sæuos illos dolores causabat. Ad causam igitur, & morbi originem occurrens, sanguinis extractionem non admittens illa, qua de causa, inquit Galenus, Pauperes, ditioribus citius sanantur, quia pauperes facilius obediunt, & illico sanguine minuto citius sanitati pristinæ restituntur. Syrupum istum concedo, R. Syrupi de Agremonio, id est, vero apud Dioscoridem eupatorio, vnc. duas, decoctionis fumi terræ in qua multi spicæ nardi incoctum est vnc. 4. misce, quo per sex dies manè & vesperi vsa fuit, post cuius bibitionem, bolum sequentem deuorauit, R. Electuarij lenitiui drachmas quinque, de succo rosarum drach. 2. agarici nouiter in pasta parati drach. 1. & mediam, cum saccharo & puluere cinnamomi, fiat bolus. Quo alius optimè secedit: & sequenti die iecur hoc vnguento illini su adeo, quod habet, R. Succu eupatorij Mesues, veri apud Dioscoridem agerati dicti, vnciam 1. & mediam, de agrimonio vulgari, Dioscoridi eupatorio, vnciam 1. olei absynthini, nardini, añ. vnc. mediam, pulueris ligni aloës, spicæ nardi, caryophyllorum, añ. drachmam

vnam, ceræ vnc. vnā, misce, fiat vnguentum, quo manè & sero inungebatur. At his bis omnibus iteratis, & nonnullis cataplasmatibus iecori admotis ex Archigenis officina prodeuntibus, quæ Galenus libro octauo de Compositione medicamentorum secundum loca, citat: ad Thermarum aquas condescendi, & illas quidem apponi prope Patauium, quas ebibit, & ita valuit, vt dolor amplius nunquam redieit.

## S C H O L I A.

*Bilis prasina hæc, potiss ex incoctione quadam gignebatur quàm adustione: vnde magis inter pituitæ species numerari meretur, quàm inter bilis: per adustionem porro nonnunquam prasina hæc bilis fit, vt alibi diximus. Caterum, quum circa ventrem & intestina, vna in singulis cavitatis: quæ vitiosam humiditatem suscipere possit, circa hepatis tamen tot numero sunt, quot habentur arteriæ & venæ. Etenim quum hæc omnes oscula angusta possideant, qua parte visceris huius sima cum gibbis cœunt, obstructions ab illis vitiosis succis aliquando oboriuntur, breui in frigidis intemperaturis, vt temporis progressu in calidis: ad quas tandem obturationes, putrefactio sepe consequitur. In nostro porro casu, ingestis herbis & mali succi cibaris, quæ stomachus non adeo concoquebat, tandem ad iecur vtunque attractus succus iste porri virorem habens, inibi peiorem qualitatem*

sortie

*fortiebat, ac in stomachum relegabatur, vbi dolores illos causabat, & consortij lege, sensus & motus priuationem.*

*Curatio vigesima prima de febre derelicta post pleuritim, ac de medicorum in aduertentia circa sanguinis partitionem, in vena sectione.*

**O**liuerius Romæ trapezita, ætate quadraginta annorum, circa hyemis initium, Venetiis pleuritide correptus fuit, qui quum à medicis deploratus haberetur, inde Ferrariam per nauim deportatus est, ad quem accersitus, decima enim agebatur dies ab ea qua primùm ægrotare cœperat, illum inueni à dolore lateris siticulosa, sed intensè febricitantem febris siticulosa, cum pectoris grauedine stricturæ, ex quo sputa multa non nisi viscida ad nigredinem tendentia emittebat. Vrina porro omnino crassa rubra & ad nigritiæ declinabat, cum quibus virtus constabat, & alius optimè respondebat, sed cum iis nullum in capite sentiebat dolorem, tamen in nocte plerumque delirabat. Quibus animaduersis inquiri anteaactam curationem, cui quæsito respondet, Sanguinis quatuor tantum uncias è vena brachij extractas esse, nec vl-

lum aliud beneficium habuisse, sed iis addidit septimo die copiosum sudorem illi superuenisse, quo tamen febris non fuit discussa. Illuc igitur vulnerario accersito, sanguinem ex basilica siue interna brachij dicta vena, ad uncias octo fluere iubeo: erat enim sanguis in vniuersum corruptus ad liuiditatem quandam declinans, prout in tribus vitreis peluiculis conspiciebatur, quod scriptum posteritati esse cupio, & volo, vt à tam crasso tamque supino errore practici abstineant, in quem recentiores medici Itali incidunt, versanturque: qui quum sanguinem mittere mandant, iubent vulnerarij chirurgiue vt vniuersum fluentem sanguinem in vno colligant vase, non animaduertentes alioqui homines doctissimi & oculatissimi, opus esse & primum sanguinem fluxum, & medium & vltimum separatim videre. Quod Hippocrates admonere videtur, libro secundo de Ratione vitæ in morbis acutis, ita scribens, At si quidem dolor ad claviculam de se significationem præbeat, aut grauitas ad brachium, aut circa mammam, aut supra septum transuersum, venam secare prodest in cubiti flexura internam, & non cunctari copiosum sanguinem detrahere, donec multo rubicundior fluxerit, aut pro puro & rubicundo liuid

liuidus, vtrunque enim contigit. Hic enim Hippocrates suadet ad colorem & sanguinis consistentiam attendendum esse, quum si sanguis crudus & pituitosus fuerit, & minime floridus, nec rubicundus illic apparuerit, extrahendus Hippocratis consilio erit, donec rubicundior multo fluxerit: quemadmodum si illico in principio purus & rubicundus effluxerit, extrahendus est, donec liuidus exeat: quod Galenus ibidem in enarratione clarius exposuit, dicens, sed quod vacuandi sanguinis terminum coloris mutationem posuerit, deinceps est differendum. Quicquid ergo sanguinis in phlegmone continetur, id caloris abundantia colore permutatur. Reliquum autem in partibus omnibus simile manet, eam ob causam sanguine qui in totum spargitur corpus pituitosiore existente, rubicundior sanè erit, qui in eo quod phlegmone obsidetur latere continetur: quod si sanguis in corpus totum diffusus rubidus fuerit, iis proculdubio qui ad phlegmonem est adustus assatusque; in nigrum permutabitur, liuidus autem in ea quæ à rubido ad nigrum transmutatione medium obinet: coloris igitur mutatio, sanguinis ex particula inflammata translationem sufficienter commutat. Subscripsit iis idem Galenus libro de

Curandi ratione per sanguinis missionem, c. 14. dicens, In quibus autem iuxta sectam venam phlegmonæ est ingens, optimum est sanguinis & in colore & in consistentia mutationem expectare, sicut indicavit Hippocrates in libro de Acutorum victu, de pleuritide loquens. Alius enim est, qui in phlegmone est sanguis, quam qui secundum naturam, ut pote plus excalescens. Nam si antea crudior erat, rubrior modo & flavior efficitur. sin eiusmodi prius fuerat, ad atridinem vergit adustione. proinde & cætera quibus respondent ea quæ idem Galenus dixit libro de Venæ sectione aduersus Erasistratos, ad istum modum, Age ergo declinamus illis quod mensura in venæ sectione multo facilius deprehendatur, quam in cæteris quibusvis auxiliis. Nam & coloris mutationem sæpenumero dispicere licet, hocque duobus modis fieri potest: interdum quidem sanguinem ipsum fluentem, interdum autem ægrotum considerando, &c. Quibus Hippocratis & Galeni verbis satis percipitur, quod in sanguinis missione animaduertente medicus debet, sanguinis tam coloré, quam ipsius consistentiam, mutationemve, quod mea sententia multo melius & securius fiet, si sanguis semel extractus, in tres partitus fuerit partes: quæ inde de intentione vel

ne vel remissione putredinis facilius quam aliunde diiudicare possimus, scireque an secunda sanguinis missio prima copiosior fieri debeat, non minus si sanguis bonus sit, vel potius biliosus, aut pituitosus, aut forte atrabiliosus, & an mediocri putredine sit affectus, qui ad benignum reduci potest, vel potius in totum corruptus omnimoda egressu euacuatione, quæ omnia dubio procul multum ad veram faciunt curationem. Quis enim non nouit in vna sanguinis missione & rubrum, & liuidum, & nigrum sanguinem fluere posse? qui nisi variis prehendatur peluiculis, sciri non poterit: proinde medicos Italos hic monitos velim, ne deinceps, ut solent, sanguinem vno in vasculo colligere tantum permittant: quum consultius (mea sententia) ut dixi facient, si sanguinis partitionem dictam agendam mandauerint, ac peluiculas illas, in loco reponere, vbi nec radij solares, nec puluis sanguinem inficere possunt. Cæterum, non minus à me taxandi hic totius Hispaniæ medici veniunt, qui sanguinem quibusdam colligi scutelis terre incoctis, in quibus vniuersa sanguinis humiditas imbibitur, consentiunt, proinde rectè mea sententia faciét medici, si deinceps peluiculas istas non nisi vitreatas in publicum exire permiserint: quod

quod iam nunc, vt audio, Salmanticæ monitionibus clarissimi doctoris Alterati, primarij medicine professoris, fieri incipit. sed in hac re Teuthones, & Germani multa sunt laude digni, vt runque rectè exercentes. Nam & sanguinem multis peluiculis fluentem colligunt. & illis quidem scamneis, non nisi huic negotio seruientibus. Dicent, tamen hîc Italiæ medici, quòd si sanguis vno tantum vasculo vitreo colligatur, vt semper colligitur & asseruatur, quòd postea cultro, per medium diuidi potest, vt inde iudicium sumât, quod à multis præclaris in Italia medicis factum iri animaduerto. Sed hæc vt medicis indigna, ita à praxi eliminari debent: quum satius multo sit sanguinem variis peluiculis colligere tam in pleuritide & internis inflammationibus quàm quouis alio morbo, vbi sanguinem mittere expedit, & de ipsius putredine aut alteratione iudicare: in phlegmonis tamen membra longinqua occupantibus, veluti pleuritide, potissimum sanguinis mutationem aut consistentiam cõtemplari expedit: quia multum intermedij sanguinis prius quàm phlegmone impacta euacuetur, extrahi necesse est. Sed dicet fortè aliquis, Hippoc. & Galenum iubere animaduertendam sanguinis mutationem fluente ipso sanguine, non verò iam fluxo: cui responde

spondemus, Optimum fore si fluente sanguine medici adessent: præsertim quum sanguinis maxima sit extractio pulsuum diminutionibus attendendo, ne si fortè plus iusto extractus sit, æger ad animi deliquium ducatur, nec vires amplius recuperari possent, vt multis agris accidisse vidi, qui medicorum negligentia periêre. At quum recentiores medici nõ semper phlebotomiis presentes esse possunt, vel si possunt fortè non dignantur, opus sanè est hac potissimum sanguinis partitione vti, quin & si sanguinis extractionibus semper presentes essent medici: quum difficulter fluere sanguine iudicatur de ipsius colore & substantia, consultius mihi videtur si post extractum concretumq; de eo iudicium feratur. At hæc nunc sufficiant, & ad locum vnde discessimus reuertamur. Facta igitur fuit huic venæ sectio in brachij flexu, postquam syrupum sequentè obrulimus: R. Syrupi capill. Veneris, violarum, oxymelitis ana vnc. mediam, aquarum feniculi, endinæ, & capill. Veneris, añ vnc. j. misce, vesperi verò ante cœnam iterabatur. Porro vnguentum hoc, quo pectus illiniretur parauit, quod habet: R. Olei violacei amygdalarum dulcium ana vnc. j. axungie gallinæ, butyri recentis, ana vnc. j. ceræ parum, fiat vnguentum. Non minus secretum

facilitas describo vt interpellatim cochleari elambendo desumat: quod habet: R. Syrupi de liquiritia vnc. i. capillorum Veneris vncias duas, violacei vncias 3. misce. Item quoque vt linguæ nigredinem effugeret, quam fuliginosam & atram habebat, semen psilij subtili linteo inclusum, & ligno exili insertum, ac in aqua madefactum intinctumque parare facio, quo multoties linguam lavaret, non minus quam assistentibus ministris interdum argenteo cochleari eam raderent, à fuliginéque illa liberatè suasi. In nocte verò clysterem refrigeratorium immittendum iubeo sic paratum: R. decocti hordei librâ i. olei violacei, rosacei ana vnc. i. & mediam, sacchari vnc. i. vitelli oui numero j. misce, fiat enema, & tepidum iniiciatur. hoc verò enemate aluus optimè secedit. sed vndecima die nihil immutandum, aut de nouo agendum proposuimus: duodecima verò pharmacum hoc propinatumus: R. Syrupi rosati solutiui vnc. 3. decoctionis fenæ vnc. 4. misce, hoc verò multa & iuxta excreuit. decimotertio autem iterum internam venam in sinistri brachij flexura secare iussi, vnciasq; sanguinis sex demere, qui non tanta putredine, quanta prior fuerat, affectus erat. At post hæc sanguinis euacuationem æger melius habere visus est, &

omnia

omnia remitti cœpère. Nam febris non ita validè affligebat; & lotium minus rubrum & crassum absq; nigredine solita apparuit, quanquam in eo nullum erat coctionis signum: sputa tamen quæ per excreatum mittebat pauca, sed illa alba iam erant: demum decimaquarta sudauit sudore quidem contemnendo, quia eo febris nõ fuit discussa, imò continua perseuerauit, quod animaduertès decoctū hoc parare iussi, R. Radicū apij, cichoræ, endiuæ, an vnc. vnâ & mediam, petroselini cõmunis, sceniculi, an. vn. vnam, herbæ hyssopi, capillorum Veneris, an. m. i. prunorum pinguium Damasci, vel Hispaniæ, quæ iam vbiq; habentur numero 12. iuiubarum, quas dicunt ziziphas, sebesten, id est. myxaria singularum num. 10. hordei integri pugillum vnū, foliculorū fenæ vnc. mediam, in libris septem aquæ fiat decoctio, quousque maneant libræ 4. facta coctione & colatura: adde syrupi de cichorea, oxymeli compositi an. vn. tres misce, & ad lentum ignem parum bulliat: de hoc verò mane ieiuno stomacho bibebat vnc. 5. & vesperi totidem ante coenam, præcipuè quando siti premebatur, quo semper aluū lubricā habuit, adeò vt ter & quater interdium & noctem egerebat: proinde decima septima die tres spontaneos habuit secessus

sus, & ter sudare cœpit, sed nullum habuit  
 copiosum sudorem, decimo octava verò,  
 purgatorium hoc medicamentum dedi-  
 mus, quod habet, R. Syrupi rosati solutiui  
 vncias duas, oxymelitis compositi vnc. i.  
 diaprunis solutiui drach. 3. decocti senæ vñ-  
 cias tres, misce. fiat potus vnus, quo & bi-  
 liosa & varia pituitosa, mucosa, maleolen-  
 tia egressit, decimanona melius habebat,  
 sed lotium tenue subpallidum erat, in quo  
 nullum videbatur contentum. Nam & vige-  
 sima perinde apparuit, in aqua nulla crisis  
 nota fuit. At vigesima prima die, tumor, si-  
 ue abcessus magnus in pectoris eminentio-  
 ri parte visus est, colore ruber, tactu durus,  
 nullum secum afferens dolorem, nisi quan-  
 do illum manu tractabamus, vel quando  
 æger ipse tussiebat. nam tunc dolor illic re-  
 spondebat: fuit enim crisis hæc imperfecta  
 quâ permutationis practici appellant: quia  
 ab internis partibus ad externas malus hu-  
 mor prorupit permutatusque est. vigesima  
 secunda die rectius habuit, & quæ per ven-  
 trem egressit duriuscula, vt in sano conspi-  
 ciebantur: sed febris continuo persevera-  
 bat, & cum iis multum appetebat, & varia  
 comedebat. vigesima tertia, & vigesima  
 quarta die, eodem modo se habuit, velut  
 vigesima quinta, & vigesima sexta: sed vige-  
 sima

sima prima lotium optimum & multa hy-  
 postati primò vilum est, à quo semper me-  
 lius valuit, & sanitati fuit restitutus. Nã tu-  
 mor, post multâ & emollientium & matu-  
 rantium medicamentorum appositionē eua-  
 nuit, & in halitum diffusus. Quantum ve-  
 rò attinet ad rationem victus, qua iste vsus  
 fuit, scire est quòd à vino semper abstinuit  
 non quòd rectè in hoc morbo propinari  
 non possit, quia Galenus in febribus cõti-  
 nuis vinũ admittit: sed quia quum vinũ is  
 bibebat in grauẽ incurrebat tussim, vnde  
 ab eo tanquam nocuentũ & graue sym-  
 ptoma secũ afferente abstinebat, vsus verò  
 semper fuit aqua hordei nonnũquã iulepo  
 violaceo admixta, aliquãdo verò granato-  
 rum vino prout casus postulabat: cibus ve-  
 rò, capi sine pulli cõtusum, pistum dicunt,  
 multo saccharo & diamarg. paratũ erat, &  
 interdum morsuli parabantur vires reficiẽ-  
 tes, ex capi pulpamētis, & amygdalis dulci-  
 bus, veluti iecinoribus, & pullorũ testiculis  
 adiectis medulla panis seminibusque fri-  
 gidis maioribus, vt melonis, cucumeris,  
 cucurbitæ, & citrullis: vt verò tirones addi-  
 fcaut, sic parabat, Recipe interaneorum  
 siue pulpamentorum capi, vel pinguis gal-  
 linæ, aut phasiani, vel perdicis vnc. 5. amy-  
 gdalarum dulcium mundararum vncias 2.

seminis melonis à cortice purgati vniū. 2.  
omnia hæc reætē pistentur. Nam hīc semi-  
na melonis optimè pista desiderantur: pos-  
tea cum vn. 10. sacchari, optimè omnia ad  
lentum ignem, secundum artis ministerium  
coquantur, & inde postea morsuli parētur.  
nam & diamargarit. frigidum dictum, quo  
etiam vtebatur, & apud Valentinus & Hi-  
spaniæ medicos in continuo est vsu, sic pa-  
ratur: R. Sapphirorum, hiacynthorum, sma-  
ragdorum, carabi, corali albi, corali rubri,  
margaritarum, spodij, ana. drach. 2. rasura  
eboris, cornu cerui vsti, serici crudi, corti-  
cum citri, seminis papaueris albi an. dra. 4.  
seminis acetose, seminis portulacę, gummi  
Arabici, tragacanthi, rosarum, doronici,  
tormentilæ, liquiritiæ, ligni aloës, amyli,  
omnium santalorum, coriandrorum præ-  
paratorum an. drach. 6. camphoræ, scrup. 4.  
moschi, scrup. 1. ambre scrup. 2. auri, argē-  
ti, scrup. 1. ossis de corde cerui, an. drach. 2.  
& fiat puluis secundum artem, eū saccharo  
fiant rotulæ: hoc autem diamargaritōn. fri-  
gidum dicitur, cuius species in epithemiata  
cordalia frigida exornantur.

*Curatio vigesima secunda de febrī cō-  
tinua cum tussī, & quomodo medi-  
camen*

*camenta pectori conuenientia su-  
mi debeant.*

**I**Vuenis, qui in diuersorio agebat, robu-  
stus ætate viginti annorum, continua fe-  
bri laborabat, multum tussiebat, parum  
spuebat, & capite grauissimè dolebat, quem  
quum sic viderem, illico basilicā in dextro  
brachij flexu secare iussi, sanguinisque vn-  
cias octo fluere: postquam sanguinis mis-  
sionem, deposita quasi sarcina, natura po-  
tētior facta est, & ex pectore per screatum  
pus mittere cœpit, sed vt opus hoc libera-  
lius & facilius completeret, clambendo hoc  
acciperet consulvimus, quod habet,  
R. Oxytelitidis simplicis, vnc. 1. loch de  
maluauisco sine spe. vnc. 2. de farsara vnc.  
1. diatragacanthi, vnc. sem. Miscē, fiat lam-  
betinum, quo passim supino capite deglu-  
tiat: non minus vnguentum pectorale di-  
ctum, quo pectoris totius regio illinere-  
tur, descripsimus: quibus & nonnullis adhi-  
bitis clysteribus sanitati fuit restitutus, ve-  
luti multi alij, qui eo tempore ex eodem  
serē morbo correpti fuerant. Cæterum,  
erant febres istæ catarrhales parum à pleu-  
ritide differentes, quæ publicè, vigente  
hyeme grassabantur.



## SCHOLIA.

Hic inquirendum venit, an medicamenta que elabendo cochleari sumuntur, ad pectoris vitia facientia, homine supino stante deglutiri debeant, an potius flexo & curuo. Nam multi Nicolaum & similis farinae homines insequentes, hodie dicunt quod quum nostra fuerit intentio medicamentum in asperam arteriam amandare, quod tunc homo capite curuo & ad terram flexo illud ore tenendo deglutire debet, sed *ij*, mea sententia, tanquam in re anatomica parum exercitii reiiciendi sunt: quum homini supine cubanti, trachea arteria propinquior sit, & epiglottis magis aperiat: ut inde dicendum sit, que elabendo sumuntur homine sic disposito, facilius per asperam arteriam deflui debeant. unde & merito boni practici officium est, *ij*s, qui a capite ad pectus destillationes patiuntur, consulere, ne supine iaceant, quum supine dormientibus destillationes ad pectus directius & facilius defluant. Quod Rasis inter Arabes singularis doctrine vir, non siluit, ut Galenum docentem taceam, qui ut princeps medicine est, ita nihil in ea intentatum reliquit, veluti in hac re congere est, qui quod homo medicamenta hac elambitina, supine existens ebibere debeat, libro quarto Methodi medendi, capite septimo, quo vlcus asperam arteriam occupantis curationem persequitur, adeo clare docuit, ut nihil prater eius verba adducere opus sit, quae

ibidem

ibidem ita habentur. At ad vlcus quod in aspera sit arteria, ut supinus quam diutissime in ore teneat, ac omnes qui illic sunt musculos relaxet: remittatque precipiendum, influit enim sic sensim & paulatim de medicamento aliquid sensibilibiter & manifeste in ipsam arteriam. Nam & quum naturaliter se habet, seire licet potionis nomine huc percolari, sed veluti in secunda valetudine, ita nimirum in aduersa cauendum est ne largius influat, utpote quod tussim excitabit. Nam quoad humor undique iuxta tunicas arteriae ceterum iuxta murum aqua descendit, tussim utique non ciet, si quid per mediam spiritus viam incidit, tusses statim excitat: haec Galenus: quibus nihil clarius aut lucidius dici potest: quibus quoque consentiunt ea, quae in eiusdem vlcus curatione ipsemet scripsit libro quinto citati voluminis, capite duodecimo, quum dicit, Et nos omnibus modis operam dedimus, ut vlcus ad cicatricem perveniret, foris medicamentum quod siccaret imponentes, tum cubanti supino humidum aliquod ex *ij*s medicamentis quae ad eiusmodi vlcus facerent, exhibentes, ac iubentes in ore continere, paulatimque permittere in asperam arteriam deflueret. sic igitur faciens sentire se manifeste aiebat astringentis medicamenti circa vlcus vim, siue ea vi huc per transumptionem transmissa est, siue medicamentum ipsum roris specie in arteriam ad vlcus defluxit, & tanquam percolatum

est. erat autem nec aeger ipse medicina imperitus, & cetera. Ex quibus luce meridiana clarius claret. quod quotiescumque medicus medicamentum per asperam arteriam mandare decreuerit, quod tunc aeger supine cubans, ac ore deientum, paulatim illud deglutire debet: sic enim per parietes, ipsius asperæ arteriæ humidum siue liquidum medicamentum labitur, nec tussim mouet, quam irritaret, si modo per medium illius laberetur descendere, quod potissimum euenit, quando subito & in magna sumitur quantitate, vt ex prima citata Galeni autoritate, hæc omnia patent, veluti libro secundo de Facultatibus simpl. med. capite decimo septimo, vbi inquit, Potus semper ex ille qui per asperam arteriam persolari, & libro octauo de Placitis Hippocratis & Platonis, quæ omnia prius Hippocrates in porcis & animalibus expertus fuit, vt libro de Corde nobis scriptum reliquit, à quo Galenus omnia dicta mutuatus est.

*Curatio vigesimatercia de glande non perforata, nec in ea foraminis vestigio ullo apparente.*

**I**Nfans natus annos duos, ab ortu suo glans illi perforata non fuit, nec vestigiū aliquod in ea vbi foramen esse debuerat, apparebat: ad radicem tamen eius, prope testiculos foramen erat, per quod lotium non guttatim fluebat, sed directè emana-

bat

bat, vt facile quis diceret, naturam & masculinum & foeminam producere in lucem tentasse, effeq; ex hermaphroditorum genere. An verò glans huic perforari debeat, in dubium traximus. nã & Antonius Musa Bräsauiola, & Franciscus chirurgus, nullatenus contendebant: nos verò cum Ioanne Baptista Canano anatomico insigni, oppositū contendebamus: quia si glans non perforaretur non posset liberis operam dare. Sed quoniam modo perforari debeat, aut quo instrumento, Cananus sic machinatus est: Nam cannulam argenteam fabrefieri curauit, admodum subtilem: intra quam acus argentea continebatur, quæ cannula per foramen prope testiculos vt dixi existens, versus glādem, immitti deberet, quo ad illam penetrare posset: quum verò ultra ire non posset, glandis residuum acu intra cannulam contenta perforandum erat: tūc verò solena ibi quoad ex toto meatus vrinarius fabrefactus maneret, dimittenda erat: sed quum controuersia iustam ignorantiae suspicionem ostendat, atque auditores incredulos reddat, factum est vt parentes pueri nolint filium in vitæ discrimen trahere: & sic ab opere destitimus.

*Curatio vigesimaquarta de nephritide*

l s

tido

*side, & renum arenulis, ac de cassia  
fistularis & lenientium medicamen  
torum propinatione.*

**V** Ir ille, qui nephritin, & renum arenu-  
las patiebatur, post deuoratum bo-  
lum bene habuit, erat autē bolus iste, Pul-  
pæ cassiæ nouiter extractæ vnciam vnam  
& mediam: pulueris liquiritiæ drachmam  
mediam, sacchari albi quantum sufficit,  
misce. Fiat bolus: & illum ante prandium  
per horam capiat.

SCHOLIA.

*Hic adnotandum duximus, quod cassia fistu-  
laris, vel quacunque alia medicina, modo ex illis  
quæ leniendo purgant sit, per vnam horam ante  
cibum assumenda est. Nam aliter si magnum in-  
tercesserit spatium, vice nutrimenti natura eam  
rapit & amplexatur, vnde parū aut nihil alium  
subducit. Hanc ceterum regulam docti admo-  
dum medici in praxim traxerunt ex Gal. libr. 2.  
de Facultatibus alimentorum cap. 31. vbi de pru-  
nis agit: ibidem enim inquit, Pruna ventrem sub-  
ducunt, modo non illico supra earum assumptio-  
nem prandium sequatur, sed paululum potius in-  
terponatur temporis, vnius videlicet, vt diximus,  
horæ ad ipsum prandium. Hanc verò vniuersa-  
lem esse regulam & methodum lenientium assu-  
mendorum, inquit eodem capite vltimis verbis, nec*

*minim*

*minus lib. 5. de Tuenda valetudine, vbi aliud lubri-  
cantia parum ante cibū offert: non opus est tamen  
(vt obiter hoc admoneamus) ius aliquod lanās, aut  
hordei aquam ante prandium super ijs lenientibus  
medicamentis prebibere, prout fit ab alii desectio-  
ne cum fortibus & scammoneatis medicamentis.*

*Curatio vigesima quinta, de duplici  
tertiana nocturna, quæ postea in cō-  
tinuam euasit.*

**B** Althasar Rebelius Lusitanus, ex Lame-  
co vrbe, qui homuncionem vigintisex  
annorum secum deferebat, vt populo tan-  
quam monstrum in spectaculū mitteret, à  
quo & plurimam corradebat pecuniam,  
Ferrariam venit, duplici correptus tertiana,  
& illa quidē nocturna, quarum vna alterā  
subintrabat. erat enim febris hæc pessima,  
infestissimè affligens, cuius rigor paruus  
apparbat. Nā æger sitibundus erat, linguā  
fuliginosam, ni gram, & crassam habēs, qui  
mente nō cōstabat: sed vrina citrina admo-  
dū erat, & pulsus diminuti cū corporis im-  
potentia. Primò multa hic vomuit prasina  
& varia ad nigredinem tēdētia, quæ omnia  
per assationem sunt facta, sed & postea, quæ  
in cibo & potu sumebat, omnia per vomitum  
remittebat. Cœperat verò morbus

hic Mantuæ, post anguillam comestam, multum coitum, & varium habitum exercitium. erat autem iste natus annos trigintatres: cui occurrens, illico internam cubiti venam secare iubeo, sanguinemque fluere ad libram mediam, prius per clysterem aluo exonerata: postea verò syrupum istum obrulimus. Recip. Syrupi rosati, nenupharini, an. vnc. j. aquarum eadiuix, nenupharis an. vnc. 2. misce: sequenti verò manè iterum venâ aperire ex altero flexu brachij iubeo, qua sanguinis missione melius habuit, & stomachus cibum retinere cœpit: erat verò cibus, contusum ex pullo, multa prisana colata mixtum: sexto verò die, pharmacū hoc ebibit. Recip. Pulpæ cassiæ nouiter extractę vnciam mediam, syrupi rosati solutiui vncias tres, decoctionis endiuix vncias duas: misce, fiat potus: quo parum egressit, quia illum euomuit: in nocte verò aluus soluta fuit, & multa egressit, à qua hora peius semper habuit, & febris continua, nullo interueniente manifesto rigore, facta est: post duos tandem dies illum deploratum reliqui, & vltimo obit 16. die ab principio ægritudinis.

## S C H O L I A.

Nocturna hæc fuit febris, quæ dubio procul lethalis est, vt de ea testantur Hippocrates & Galenus

lenus Commentario tertio in librum primum de morbis vulgaribus, Aphoris. 6. vbi Galenus ita ad verbum inquit, Sed quæ videbatur nocturne tribuere laudi, hæc ipsa non minus vitio veritit, eo quòd non simpliciter dixerit, Nocturna non est lethalis: sed addiderit, non admodum. nam si non valde est lethalis, liquet mediocriter lethalem esse. hæc Galenus. in quibus facile videmus nocturnam lethalem sua natura esse, & illam quidem interpolatam. Non mirandum igitur si is ex hac obierit, quum duplex erat nocturna, quæ postea in continuam euaserit.

Curatio vigesima sexta de scirrhuso quodam Gallicano tumore.

Huius prædicti socius Christophorus Almeida, morbo Gallico correptus erat, & scirrhusum quendam tumore in crure habebat, à quo maximum patiebatur dolorem, cui doloroso loco post exactam medicamentorum bibitione, cerotum hoc admoimus, R. Diachilonis albi, ammoniaci, bdellij, sagapeni, an. partes æquales, argenti viui extincti drachmam vnam: misce, fiat cerotum, membri figuræ & magnitudini conueniens: cum quo dolor quieuit, & Venetias iuit cum illo homuncione, omnium hominum quos naturæ conditio hucusque videre permisit minimo.

*Curatio vigesima septima de partu decemestri, & de mole generibus, ac matricis varietate.*

**A**Nna confanguinea Stephani, Pyrrhi vxor, quum exactè conceptionis tempus obseruaret, post decem menses & vndecimi tres exactos dies, puerum optimè peperit. Vtero enim gessit decem mensibus & vndecimi tribus diebus, vnde Pliniū verum dixisse lib. 7. Naturalis historiae, cap. 5. deprehendi, vbi præter Lucij Papyrij prætoris opinionem affirmantis, homini nullum esse pariendi statutum tempus, inquit, Homo vsque ad initia vndecimi gignitur mensis: veluti in casu nostro contigit: decimo vero mense Salomon Hebræorum sapientissimus ab hora conceptionis in lucem produit, vt ipsemet testatur libro de Sapientia, capite septimo. Primogenitus quoque Herculis Ferrariæ illustrissimi ducis, decemestris est, vt omnes ibidem norunt, & Brasauola scribit, quem terminum Hippocrates tantum libro de natura pueri prope finem signare videtur. sed de iis & eorū causis Leonarthum Fuchsum, Germanum legere est, qui mea sententia præ cæteris melius & accuratius lib. 6. Epidem. ca. disseruit. Iis adnectere est sequentia, Filia Ioannis

Gua

Gualterutij recens nupta, quum omnium opinione prægnans diceretur, loco foetus quatuor animalia ranis simillima peperit, & optimè valuit: sed postea circa pectinè dolorem sentiebat, quem paucis adhibitis remediis sedauimus, & pulcherrimè viuit. Similiter mulier Dionysij Pinti, quū puerum optimè peperit, inter secundas animal ranæ simillimum eiecit, & ipsa & puer pancreaticè habent. Mercatoris quoque qui ex Anglia venit, vxor abortiuit, & secundo die post abortum simile quoque animal peperit, vt multis aliis euenisse vidimus, præcipuè Anconitanis. debet verò animal hoc inter molæ genera adnumerari, de cuius conceptus causa Hippocratem legito libro primo de Morbis muliebribus: sed quum hæc scriberem, in mentem venit mulier Ferrariensis, quæ quum ob difficilem partum mortua fuisset, eam aperuimus, ac dissecauimus, geminos enim in matrice completos habebat masculum & foeminam: & illos quidem mortuos: inde enim extracta matrice per doctissimum Ioannem Baptistam Cananum, percepimus falsum esse, quod quidam dicunt, in matrice locellos plures esse, quum reuera matrix siue uterus similis vesicæ sit, in qua præter communem quandam cavitatem nulla altera apparet. Signatur tamen

in

in ea pars dextra & sinistra, cuius substantia quum scindebatur, intestinorum substantiæ similis apparebat. Fabulosum quoque est, quod Heropilus tradit, humanam matricē dissectam bicornē esse. Nam hoc in brutorum matricibus conspicitur, secus autem in humanis, nisi venas illas duas magnas, quibus iliis adligatur, cornua appellari dixerimus: iis adiungere est, quod superioribus diebus mulieri ad scalas S. Cyriaci habitati interuenit. Nam vterū ferebat, & quinto mēse puellam abortiuit, postquam secundas nō eiecit, non dolebat, nō febricitabat, nec anxia erat: sed venter vt primō tūmebat, vnde alterum foetum intus latitare dixi, vt cunque tamen assistentes mulierculæ de euocandis secūdis maximē sollicitabātur, ei trochiscos ex myrrha cum croco in vino propinando, ac nonnulla ex sabina rubea tinctorum, pu legio, origano, calamento, & similibus cōfecta medicamenta: sequenti tandem nocte alteram peperit puellam postquam & secundā prodire, sed tunc ægrius tulit: tandem sequenti die, frustum quoddam carnis galli cristæ cum rostro gallinaceo similitudinem habens eiecit, & immunis euasit.

*Curatio vigesima octaua de febre quādam continua, comitante dolore*

*circa*

*circa costas spurias, & de vini propinatione in febris continuis.*

**F**RANCISCUS Patritius Ferrariensis, vir sexaginta natus annos, ruri ægrotauit, post aliquot dies Ferrariam ductus, circa radicem costæ vltimæ nothæ, in latere sinistro dolebat, continuo febricitabat, febre quidē non admodum acuta, sitiebat cum ingentissima linguæ nigredine, sed capite nō dolebat, omnia tamē fastidiebat: cui in primis vesicam semiplenam circa locum dolore affectum apponere mandauit, aquæ huius in qua in costæ herbæ istæ erant, R. chamæmeli, parietariæ, maluarum, rosarū rubrarum, anethi, violarum, an. m. j. cui decocto olei violacei, & anethini, vtriusque vncias duas indidimus: hoc verò intra paucas horas penitus dolor leuatus fuit. ebiberat enim iam manē ieiuno stomacho syrupū istum, Recipe Syrupi endiuicæ simplicis, capillorum Veneris, ana vnciam vnam, aquarum endiuicæ, cichoreæ, ana vncias duas, misce. in nocte verò clysterem istum mittendum curauimus, Recipe Maluæ violarum, ana m. vnum & medium, in aqua fiat decoctio secundum artem, cuius colaturæ vncias quindecim adde cassiæ extractæ vnciam vnam, olei violacei vncias tres, salis drach-

mam vnam, sacchari vnciam vnam, misce, fiat enema. sequenti verò die minoras hoc pharmacum dedimus, quod habet, Syrupi rosati solutiui vncias duas: decoctionis senarum vncias tres, electuarij lenitiui drac. tres. Misce cum quo nihil quicquã egressit: proinde clysterem prædicto potentiorẽ parare fecimus, quo nonnulla emisit. Nam vrina turbida admodum & crassa conspiciebatur: proinde syrupum describo istum, R. Syrupi buglossarum, endiuarum, oxymelitis compositi, ana vnciam mediam, aquarum cichoreæ, fœniculi, ana vnciam vnam & mediam, misce. Postquam verò syrupum istum quinque ebibit, pharmacum hoc illi dedimus, quod habet, Recipe Pulvæ cassiæ noviter extractæ drachmas sex, diacatholici vnciam mediam, electuarij de succo rosarum drachmas duas, trochiscorum de violis sine scammonio drachmam vnam, in vnciis sex decoctionis endiuarum, in generali fiat potus vnus, misce, cum quo alius multa & varia egressit. At post hanc euacuationem, morbus increbuit, & eger se grauiter habuit: proinde basilicam in flexu brachij incidere iubeo, postquam sanguinis extractione melius habuit: demum vigesimo primo die ab hora inceptionis morbi, vrinam nigram tanquam atramentum misit, quæ sic se-

ptimum

ptimum vigesimum vsque diem perseuerauit: timebat autem æger, quia vrinam sic nigram mingebat: sed quum bono animo esset, dixissem, aperissemque optimam illam esse crism, timorem à se reiecit, & sic sanitati fuit restitutus probus & honestus hic vir, qui in morbi huius principio panatella ex iure capi parata cum diamargarithone vescebatur: nonnuquã verò contuso è pullo, vel capo, & interdum cichoream albam sumebat, quæ terra vel arena obrupta amaritudinem perdidit, & hybernis temporibus inter oxypora celebratur, oxelgo salisq; mica adhibitis, siue ipsa cocta, siue cruda sumatur, vt de ea abundè in nostro diximus Dioscoride. A vino porro nunquam in hoc morbo is abstinuit, pro quo de vino sequentia audire ne pigeat.

## SCHOLIA.

*Vinum quo is utebatur album erat, natura frigidum, quod omnes Longobardi, præcipue Ferrarienses, Albanum appellant, nec enim mirari est, si dixerimus vinum hoc frigidum sua natura esse, quum dubio procul cõparatione ad corpus humanum frigidum existit, quia illico suis qualitibus frigidum reddit: immo plus quàm aqua infrigidat: quia aqua solum, quia frigida infrigidat: vinum verò hoc non solum sua frigiditate infrigidat, sed*

etiam acerbitate quadam sapore percepta, qua facilius quam aqua penetrat. Hoc autem vinum album aquosum medici appellant, quod Galenus describit commentario 3. in lib. de Rat. vict. in morb. acut. enarr. 2. inquit, Aquosum autem vinum appellat homines, quod aquae tum colore, tum substantia simile est: perspicuum siquidem ut aquae splendidum & purum, & substantia tenuis videtur, protinus autem & facultate aquae simile existit, neque imbecillum caput feriens, neque infirmos nervos: quandoquidem manifestè calfacit. Haec verò ultima verba, idem Galenus sequenti sexta enarratione praedicti libri confirmat, dicens, nempe ex vinis albis nullum valenter calfacere potest. quod enim summè calidum est, id continuò & flauum existit, veluti & quod ab ipso est fulvum, quod lib. 12. Meth. med. cap. 4. confirmat, dicens, Nec enim inueniatur ex albo vinorum genere calidum vllum. Huic ceterum vino oppositum est, quod Hippocrates anodes, id est, vinosum nominat, alia voce polyphorum, id est, multiferum dictum, quod ut bene temperetur multam exigit aquam, vel quod aquae multum, quum diluitur, sustinere possit, ut ex Galeno 7. Meth. med. lib. cap. 6. & Commentario tertio in librum de Ratione victus in morbis acutis, enarratione vigesima percipitur: veluti sexcentis alij locis sua doctrinae. Nam hoc quod vinosum siue potens vinum medici vocant, facillimè caput tentat, quod omnino in febribus abnegari debet.

aquo

aquosum verò album, de quo ad praesens à nobis sermo fit, oligophoron dictum, quia nullam ferat in dilutione aquam, febrientibus tunc concedi potest, ut Galenus suis egrotantibus propinabat, quod ita esse testatur Galenus 3. de rat. victus in morb. acut. enarratione 8. quum inquit, De vinis haec locutus Hippocrates, continuò ad Melicratum transit: ceteris quidem ferè omnibus de vino demonstratis, at praetermissis uno quod non absoluit: & ego obiter percurram, quod scilicet febrientibus maximè idoneum aquosum sit. Est autem vinum hoc album colore, substantia tenuis, nullam earum quae ceteris vinis insunt habens qualitatem, neque austeritatem, neque astringentiam, neque dulcedinem, neque acrimoniam, neque odorem: nempe huic omnium soli, ut tum aquae tum vini mala effugeret est datum. Prodeunt autem talia in vnaquaque gente aliqua: in Italia imbecillum Sabinum, quod febrientibus administrant; in Asia Titacænum & Tibicenum: sed vini huius notas ubi intellexeris, talia facile in qualibet gente reperies, ubi & valde tenuia, & aquosa producuntur vina: reperi equidem talia in Cilicia, Phoenicia, Palaestina, Cyro, & cetera: imò, ut vetuli, in regionibus vidi omnibus, & quod mirum magis sit, in Aegypto. Haec Galenus: quibus patet, vinum hoc album aquosum febrientibus conuenire: at haec idem confirmat Galenus libro primo Artiscurationis ad Glauconem, veluti



duodecimo Methodi med. non minus quam multis alijs in locis sue doctrine, quod tunc febrientibus concedi poterit: quia frigidum, tum quia minime in sanguinis naturam mutatur, ut Galenus eodem 12. Methodi medendi libro affirmat, sic dicens, Præterea mistibilia, vel ut alia habet lectio, præpotentia vina sunt: & nutrientia, eoque ad succi bonitatem opportuna vtiliæque, quorum omnium nihil in aquosis vinis est: minimum enim ex horum substantia in sanguinis mutantur speciem, consentiuntque, quæ ipse libro 3. de Facult. alimentorum scripta reliquit, dicens, quum de vinis agit, His autem minus sua natura alunt quæ alba sunt, simul ac crassa & acerba, omnium autem minimum nutriunt, quæ colore quidem sunt alba, consistentia autem tenuia: & aquis hydromeliti faciendo appositis quodam modo similia. & libro de Cibis boni & mali succi: ex his enim quæ aquosa tenuiaque substantia sunt, urinam movent, & paucissimi sunt nutrimenti: quibus omnibus subscribit Aetius, sermone primo sue medicine dicens, Minime vero omnium vinorum alunt colore alba compage tenuia, & quodam modo aqua similia, & sermone secundo, capite 268. ait: Vinum aquosum non manifeste calfacit: ideo etiam febrientibus citra periculum datur: Vinum album & austerum minime, ut vinum calfacit: Vinum vero album, simulque austerum & crassum, ac nonnum sensibilibus frigefacit. & capite vltimo

dicti

dicti sermonis dicit, Aquosum vero vinum neque capitis dolorem inducit, neque nervos ledit: & subdit, Vinum autem modicam aquæ mixturam ferens capitis dolorem ex humoribus in ventre ortum sedat: iis enim iam perceptis, si vinum febrientibus dandum sit, hoc potissimum dandum esse, quod colore sit album, substantia aquosum, tenue, nullam ferens aquam: & exiguum corpori alimentum præbens: quod audacius extra Hispaniam agrotantibus concederem; tum quia vina hæc facilius extra Hispaniam reperiuntur, utpote apud Gallos, Germanos, & Italos, imò si verum fateri debeo, difficulter vina hæc in Hispania comperiuntur, quum omnia ferè præpotentia & vinosu vina sunt: imò ea vina quæ vniuersa Hispania alba appellat, sive proculdubio sunt, multam ferentia aquam & caput citissimè tentantia: quæ febres facillimè accendunt, præsertim, si morbi seminaria adhuc latent: proinde medicis Hispaniæ consulerem, ut à vini potione febricitantes suos arcerent, nec illis concederent: nisi in febrim declinatione vniuersali quod Hippocrates annuere videtur sexto Epid. & Galenus subscripsit 8. lib. meth. med. dicens, Constat autem & Hippocratem non in diarijs modo febribus, verum etiam in acutis, ex iis quæ de acutarum victu prodit, vinum dare. At in 6. Epid. siue ipse sit siue Thessalus eius filius, vinum calidis temperamentis prohibet, idque non modo quum febricitant;

sed etiam per sanitatem: quippe in calida natura suadet tum refrigerationem, tum aquæ potionem, tum quietem. in enim verbis medici omnes docentur, quod vigentibus febribus vinum dandum non est, potissimum apud ipsos Hispanos, & illorum Lusitanos, qui regionem incolunt calidam, utpote inter quartum & quintum clima iacentem, item quod aquam potissimum bibunt, ut dici possint Hispani aqua potatores, Galli vini, Germani vini & ceruisiæ, Scythæ lactis. Nam extra Hispaniam omnes tam Galli, quam Itali, & Germani ab incunabulis vino in potu utuntur: & infantibus suis in cunis vagientibus vinum præbent: quo fit ut non difficulter ita vinum quum febricitant, ferant: sed esto, quod Hispani vinum album & aquosum subtili substantia habeant, quod certè difficile erit inuenire, quanquam Galenus dicat in Aegypto, terra nimirum calida reperiri prorsus certè stante febrî abnegandum erit, nisi aliquod maius aduocaueris, ut illud detur: si delictet, virtutis prostratio & maxima appetentia, hoc potissimum post apparentem materiarum concoctionem: ut Galenus semper, quando opus est febricitantibus, concedit, quod certè in morbi statu, prope declinationem est: ut ex II. Meth. med. percipitur, c. 9. ubi inquit, In hoc tempore si vinum quoque aquosum bibatur, id omnes euacuationes promouerit: idem faciet & temperatum dulcis aqua lauacrum. & subdit: Ceterum ubi magni-

tudo

tudo febris obstat, sicut in continenti bus, synochis dictis, nec vino est utendum, nec lauacro, nec in qua habitum rarefaciatunctionibus, sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota in his febribus est aptissima: nisi aliquid tamen eorum quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat: & in medio capitis subdit: At si mediocris est febris, & vires non valide: sed cum notis concoctionis, in qui ita se habent balneum prodest, & vini potio: hæc ille, in quo tempore, vinum nondum exactè coctos humores concoquit, somnum allicit: sudorem prouocat, & lotium educit, imò omnes euacuationes promouet, & omnes humores optimos reddit: quibus addere est: quod vires cito reficit, quod vinum in conualescentibus desideratur: sed iam hic querent Hispani medici, Si nobis deest vinum album aquosum subtile, quod febricitantibus Gale, dare desiderat, nonne eius loco vinum potens optimè dilutum concedere possumus, ut Gale. 7. Meth. med. lib. faciendum suadet. quum amissa austeritate, & vi præpotenti illa, debile redditur? Respondeo, quod si vinum generosum Hispanum aqua temperetur, & misceatur, nunc ut antiqua superstitio mādabat, quod tres vini partes ad unam aquæ essent, vel ut Hippo. & Gal. volunt li. 7. Aphor. aphor. 56. quod vinum aqua portione aquæ temperetur, id est, quod tantum de aqua sicut de vino misceatur, sed etiã si duæ vel tres partes aquæ vini iniiciantur, nunquam inde vinum resultabit, quantumcumque aquosum fuerit, huic albo

ra 5

à Gal. desiderato simile: quum semper deest illi sa-  
por acerbus quidam, quo multum infigidat,  
veluti in hoc Ferrariensi dicto Albano percipi-  
mus: si tamen medici tam Hispanie, quam alte-  
rius regionis opus habeant, vino illo præpotenti di-  
luto vti, prout quotidie interuenit, consulo, non in  
poculo ea hora qua ager vult bibere permittant vi-  
num temperetur, sed potius duabus antea horis iu-  
beant vinum dilutum sit, vt melius mixtio fiat, &  
vini præpotentis igne partes resingantur euane-  
scant ve, quod multò melius fiet, si vasculi quo vi-  
num continetur, orificium apertum absque opercu-  
lo habeatur. Caterum cauere est à vino nouo, tan-  
quam à peste, quo Galenus maximè suadet absti-  
nendum: ob cuius inaduertentiam Germanorum  
plures, quum egrotant, moriuntur, qui multo &  
vino nouo, non minus quam præsentaneo antidoto  
vtuntur: nec minus à veteri vino recedendum est.  
medium igitur eligendum, mediam atatem habes:  
quod Galenus sex annorum esse ait. septimo enim  
libro Methodi medendi, vinum sex annorum, tan-  
quam medium inter nouum & vetus, maximè lau-  
dat: quod idem facit quarto lib. de Compositione  
medicamentorum per genera, vbi agit de epulotico  
medicamento, ex collectaneis Primionis. Sic etenim  
recens (inquit) vinum penitiora corporis non per-  
meat, vetus acre & mordax est, ergo etate mediū  
potius est, quod plurimum intra quinque & decem  
annos consistit. Hæc Galenus, in quibus clarè vi-  
detur

detur asserere, vinum etate medium ad decenium  
vsque dici: quæ & si absolutè dicta videantur,  
proculdubio non de omnibus viris intelligendum  
est, sed præcipuè de potentibus, ad trigessimum vs-  
que annum perdurantibus & vltra, veluti vina  
duo illa quæ diebus superioribus mihi in musæo  
suo Antonius Musa Brasauola, vir hac nostra  
etate celeberrimus, ex apotheca illustrissimi Du-  
cis Ferrarie gustanda dedit, quorum vnum etatis  
150. añ. erat, alterum verò 100. annos equabat:  
de iis enim vinis quæ ita longo tempore perdurare  
possunt, vera esse Galeni crederem: veluti in Hi-  
spania multa similia reperuntur, quæ ad 30. an-  
num & vltra producantur, & illa quidem præpo-  
tentia, generosa, multam aquæ mixtionem ferētia,  
odorifera, vt plurimum colore giluo, & fuluo. Nam  
de vinis debilibus, paruis, paucam ferētibus aquā,  
nou vique crederem Galeni axioma verum esse,  
qualia hæc sunt, Ferrariensia, & Galliarum,  
quæ ad summum per duos seruantur annos, quan-  
quam recentiores hodie scribentes hoc parum ani-  
maduertant, Galeni verba sic superficiei tenuis in-  
telligentes: sed hanc nostram sententiam, idem  
Galenus confirmat, Comment. 3. in lib. Hippoc.  
de Ratione victus acutorum morborum, enarrat.  
prima, vbi inquit, quod etas & tempus in vi-  
nis non sunt attendenda, sub iis sequentibus ver-  
bis, Non enim (inquit) ob tempus vina vel iu-  
uant, vel ledunt: sed ex propriarum differentia-

rum mutatione id habent, ergo quum de vinorum agimus differentis, temporis mentionem facimus per accidens: & non propriè, nec primum: ex quibus verbis liquido constat, quòd media etas vinorum non sic fixa perscribenda est, vt in epistolis suis quidam ad Fuchsum scribens, putat. Ceterum, Gal. particula 2. Aphorif. enarrat. II. illius aphorismi, Facilius est impleri potu quàm cibus, inquit. nam aquosa vna. sic enim nominant alba & tenuia, sicuti aque similem formam habent, ita etiam vim: quare vrinam cient, & minime nutriunt. Hec Galenus: in quibus innuere videtur, quòd vinum album aquosum, vt forma simile est aque, ita quoq; & viribus: atque ea de causa lotium promouet: sic enim videtur, quòd aqua vrinam prouocat, cui tamen contrarium Hippoc. innuit tertio libro de Ratione victus in morbis acutis. Iis adde, quòd Galenus 5. lib. de facultat. simpl. medic. inquit, Medicameta vrinam prouocantia calida esse, quòd multis aliis in locis scriptum reliquit. Non igitur vinum album aquosum & frigidum vrinam prouocare debet: nos huic dubitationi respondemus, quòd vrina dupliciter prouocatur, aut qualitatibus medicinarum, aut quantitate rerum fluidarum & aquosarum. nam medicine suis qualitatibus prouocantes vrinam diuretice diète, calida & sicce sunt: acres, sanguinem colliquantes, & que discindunt, atque discernunt à partibus crassioribus partes subtiles,

tenuis

tenuis, aquosas, serosas, quas renes ad se trahentes & partibus sanguineis, quibus nutriuntur, excolantes in vrinam conuertunt, que ad vesicam transmissa mingitur: hunc autem modum tangit Aristot. sectione prima Problematum, problemate 49. vbi ait, Odorata vrinam mouere, quia sunt calida, que ab Hippocrate Aristotel. accipit libro secundo de Dieta, vbi inquit, Que acria & odorata sunt, vrinam cient. Secundo vero modo diximus vrinam prouocari quantitate rerum aquosarum ad vesicam descendentium cito, vt aque & vini huius aquosi: ex quibus vesica facillimè post potum impletur, & consequenter pellitur, quem modum intelligit Galenus enarratione habita: & Aristoteles sectione I. Problematum, problemate 41. Porro an vinum penetrare faciat aquam, vel potius aqua vinum, in dubium vertitur: nos breuis respondemus, quòd vinum sua caliditate aquam penetrare facit, & aqua sua subtilitate vinum, nam aqua secundum totum subtilior est vino. vinum vero secundum aliqui subtilius est aqua.

Curatio vigesima nona de phymate tumore, quem passus est author.

Petis, amicorum omnium optime Canane, vt qui de me, de tebusque mtis iure petere possis, quidam in causa fuit, quòd vltimis illis tribus diebus mensis Nouem

Nouembris latitauerim, minimè que in pu-  
 blicum exierim, vt corpori saltem humano  
 per te dissecto, vt fieri solet, præfisterem, ac  
 ea quæ inter dissecandum dixeras, prætexta  
 oratione illico assistentibus resumerem, vt  
 tenacius ea tenerent. Respondeo, Tumo-  
 rem mihi in formore natum, causam fuisse,  
 quo minus tribus iis diebus, vel pedester  
 vel equitando exire possem, qualis verè tu-  
 mor hic sit audi. Erat enim tumor non ad-  
 modum magnus, nec malignus, quum nec  
 febrem, nec rigorem vllum secum traxerit,  
 imò ex eorum natura fuerit, qui intra pau-  
 cos dies ad suppurationem veniunt, vt cun-  
 que tamen dolores ingentes, quum crus  
 mouere vellem cum calore quodam non na-  
 turali vniuersum corpus corripiente incur-  
 rebam: quo nomine verò tumor iste apud  
 Galenum dicatur, vt eo scito, facilius rem  
 teneas, dico quòd tumor iste phyma à Ga-  
 leno nominatur: genus scilicet furunculo-  
 rum, quos idem Galenus & Paulus *Ardiurus*,  
 appellant. Est enim locus apud Galenum, li-  
 bro de Tumoribus præter natur. c. 16. vbi  
 tantum hæc inquit: Non minus autem no-  
 tus est furunculus, quem Græci dothiena ap-  
 pellant, qui sanè mitis existit, quum solam  
 eutem obsederit: malignus autem vbi ma-  
 gis in altum constitit. sic enim tuberculo-  
 simi

similis est (appellant id Græci *φύμα*) atque  
 ab eo sola duritie talis furunculus differt.  
 Iis igitur nouisti, tuberculum quod sum pas-  
 sus Galeni phyma esse, quod Itali, bognon  
 à tumore appellant. Castellani verò diuic-  
 so, quasi liuidum habens, vocant, Lusitani  
 autem lecenso, quasi quod lædat sensum:  
 proprius, vt mihi videtur, nominat: sed hæc  
 vt minima dimittenda erant. Firmat hoc  
 quod phyma tumor iste dictus sit, Philo-  
 theus. enarratione illius Aphorismi apud li-  
 brum tertium sic incipientis, quum verò  
 iam magis adoleuerit, vbi inquit: vocat au-  
 tem ipsa phymata per metaphoram eorum  
 quæ producuntur, in terra, quoniam cele-  
 riter nascuntur & augentur, & ad suppara-  
 tionem perducuntur, quæ omnia à Galeno  
 prius sunt dicta libro 2. Artis curatiuæ ad  
 Glau. c. j. ad istum modum, Phyma autem  
 dicitur, quod statim augetur, atque ad sup-  
 purationem festinat. quæ omnia in vniuer-  
 sum huic respondent tuberculo: non me la-  
 tet tamen phyma pro pano, id est, bubone  
 in inguine, veluti in alio à multis accipi si-  
 gnificato, vt apud Paulum. Aeginetam le-  
 gere est libro 4. suæ medicinæ cap. 22. &  
 Galenum variis locis suæ doctrinæ. Cæte-  
 rum tuberculum hoc curatur tritico man-  
 fo & imposto: non minus vniuersis, qui-  
 bus

bus femina sunt exempta. Faciunt eodem ficus aridæ pingues per se, vel coctæ cum semine lini scœnu græco: adiecto oleo rosaceo, vel pinguedine gallinaceorum, vel anserina, cum vitello oui & paululo salis. faciunt quoq; pulciculæ paratæ ex fermento subactæ cum oleo rosaceo: vitello oui & pauco mellis: item pulcicula ex farina tritici cum butyro & crocco parata maximè valet: sed pellis leporis recens imposita, phyma curat, vel si sicca sputo madefacta fuerit: non minus papyrus sputo madefacta, & imposita valet, plerunq; verò absque medicamentorum appositione phymata hæc suppurantur, & ad sanitatem perducuntur: ego verò anserina pinguedine tantum vsus sum, & bene habui: sed hæc literis mandare iucundius est, quàm ea pati.

## S C H O L I A.

*Ne quis sycophanta, stomacho delicatior, de nobis queratur, quòd in iis tempus teramus, Hippocratem in medium adducimus; qui de se egrotantem lib. 3. de morbis popularibus, sectione tertia, ubi de constitutione pestilenti agens, post varias morborum & symptomatum enarrationem, in eos omnes incidisse fatetur, dicens: Cibum autem fastidiebant omnes, ob cunctos prescriptos morbos, in quo sanè ego incidi. Galenus quoque: sepius eum fructuum, quos horarios dicimus, in varios morbos*

*morbos se venisse tradit, vt lib. de Euchymia & cacochymia ipsum est audire, sic dicentè, porrò quòd diu ipse patri consilium sequutus, ab vsu immodico fructuum, quos horarios vocant, abstinui, obseruauique ab illo traditam optimam victus rationem, tandiu immuni ab omni intemperie perstiti. quoties autem eius præcepta negligens, cum coetaneis meis, ultra modum fructibus illis me impleri, semper in morbos incidi, qui sanguinis missionem desiderarent, & libro quinto de Sanitate tuenda sanum se vixisse post vigesimo octauum annum tradit, inquit, Ego verò, tametsi nec salubrem corporis statum, ab ortu ipso sim nactus, nec vitam planè liberam egerim: hac tamen ipsa arte vsus, post octauum & vigesimo annum, ne minimo quidem laboraui morbo, nisi fortè diaria febris ob lassitudinem aliquando contracta. Actius quoque in cholicos se dolores incidisse memoria commendauit, sermone sua medicina nono, capite trigesimo primo, in quo ita tradit, hoc itidem experimento constat, eoque ipse liberatus sum, Mentam viridè aliquandiu decoquito, decoctumque bibendum ad dies tres exhibeto, & nunquam dolore adficietur, & cetera. Missos facio plures grauissimos auctores, qui in varios se morbos deuenisse scripserunt, & ad trigesimalam Curationem accedamus.*

*Curatio trigesima, de hydrope aquoso, abscite dicta.*

**V**Xor illius à Landenara, ad murū prope portam diui Petri habitantis, post annuam quartanam, & magnum contractum splenem, ex multo frigida aquæ & vini potu, in ascitem morbum, aquam intercutem vel aquosam hydropem dictam, deuenit: erat autem huic aluus tumida eleuata, vt rumpi videretur, quam quum manu percutiebam, aqua, vt in vtre collecta, sonabat: vt meritò morb<sup>9</sup> iste ascites ἀπό τῆς ἀσπῆς id est, ab vtre denominationē duxerit. Nā inter peritonæū & omentū aqua hæc veluti in vtre continetur, erant quoq; huic vlceræ quedam in crure sinistro, ex quibus ichores exhibāt, sed cum iis virtute constabat & rectè se ad oblata habebat: ad quam vocatus quum materia hæc nulla indigeat concoctione, ad expulsionem sic orsus sum, R. Succu ireos vncias duas, mellis rosati colati vnciā vnā, misce, & ieiuno stomacho bibat, cum quo aquam illā quotidie parum emittebat: postea verò octo interpositis diebus, catapotia ex nitro Alexandri cū trochiscis alādaal mixta propinaui: sunt autem trochisci vel pastilli ij alandaal ex colocynthide parati. proinde sic parabam, R. Pillularum de nitro Alexandri scrupulos duos, trochiscorum alandaal scrupulum vnum misce. Fiant pillulæ quinque, cum quibus multum

multum illius egerbat aquæ, quibus sepe interiecto temporis spatio inter vnā & alteram propinationem vsus fuit. Nam sensim & paulatim vacuandus humor ille est: qui verò semel tantum humorem istum deponere tentant, per purgantia medicamenta, multa mala ægrotanti adferunt: quia eius vires deiciunt, & iecur & interiora refrigerant. Interpolatim igitur medicamentis purgantibus utebamur, nonnquam leuioribus, aliquando verò vim inferentibus: singulis tamen hebdomadis aluum citam faciebamus, & quod mirum in modum profecit hoc conditum fuit, quod habet, radicis ireos per tyrocnestim traiectæ vnciam mediam, zingiberis scrupulum medium, mellis quantum ad ipsitudinem sufficit, misce: quo sepe utebatur: & optimè absque anxietate & dolore aquositate illam deponebat. Non minus adiuuenti attulit mel rosatum confectū ex floribus persicæ arboris, quod sua natura hæc deponit aquam, & id Auicenna Ieneliabin de pesis, in cura phlegmaticæ, & aliis locis appellat. Iis enim hucusque citatis medicamentis & nonnullis iecori apposis, sex mensium spatio hæc sanitati fuit restituta, exterius tamen aluus vnguëro splenetico dicto illinebatur: quale verò hoc vnguentum sit alibi

describemus: eo verò loco illius vnguenti quod ex ciclamino siue orthanita inscribitur, vtimur, quod multum in ascite valet, vt ex Mesue cõprehenditur, interdũ verò medicamenta purgantia non sumebat, diacurcumam cũ vino ebibebat, nonnũquam verò dialacam. multi cæterũ in hoc morbo laudant pillulas de sagapeno, id est serapino: veluti solidanclã, quam brassicam marinam dicimus, non minus quàm decoctũ ex radice sambuci, & ebuli ac multa alia quæ breuitati consulentes subtricemus. Guilielmus Placentinus, sua etate medicus doctus, testatur ad sanitatem paucis iis reduxisse Azum quẽdam Parmensẽm hydropẽ affectum, quæ habent, R. Turbith. drach. i. zingiberis, sacchar. an. scrupulos duos, scã moneæ electæ, pondere duorum granorum hordei cum vino, misce. fiat cõditum. hoc autem in hebdomada illi semel deuorandũ dabat, stomacho ieiunõ, quo & quater & quinq̄ies egerbat, sed omni die ante cœnam diacurcumam quantitate nucis cũ optimo vino generoso illi bibendum dabat: quibus curatus ad sanitatem reductus fuit. Regimen porrò huic mulieri à nobis concessum in vniuersum ad siccitatem declinabat: erat verò victus ratio caro auicularũ in dumetis degentiũ, nõ minus vituli,

&amp;

& gallinaceorum veruecisve: à potu verò meis monitis abstinuit, nec alio in tempore quicquam in potu sumebat, nisi prandij & cœnæ hora, & illud quidem parum vini albi potentis & generosi, polyphori dicti, ab oleribus verò in totum abstinuit, veluti à fugacibus fructibus, quos horarios medici appellamus. Amygdalas tamen & sole siccatas vvas præcipuè Corinthiacas lubentissimè concedebarus, oua quoque illi dabamus, sed assa edulia plerunque sumebat, minimè verò aqua cocta. Cæterũ Hippocrates in libro de internis affectionibus similem huic prædicto morbum à vitio splene euenientem describit, vt apud ipsũ est legere, folio Frobeniano 271.

## S C H O L I A .

*Hydrops, siue aqua intercutis tres sunt species, alia ascites dicta à nobis in presenti descripta, alia tympanites, tertia anasarca, vel hyposarca, vel leucophlegmatia, dicta. Ascites, aquosa hydrops vt diximus, est: quæ inter peritonæum & omentum, id est inter siphac & Zirbum fit: vnde Arabes toto calo aberrare clarius est, quàm quòd ipse multis probationibus indicare possim, quum aquosam hydropem fieri dicant inter mirach & siphac, id est intra abdomen & peritonæum. quũ reuera, vt diximus, potius inter peritonæum & omētum siue intestina fiat, quod ita esse,*



conuincitur opere manuali, quando per incisionem aquam extrahimus: nam primo scindimus abdomen, id est, mirach, postea peritonæum, id est, siphac, quo perforato aqua effluit, quæ inter illud & omētum vel intestina continetur. Nam si inter mirach, & siphac, vt Arabes dicunt, ascites fieret, satis superq; fuisse, si mirach tantum perforaremus. At quum inter siphac & Zirbum, id est, inter peritonæum & omentum fiat, opus est peritonæum id est siphac perforare, quod quum claudere volumus, abdominis partem dorsum tractam ad locū suū reddimus, quæ peritonæi forami legitur, vnde morbum istum inter siphac, & Zirbum fieri certum est. Secunda species, tympanites est, sicca siue flatuosa dicta, quia à flatu & superfluo spiritu ventositate ve fiat, ceterum, & hæc species in eodem sit loco, quo ascites fieri solet, quanquam rard inuenire est hanc tympanitatem absq; aquositate & comitatu aquosæ dictæ hydropi: vnde hæc noscens diuus Hippocrates quarto libro de Ratione victus acutorum, hydropi duas tantum species descripsit, alteram subcarnosam, quam hypofarcam vocat, alteram ex flatu constitutam, quam tympaniam dicunt, quia continuè ascites cum tympania reperitur, & quum tympaniam dixit, ascitem quoque intellexit. Hæc verò tympanites non à tanta sit frigiditate, quanta gignitur ascites, vt Galenus quarto libro Aphorismarum enarratione undecima testatur. Tertia species, caruosa vel hypofarca

sarca dicitur: quæ vt fiat, necesse est antea cachexia, id est, malus totius corporis habitus præcesserit, quæ ex pituita vniuersum corpus penetrante fit, & ea de causa eam Græci leucophlegmatiam sua lingua appellarunt, & vt Celso & Hippoc. placet ceteris periculosior est, & difficilior curatur: quanquam Leonardus Fuchsius in sua Praxi cum neotericis tympanitem ceteris speciebus periculosiorem faciat Aetium forsitan secutus, qui libro decimo sue medicine ita tradit. Est autem tympanites omnino periculosus, minus eo ascites: adhibetur enim in eo pertusio, siue punctio, quam paracentesim Græci appellant, & reliquis quoq; remedijs promptius quam ille obedit. Sarcites quoque aliquando curabilis fit, per ea quæ cuti adhibentur humorem detrahentia ac resiccantia pharmaca. Hactenus Aetius, sed re vera sarcites id est caruosa hypofarca dicta, ceteris periculosior, ac malignior existit, prout illa erat quam sutor patiebatur ille, qui prope domum egregiam & magnificam illustris Francisci à Villa, quam nos eo tempore habitabamus agebat, ad quem postea Antonius Musa Brasauola accersitus parum illi adiuuentum dedit, hucusque enim morbo illo premitur, vir sutor hic quinque supra triginta natus annos, robustus, & fortis: nam illius crura adeo tument, vt per ampla vasa esse quis diceret. Medici igitur putantes cachexiam hypofarcam esse, non adeo difficilem curaturam describunt. Ceterum

circa hepatis refrigerationem aquam congelari & aliquem in hydropem incidere, impossibile est, vt Aetius sermone citato, Galeno subscribens dixit. Sed quum iam ijs finem imponerem, memoria occurrit quod apud Salmaticenses, vigente doctore Gondifaluo, ac Doctore Appara, medicis clariss. quidam aquosa hydropem laborabat, cui alius sua sponte perforata fuit: ad quem accersiti praedicti medici, in dubium verterunt, num optima esset pertusio illa sphaerica: spontaneam dico, absq; exteriori auxilio factam, & an deposita aqua illa eger sanus evaderet: demum assentientibus alijs: alijs vero contradicentibus, conclusum fuit, egrum illum intra paucos dies moriturum, vt postea experientia visum fuit, quia venter malignitate materiae occluse corrosus, indicabat viscera omnia & corrosa & putrefacta esse: nam de pertusione ab artifice vel casu facta longe aliud est, qua multos liberos & sanos fieri, non solum nos sed alij multi viderunt.

*Curatio trigesima prima, de cancroso quodam ulcere, maligno, & doloso mamillam infestante.*

**V**Xor Sebastiani Pinti, temperatura biliosissima, aetate triginta annorum, puellam optimè peperit, post cuius partum menstrua purgatio non exactè, vt opus erat, respondit: qua de causa in febrem devenit.

venit ardentissimam. Nam suppressis post partum mensibus, multa inde incommoda oriuntur: vnde Galenus lib. tertio de Morbis populariter vagantibus, enarratione septuagesima tertia, inquit: itaq; videtur suppressa in partu purgatione incidisse mulier in morbum: quippe menstruum suppressio offendit: tamen non perinde: vt si à partu supprimantur, officit, quod non abundantiam modò, sed insignem etiam humorum pariat prauitatem. Nam meliorem sanguinè ad se fetus nutriti causa alliciens, relinquit deteriorè, ideòq; praegnantès prauis humoribus implètur, quos à partu euacuat natura. Hæc Gal. nisi enim natura humores illico post partum euacuauerit, varia inde oriuntur mala ad melancholiã præcipuè inclinantia: quia, vt ibidem subdit, mēstrua quæ à partu euacuātur, vt plurimum melancholica sunt: in primis ergo recta huic victus ratione instituta, sanguinem ex saphena vena interiorem malleolū pererrante minuere iussi, & nonnulla adhibere remedia alia, quibus morbus mitior factus fuit, & symptomata omnia mitiora, (me vero absente) pristinae sanitati fuit restituta: nam Venetias ieram, vbi Didacum Mendocium, Caroli Quinti imperatoris apud ipsos Venetos vigilantissimum ora-

torem, ægrotantem inueni, & curauit, ceterum post meum reditum, quum illam visum redirem, eam optimè valere comperi: querebatur tamen quòd in vbere sinistro duritiem persentiebatur quandam interdum dolorem afferentem, & illam quidem nucis magnitudine; quã cum visu tum tactu perciperem, iudicavi morbum esse malum, futurum deteriorẽ, ni illi obuiam docta iret manus. At illa morbum parui faciens, iudicio muliercularum dicentium, Tuberculum hoc lac coagulatum & in grumos redactum esse, octo interposuit menses, quibus nullum genus remediorum adhibere curauit, tamen in hoc temporis interuallo, paruus ille tumor magnus factus fuerit: ad quam tunc vocatus, inueni tumorem illum scirrhum non exactum esse: nouistis enim scirrhum duplicem esse ex Galeno secundo libro Artis curatiuæ ad Glauconem, alterum exactum siue exquisitum, insensatumque & durum curam non recipientem: alterum verò non exactum, siue non exquisitum difficulter sentientem tumorem durum, qui, & si incurabilis non sit, difficulter tamen curationem admittit. Fit autem ab humore crasso, & lento veluti in muliere hac, à sanguine menstrualiali retento factus fuit: quum igitur morbus is difficilis curationis sit, Hip-

pocratis

pocratis consilio, libro Præceptionum, accersendos curauit duos insignes chirurgo: quorum alter Franciscus, cognomẽto Magnus fuit, alter vero Ioannes Baptista Cananus, magnæ spei vir, qui in dissecandis corporibus humanis alter Vesalius habetur: cepimus igitur contra morbum tentare, num optimum esset chirurgia vii. At quum omnes conuenissemus, illa reuinit: proinde deposita intentione illa, quam post euacuationes vniuersales ordiri decreueramus, sic aggressus sum: primò sex res non naturales in ordinẽ deponendo, ab aere inchoando. Aer igitur, sine quo nec sanitas conseruari, nec morbus pelli potest, ad reperiẽm semper declinabat: a statis enim tempore ad frigus, hyemis vero ad caliditatẽ. Cibis porrò talis describebatur, qualis atra bile affectis conuenit. Nã panis ex flore farinæ parabatur optimæ, nec multum recentis, nec multum veteris, quum Hippocrate teste, libro secundo de Diata, Farina recens sicciore est vetusta, vetusta enim quum sit, calor exhalat, & frigiditas inducitur. Erat autem non minus bene fermentatus & coctus, quem non nisi altero interposito die à coctura comedebat. Caro verò optimi erat iucci, veluti gallinaeorum, caporum, perdicis, auicularum in dumetis degentiũ, ver-

uicis

uecis, vituli, hædi, & similitum. Nam coturnicibus bis vel ter tantum in vniuerso huius morbi incesso vsa fuit, quum auis sit, si grauissimis authoribus fides habenda est, pessimi succi. Nam & veratrum siue elleborum comedit, & morbo comitiali corripitur. Vnde Auicenna, rectè mea sententia ab eius vsu suadet abstinentium, veluti ad tetanum & spasnum inducente, cui suffragatur Psellus qui coturnicem inter cibos malum succum gignentes annumerat, non minus profectò numerare est inter illas boni succi aues à nobis illi concessas, phasianum, atragenes, id est frangolinos aues, quas Romæ Cardinalium cibum appellat: sturnos verò quos Græcia *ψάρυς* vocat, tanquam melancholicum atq; vitiosum generantes humorem reiecit, quum & cicuta illi nutriantur. Galenus verò, & si eos quandoq; inter boni succi aues laudet, veluti turritos passerulos, quos Græci pyrgitas appellant, vt est in libro sexto de Tuèda valetudine, minime tamen in hoc morbo mea sententia concederet: proinde à consortio bonarum alitum eliminatæ fuerunt, nō minus ac cæteræ in aquis degentes. Pisces quoque illi interdum concedebamus, præcipuè quando carnes fastidiebat, veluti quoq; febrientibus admittimus. ex piscibus autem mari-

nis

nis concessis numerandi veniunt buglossus, siue lingulaca, perca, nullus, quem barbonem Veneti, Hispani Salmonetum appellant. Nam Græci triglam piscem istum dicunt: sed caue ne nominum similitudine decipiaris, quum trichæ, sardinia sint, trissa verò clupea, quam Galli alosam, Hispani saualum, Itali verò chiepam nominant. bonis igitur piscibus addimus auratas, quæ Corn. Celsi autoritate optimum gignunt succum: lupum, quem Veneti varolum, Hispani verò robalum appellitant: hunc Gale. ita optimum generare sanguinem inquit, vt eum carnibus perdicis æquiparet. Gobiones verò tanquam paucum & pessimū adgenerantes succum semper respuo, quem admodum alios pisces, quos silentio prætereo, ne hîc tantum de piscibus agere videar: ex! fluuiatilibus verò troctam concedimus, non! minus lucium piscem, quem troctæ speciem esse crediderim, à Gallis brochetum nominatum, quo Hispania vniuersa caret: tamen! Angli Lusitanica voce eum pique vocent: sed inter istos fluuiatiles percam superius nominaram dicere quoq; est, non minus ac alios quoque scamosos albas & leues carnes habentes, ætate medios, qui in multa & salubri innatant aqua, de quibus alibi copiosum fecimus sermonem.

nem. hos verò (vt diximus) aliquando cum fastidio premebatur, esu præcipuè alitum, & carnis quadrupedum (quanquam rarò hac utebatur) concedebamus, quum multum illis delectabatur: aliquando aqua coctos, nonnunquam verè assos, rarò tandem sartagine fixos. Oua recentia tremula, & sorbilia liberaliter cõcedebamus. ex oleribus verò admittebamus boraginem nostram, apud Græcos buglossum dictam, melissophyllū, id est melissam, fœniculum, endiuia, cichoream, lactucam, asparagos, & lupulū. Legumina porrò omnia interdita sunt: veluti multa alia quæ data opera prætermittimus. Ex fructibus verò comedeat ficus optimè maturas, vuas pensiles, amygdalas, & pruna: cascum & ex eo parata tanquam venenū fugiebat. A prandio verò coriando præparato, id est, saccharo incrustato, diacitonite, & piris saccharo conditis utebatur, nec minus in cœna, quæ semper prandio minor erat. Vinum in potu coactum, medium sapore, colore, & substantia erat. Aerum & res salitæ omnino interdicebantur, sicuti cætera sanguinem supercalfaciencia, & melancholiam gignentia. Somnum potius longum, & superfuum, quàm parcum esse permittebamus: & illum quidem nocturnum. Nam diurnus pessimus

mus ille est, & modò nocturnus interruptus non fuerit: qui si fuerit, tunc maximè diurnus iuvat, vt ex Galeno elicitur libro Prognosticorum. Erat igitur ad minus octo horarum somnus. Exercitium quoque ante prandium, temperatum permittebatur. Nã à cibo assumpto quiescere tum corpore, tum mente bonum est: hinc Galenus tam sæpe dixit, Labores cibum præcedant. Ab affectibus verò animæ eam interdicerè impossibile erat, quū natura sua mulier rixosissima, si quæ alia erat: semper autem cum ancillis rixabatur, semper obiurgabat, omnibus erat infesta, continuò in bilem & indignationē veniebat, ad eò vt furiali incestu, & nõ humano processisse dicendum sit: qua de causa, marito, amicis, & assistentibus, illam nunquam ad sanitatem peruerturam prædixi. Quantum verò ad euacuacionem attinet, primò sanguinis extractione vsi sumus, quæ multum in hoc morbo valet: deinde verò variis medicamentis quoque atram bilem respicientibus vsa est, inter quæ hæc numeranda veniunt, Syrupus rosatus solutiuus, syrupus de epithymo, de fumo terræ simplex & compositus, de pomis saporis, de boragine, buglossò, de lupulis: item decoctio fumi terræ, de sena, de epithymo, aqua boraginis, buglossæ, lupulo

rum, betonica, fumiterræ, melissa: electua-  
ria quoque erant elefoph à sena paratum,  
hamec Indicum, catholicon, & leniens: ca-  
tapotia quoque erant de lapide lazuli, de  
fumo terræ, de hiera aggregatiuæ, & Indi-  
cæ: iis addamus potionem hanc egregiam,  
& huic affectui miram, R. Myrobalanorum  
citrinorum, chebulorum Indorū an. drach-  
mam vnam & mediam, contundantur gros-  
so modo, & infundantur per diem & no-  
ctem in vnciis octo aquæ fumiterræ: dein-  
de R. Epithymi, polypodij, folliculorum se-  
næ ana drachmam vnam, liquiritiæ rasæ  
drachmam vnam & mediam, seminis citri  
drachmam vnam, caryophyllorum scrup.  
medium, corticum ellebori nigri drachmā  
mediam, bulliant omnia simul in prædicta  
infusione, vsque ad consumptionem tertiæ  
partis, & facta colatura & expressione detur  
remanens semel. Is enim citatis medicamē-  
tis, eam interpolatim purgabamus, & in-  
terdum quoque sanguinem mittebamus,  
sed quum hæc agebant, topica medicamen-  
ta mamillæ, affectæ apponebamus, & illa  
quidem parum calida, emollientia dicta.  
Nam à fortiter calfacientibus, & exiccantibus  
in hoc morbo fugiendum est, vt sua-  
det Galenus lib. 2. Artis curatiuæ ad Glau-  
capite quarto. & Paulus lib. quarto, cap. 32.

Erant

Erant igitur medicamenta illa, malua, vio-  
la, melilotū, chamæmelum, radices altheæ,  
semen lini, fœnum Græcum: ex medullis  
verò ceruina, & verulina, sed ex adipibus cō-  
mendabantur leonina, pardalis, vrsina, tau-  
rina, lupi, taxi, & hirci: ex auibus arungia  
gallinaceorum, anseris, anatis, phasiani: o-  
lea verò amygdalarum dulcium, liliorum  
alborum, chamæmeli, & alia. Ex iis autem  
fomēta, cataplasmata, & emplastra parabā-  
tur: & interdum cerotum admovebatur cō-  
fectū ex diachilone albo, ammoniaco præ-  
parato, adiecta medulla ceruina. quibus o-  
mnibus per octo longos menses vsi sumus,  
quæ quum illi parum conferre videbantur,  
Venetias se cōtulit, vbi tres doctissimi me-  
dici illius curam susceperunt, quorum vnus  
Baptista Montanus est, qui primò Aëtium  
Latinum fecit: alter verò Victor Trincaue-  
lius, cuius industria Galeni opera emenda-  
tiora in lucem sunt edita: tertius verò Bar-  
tholomæus Abiolsis, qui magna cum glo-  
ria ibidem Medicam exercet artem, ab iis  
igitur præclaris medicis per duos menses  
curata fuit, infelici tamen successu, quum  
parum, aut nihil adiuta fuerit. Ferrariam igi-  
tur regressa, & ad eam accersitus non bene,  
immo peius valere eam comperio, ad eò vt  
intra paucos dies grauissimis doloribus sue

rit oppressa: confitebatur enim pus in mamilla, nec satis sunt sedati dolores, quousq; in parte decliuiori mamilla perforata fuit, extractumq; tantum puris, quantum nobis pro necessitate apparuit: post apertionem autem vlcus in dies malignius factum est, quia medicamentis parum cedebat, & si quæ fortia admouebantur, illis irritabatur: de genere igitur cacoëthes vlcus hoc erat, cauer-nosum, dolosum, imò ex illis quæ chironia, vel telephia nominantur: chironia, quia Chirone, vt curentur medico sapientissimo opus habent. telephia verò, quia talia sunt qualia Telephus passus fuit, quibus conuenit, & nunquã sanus ab illis euasit, semper autem vlcus hoc comitabatur dolores, præcipuè quinto elapso mense ab eius apertione, qui tunc fortissimi sèuissimique fuerunt, & glandulæ in collo, & alis, atque vberè dextro de nouo ortæ fuerunt, immo euacuationes solitæ suppressæ sunt, vt alius inflati ceperit: quia morbo denicta natura, liberè vagabantur per vniuersum corpus humores, nec eos per consueta loca, quemadmodum antea consueuerat, transmittere poterat: vnde brachium sinistrum ex illo venenoso humore syderatum ferè euasit: tandem prostratis viribus, tametsi præiudis opportunis, & valentibus semper obstuimus,

vita

vita decessit, duobus elapsis annis ab origine morbi: nec enim fieri potest, vt omnes ad sanitatem reducantur, vt Hippocrates primo libro Prognosticorum tradit, quod ingeniosus Poëta cecinit, dicens,

*Non est in medico semper, releuetur vt aeger,  
Interdum docta plus valet arte malum.*

Vsi cæterum sumus contra atrocissimum morbum istum candente ferro, aliquando verò caustico medicamento, id est sublimate, nonnunquam verò linimenta inuncta vnguento apostolorum, vel ægyptiaco, plerunque verò mundificante medicamento, sed exterius parti affectæ, splenium vnguento à tucia cõfectum illinitum apponebatur, ex tutia dico, id est ex cadmia Dioscoridis, non pompholige, vt hucusque omnes non sine ingenti errore crediderunt, vt vberius suo loco exposuimus.

*Curatio 32. de cholico affectu eueniente  
à vitrea pituita, & eius curatione.*

**M**Vlier quæ prope castellum nouum ad Padum habitat, natura pituitosa, intensissimo dolore vexari cœpit: pro quo propulsando accersiti sunt plures medici, qui in huius morbi inquirenda causa, omnes vnà conuenère, pituitam tenacem vitream dictam esse, à qua sæuissi-

mi dolores illi oriebantur. confueuerat enim morbus iste tempore quodam interiecto superuenire, contra quem primò clysteribus confectis ex ruta, anetho, parietaria, baccis lauri, in aqua adiecto oleo rutaceo, anethino, laurino, liliaceo, & similibus vsi sumus: nonnunquam verò hoc modo, Recip. Centaurij minoris, foliorum lauri, rutæ, anethi, ana m. i. seminis cartami, vrticæ, anethi, ana drachmam vnam, in aqua fiat decoctio, quousque colorem viridem acquirat, cuius decoctionis accipe vncias quindecim, olei rutacei, anethini, laurini, ana vncias duas, mellis rosati colati vncias duas, salis gemmæ vel cõmunis drach. vnam, trochisc. alandaal. drach. j. ouorum numero duo, misce, fiat clyster: nonnunquã verò loco trochiscorum diaphiniconis vnciam integram iniiciebamus: aliquãdo verò electuariũ de baccis lauri miscebamus. nec enim bonus practicus mirabitur, si à principio potentibus medicamentis vsi sumus, quum nos doceat Hippocrates, vltimis morbis, id est acutissimis periculum secum ferentibus, vltima medicamenta esse adhibenda. Diligens proculdubio, & minimè tardus, aut segnissimus medicus esse debet in iis morbis periculum minantibus: id quod Galenus quinto libro Methodi medendi animad

nimaduertens, & contra Errasistratum agens, ista prodit: minimè igitur sicuti medicorum nonnulli censent, à paruis incipiendum auxiliis est, nec sicut illi dicunt sentiendum, ista scilicet prius esse tentanda: mox si nihil profecerint, aggredienda maiora. nam in morbis, in quibus periculum non impēdet, vera ea opinio est. At vbi moriturus æger est, si phthoë semel exceptus sit, alienissimum à ratione est à minoribus inchoasse. Nam sicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita, ita illa quoque sententia rectè est dicta: nempe ad vltimos morbos vltima prorsus remedia maximè valere. vsi igitur sumus potentibus medicamentis, quibus dolores illi intensissimi remissi sunt. Nam & exterius linimento ex oleo euphorbij cum pauca cera parato illinebatur, veluti per os oleum de amygdalis dulcibus recens dabatur. Depositis igitur doloribus, ad syruporum propinationes deuenimus, qui ita habebant, Recip. Mellis rosati colati vnciam vnam, syrupi de betonica, de calamento, ana vnciam mediam, decoctionis betonicæ, chamæmeli, origani, sceniculi secundum artem, cum seminibus carminantibus ventositates parati vncias quatuor, misce, & ieiuno stomacho capiat in auro-ra, nocte verò tribus à cœna horis itere-



tur. Vsa verò per quatuor dies hoc syrupo est: postea verò pharmacum sequens concessimus, Recipe Agarici nouiter in pasta cum oxymelite scilliaco parati drachmas duas, electuarij elecoph drachmas tres, syrui de epithymo vncias tres, decoctionis senæ tantundem, in qua bullierint feminis carthami drachmæ duæ, hyssopi & pullegij parum, misce: fiat porus vnus. hoc enim pharmaco alius optimè deiecit, & mulier basilicè habuit. Postea verò ne morbus rediret, ad vinum ligni guaiaci descendimus, quo nihil sanctius aut diuinius pro hac domanda ægritudine inuenimus. Nam etsi ex hoc ligno tempore musti vinum optimum concinnari posset, veluti prisca ex variis herbis conficere assuescebant, quod summopere laudo, quum tamen eo carebamus, sic parare iussi, R. ligni guaiaci nouiter elimati, nihil nigri habentis (quod recens sit oportet, nam aliter satius est multum nigri possidentis accipere) vncias decem, corticis eiusdem ligni gummosi puluerizati vncias duas, in libris viginti vini albi generosi & potentis, per viginti quatuor horas madescere finito: deinde verò ad lentum ignem ebullire ad medias finito, quod vinum percolatum ac ab scobe illa depositum in olla minori decem libras continente

nente iniicito, cui adde herbæ hyssopi, pullegij, anethi an. fasciculum vnum, & iterum ad ignem bulliat, donec maneant libræ septem, Facta tandem colatura, vinum remanens, primum dicitur vinum, quod syrui loco in aurora pōdere octo vnciarum prælibabat, quo sudor maximè euocabatur, & illam sic per tres horas sudare permittebā, non minus quoque tribus horis à cœna in nocte eandem vini quantitatem concedebam: sed hæc de primo vino. Secundū verò vinum, quo inter diem potus vice & cum vescebatur utebatur, sic parare faciebamus. Nam relictæ scobi, siue pulmento illius ligni (à quo primum extractum fuit lignum) vncias quatuor prædicti ligni noui superaddebamus, quibus vinum infundebamus pondere viginti librarum, quod ad ignem quoque feruere, quousque maneant libræ duodecim, permittimus, ac postea percolamus, quod secundum vinum appellamus, & eo vice potus inter diem & hora victus utebatur. Ceterum, quū vinum hoc parabatur, tantam ex se fragrantiam, ac odoris suauitatem spirabat, vt moschum ibi esse assistentes dicerent. Vsa est autem mulier hæc vino hoc per viginti quinque dies, in quibus immunis & libera ab illo sauo & crudeli morbo fuit. At vict<sup>o</sup> ratio huic talis præ-

scripta fuit, primò carnibus in prandio ei nunquam interdiximus, interdum assis, aliquando verò elixis. carnes quum dico, alites montanas, capum, gallinam, pullòsque gallinaceos, & interdum domesticos columbos intelligatis velim: vt plurimum verò illis assis vescebatur, elixis verò non nisi secundo in vino apparatus. Nam vt aquam omnino sugeret in hoc morbo monuimus, & eò magis, quia mulier hæc assueta vini potui erat: sed panis nauticus, siue biscotus dictus, in vniuerso hoc morbo illi recentis panis vice fuit: sed cœna leuior prandio semper fuit, in qua amygdalarum secundo vino concinnatum concedebamus: nonnunquam verò panatellam, ex biscotopane & secundo vino adiecto saccharo & cinnamomi paxillo confectam. Ex fructibus verò albas, & ad ignem siccatas amygdalas, veluti vnam sole siccata concedebamus: ex oleribus, fœniculum, mentam, saluiam, petroselinum, & hyssopum pro condiendis iurulentis pullorum carnibus, permittebamus. Mel inter ea quæ concedebamus adnumerare est. quibus omnibus mulier hæc non solum sanitati pristinae fuit restituta, sed etiam ab illo grauissimo morbo, quo sæpe corripì solebat, immunis & libera perseverauit.

*Curatio trigesimalertia de cholico dolore à lumbricis infestantibus eueniente, & eius curatione.*

**D**iana vxor lapicidæ in cholicum affectum solitum deuenit, & illum quidem à lumbricis causam habentem: proinde primò clysterem ex lacte & melle tantum iniiciendum curauimus, quo dolor illico remissus fuit, quum omnia, vt illa assererat, ex partibus superioribus ad inferiores descenderunt: post quem clysterem, alterum ex rebus vermes interficientibus, nondum altero eiecto mittere mandauimus, qui habet, Decoctionis rutæ uncias quindecim, olei rutacei uncias tres, salis niri drachmam vnam & mediam, aloës non lotæ drachmas duas, hierę pierę vnc. i. misce. An verò inter excreta illa vermis exierit, non constabat: qua de causa bolum hunc illi sequenti die deuorandum dedi, R. Specierum de hiera Galeni drach. 2. diaphiniconis drach. 3. seminis fantonici lumbricorū dicti drachmam mediam, sacchari quantum sufficit, fiat bolus. hoc autem quies egessit, & dolor ex toto leuatus fuit, & sic intra duos dies sanitati restituta: post eam verò octo sequentibus diebus quolibet mane, ieiunò stomacho, rotulum ex aro-

matico rosato comedebat, super quo vinum ex absinthio confectum bibebat, & sic sana citò euasit.

## S C H O L I A.

Boni medici fidelis, & deum timentis officium est, celeriter quoad fieri potuerit curare: quoniam ab omni arte aliena est comperendinatio, potissimumque à medica, in qua dilatio, procrastinatioq; vite periculum est: vnde Mesues in exordio sue praxi, inquit, auxiliari ne differas: quia semel pereuntes nulla postea suffragia prosunt. Poterat autem crudelis medicus huius mulieris morbum in longum protrahere tempus, eamque in reditu habere, quam nos duobus tantum diebus ad sanitatem reduximus, tuto, iucundè, & vt diximus, celeriter, curantes, vt optimus quisq; medicus facere debet, vt Corne. Celsus lib. 3, ex sententia Asclepiadis dixit, & Hippoc. & Galen. lib. 1. de Morbis vulgaribus, & 14. Method. medendi.

Curatio trigesimaquarta de muliere quadam qua peperit, & postea desipiens & melancholica facta est, ac de computu dierum criticorum in parientibus, & de admoendo oxyrhodino.

Vxor farcinatoris, apud forum agentis puellam peperit, & ad septimum diem vsque

vsque bene habuit, non bene tamen à mensibus purgata est: septimo tandem die febris cum rigore corripit: capitis anteriorem partem dolebat, & interdum circa cordis regionem sub sinistra mamilla dolorem sentiebat, qui dolor ad nucham, vt asseuerabat, ascendebat. Sequenti die febricitauit, & lecto decumbens, optimam repræsentabat faciem. parū loquebatur, & nil mouebatur. Quum tamen ab illa quærerem, vt valeret, & vbiā doleret illa, similia verba loquebatur: sed antea nocte, mente non constare iam mulierculæ assistentes mihi significauerāt, raptus enim materierum ad caput inde indicabatur: qua de causa illico per clysterem aluo exonerata, saphenam pedis dextri secare iussi, sanguinisque vncias septem extrahere: à vino verò & carniū esu abstineret, tenuiq; victus ordine vteretur commisi: sequenti verò die, quum illam viderem, & desipientem perseuerare reperirem, tunc cephalicam dextri lateris aperire sanguinemque fluere ad pondus quinque vnciarum iussi. erat enim sanguis corruptus, liuidus, morbi malignitatem satis attestans, post quam sanguinis mitigationem, syrupum istum bibendum dedi, qui habet, R. Syrupi Byzantini sine acceto vnciā mediā, de endiuia vnciam vnam, aquar

aquarum lupulorum, endiuæ, sceniculi, añ-  
 vnciam vnam, misce, & per sequentes dies  
 continuetur. Capiti porrò oxyrhodinum  
 applicare fecimus, quod habet, R. aquarum  
 rosarum libram mediam, plantaginis vn-  
 cias tres, aceti rosæi vncias duas, olei rosa-  
 cei vnciam vnam & mediam, pulueris san-  
 talorum rubeorum drachmam vnam & me-  
 diam, misce, & sincipiti & temporibus cum  
 panno lineo applicetur & sæpe innouetur.  
 Cordi quoq; epithema hoc admotum fuit,  
 quod recipit aquarum rosarum, boragi-  
 nis, melissæ, acetosæ, añ. vncias tres, specie-  
 rum diarhodonis abbatis, diamargaritonis  
 añ. drachmam mediam, de gemmis scrupu-  
 lum vnum, vini boni vnciam vnam, croci  
 grana duo, cum zendalo rubro tepidū cor-  
 di applicetur: frictiones quoq; crurium fie-  
 rent, sed leues suasi. Nam continuò febricit-  
 abat, sed in nocte clyster iste iniectus fuit,  
 qui refrigeratorius dicitur, & ita habet, a-  
 quæ decoctionis hordei libram vnam &  
 mediam, olei violacei vncias tres, saccha-  
 ri vnciam vnam & mediam, vitelli oui nu-  
 mero vnum, misce, quem per quatuor reti-  
 nuit horas, cuius partem postea per cubile  
 non sciente illa emisit, in qua nocte parum  
 dormiuit, sed nihil loquebatur, insipienter  
 tamen respondebat, cum quibus vt dixi fe-  
 bricit

bricitabat: qua de causa sequenti die cepha-  
 licam alterius brachij secare iubeo, sed opti-  
 me secta vena sanguis paucus exiuit, cras-  
 sus, sed non admodum ater, qui cum in va-  
 sculum cadebat, illico coagulabatur, signū  
 sanè malum, & lethale, imò omnia signa  
 si exactè contemplerentur, pessima & mortalia  
 sunt. Vesperis verò cucurbitulas quatuor  
 scapulis cum sacificatione admouere feci,  
 à quibus pulsus validior factus est: sed sci-  
 re licet, quòd cibum semper optimè acci-  
 piebat. At in nocte syrupi papaueris vncias  
 duas, vt somnum conciliarem illi obtu-  
 limus: & tempora ac frontem pulsusve po-  
 puleone illini fecimus vngueto: sed parum  
 dormiuit, imò tota nocte cum timore, &  
 metu, transiegit. Manè verò depositis per  
 forfices pilis, embrocha caput irrigari feci,  
 quod habet, foliorum violarū, lactucarum,  
 rosarum añ. ma. duos, florum nenupharis,  
 corticum capitum papaueris, calicum hypo-  
 scyami, añ. pugillum vnum, chamæmeli  
 pug. medium, misce & in libris duodecim  
 aquæ fiat decoctio secundū artem: cui post-  
 ea adde olei rosacei libram vnam, chamæ-  
 melini vncias tres, misce, cum aqua: fiat em-  
 brocha, siue capitis irrigatio per dimidiam  
 horam: præcipuè super sinciput, hoc est ca-  
 pitis anteriorem partem: postea viuo catulo  
 vel

vel columbo per spinam dissecto, prædictæ capitis parti applicetur. In victu verò pulli contusum, pistum dicunt, semine melonis, & anguræ paratum, ac cum dimidia parte cremoris ptisanæ mixtū dabamus, cui quoque semen papaueris, veluti aliquando amygdalas miscebamus: sed cum iis parum profectus fuit consecuta: & ea de causa ano duas hirudines, quoad sua sponte cecidissent, applicare fecimus, & in nocte synciput, & tempora hoc vnguento illini faciebamus: quod habet, vnguenti populeonis vncias duas, opij grana quatuor, croci granum vnum, olei de papauere vnciam vnam, misce, fiat linimentum: item in nocte, bibendum hoc sequens detur: R. Requiei Nicolai drachmam vnam, aquæ lactucæ, & nenupharis añ. vnciam vnam & mediam: misce, & in potu, vt duxi, detur: iis autem per tres aut quatuor dormiuit horas: & sequenti die menses copiosè erumpi cœperunt, & vt mulieres assistentes confirmabant, & nos postea vidimus, viuidi & rubicundi erant. Manè verò sequenti, à febris ferè libera erat, sed nunquam ita furibundam, aut commotam illam vt tunc inuenimus: nam præter quòd membra, præcipuè caput, præter naturam mouebat, varia loquebatur: & iis similia quæ in cubiculo effundebantur verba, aut illi

illi obiciebantur: tunc à demone malo agitari, mulieres affirmare cœperunt: pro quo acciti sunt ~~quidam~~ religiosi ad, cacodæmonem illum propulsandum, sed nihil profecere. nam vesperi febris intendi cœpit: pro qua sequenti nocte, remedia antea cta iterarentur iussi: demum, quum manè illam inuisum redirem, eam melancholia dicta morbo vexari, & absque febris esse deprehendi, quem morbum describit Paulus Aegineta libro tertio suæ medicinæ, cap. 14. vbi inquit, Melancholia, mentis alienatio quædam, absque febris est ex melancholico maxime humore nascens, qui mentis sedem occupauerit: & hæc dupliciter fit, aut per essentiam hoc est cerebro ipso per se ægro tante, aut per communitatem, siue consensum. Alia verò fit stultenta, dicta hypochondriaca, ob inflammata circa stomachū præcordia eueniens, quæ inter eas quæ per consensum fiunt, adnumerari debet: quam Ferrariæ pati vidimus Raphaëlem filium Isaac Hebræi vsurarij nefarij. At quum assistentes circa hæc de qua agimus ægrotante, à malo spiritu (vt diximus) vexari asseuerarēt: & monachos pro eo propulsando cōuocarēt, nos à cura destitimus: nec illam amplius inuisimus, sic mente captā, & furibundā relinquētes: quæ postea ex se intra mensem, sanitati

fuit restituta, cœpit autem morbo affligi, ut obiter hoc dicam, derepente: quum ex somno exspectata esset, et morbo similem Hippocrates describere videtur, libro de Virginum morbis.

## S C H O L I A.

Duo hic in dubium verti possunt, primum an dies critica supputari debeat ab hora partus, vel potius ab hora incipientis febris. quam quaestionem Conciliator libro diff. & plures alij disputât. Secundum, quomodo componi debeat oxyrhodinum, & cuiusnam capitis parti potissimum apponi debeat, quod Matthæus de Grado inquirat, & Gentilis de Fulgineo alijve plures non silent. Ut pauci igitur primum dubium absolvamus, nec in longum more Conciliatoris discurremus, qui nisi propositis prius sexcentis distinctionibus, rem concludit, dicamus, & primo Hippocrates libro tertio Predictionum, textu decimo ait, In mulieribus indicationes fiunt à partu, quous die pepererint. Quam sententiam enarrans ibidem Galenus, inquit, principium numerationis erit, nō quo die cœperint febricitare, sed quo pepererint. In quibusdam igitur circa secundum, aut tertium incipiunt diem à partu, ex quo multi numerant futuram indicationem, sed res non ita se habet, sed ex quo pepererint, numerationem fieri oportet dierum. Hanc Hippocratis & Galeni sententiam firmat Auerroes libro quarto sui Collectorij, capite 40. dicens

dicens quod iste crises à principio agritudinis computantur, & est quando manifeste in operationibus lesio apparet, excepto in pariente: quia ab ipso partu incipere debemus, quannus agritudo post partum per triginta dies sensibiliter exitisset, & breuiter hac regula, dicta Hippocratis consequitur. Hac eadem ferè ad verbum ab Aliabate describuntur decimo Theorices libro, cap. octauo, à quibus omnibus Auicenna Feu secūda quarti, ca. tractatus secundi, discors omnino videtur, quum dicat, Et si peperit mulier, deinde accidat ei febris, tunc si non computetur ex febre, & non nisi ex partu, est illud error: ex quibus verbis videtur Auicenna velle, quod dies decretorius computandus sit à die febris, & non à die parturitionis: & hac de causa, multi in dubium rem hanc traxerunt: nos verò quantum ad Auicennæ verba atinet, dicamus quod Auicenna, si quis illius penitenti animaduertat verba, ab Hippoc. & Galeno non variat: immo citat à nobis Galeni verbis subscribit, ut Bellunenſis quoque in annotationibus non prætermisit, immo eum Galeno cœcordem & unanimè reddidit: & merito sanè: quia Hebraicus Auicennæ textus ad verbum Gal. citata verba habet, quæ consulto prætermitto, ne ad ostentationem quatuor Hebraica verba in hoc opere adduxisse mihi obijci possit. certi enim sumus in hoc Auicennam ab Hip. & Gal. discordem non esse: sed potius unanimem & parē: sed in hoc maior

quàm quæ Auicenna imputari possit, quum Hippocrates libro de Morbis populariter vagantibus, sibi ipsi cōtradiceret videtur: quum in enixis non ab hora qua pepererunt cōputationem facit, sed ab ea potissimum, qua febricitarunt, & quòd hoc sit verum, ne quis nobis falsum loqui obiciat audiat. Nam Hippocrates sectione tertia libri primi de Morbis popularibus agro quarto, Philini uxorem, quæ filia pepererat describit, cui quum purgatio secundum naturam facta esset, tamen decima quarta à partus die febris vehemens cū rigore illi superuenit, à qua hora diei decimiquarti connumerare incipit, ad viginti sequentes dies, in fine quorum mortua fuit, vt facta computatione dicendum sit, hanc obiisse die 34. à die partus numerando, sed si à die inuasionis febris, quæ decima quarta fuit, procul dabis sequentium viginti dierum termino è vita decessisse affirmandum est: prout Hippocrat. fatetur, & Galenus optimè enarrat, vt liquido constet in hac enixa Hippocratem à die febris computationem fecisse, & non à die partus. Sed fortè respondebit aliquis, Iustum esse in hac egrotante ab hora febris computationem faciendam, quia quatuordecim dies à partu iam pertransierant: sed responsum hoc nullius est valentis, & ne sic subterfugiat, sequentis egroti quinti historiam, è loco citato in medium afferamus, vbi Hippocrates Epicratis uxorem describit, quæ ante partum fortiter riguit, & non incaluit: & tertia

tertia die peperit, & alia omnia secundum rationem venerunt, sed postridie à partu febris acuta eam inuasit, à qua die Hippocrates computum facit, & non à die partus: sed quòd à die in qua febris ipsam corripuit connumeret Hippocrates, satis clarum est vel ex ijs, quæ subdit, sexta die à quo febris ipsam corripuit ad noctem delirauit: vt satis pateat Hippocratem sequenti die à partu, in qua febris eam inuasit, numerum cœpisse, non vero à die partus, ac si responsum supra adductum mutuum esse satis superque patet: ijs consentiunt, quæ ex historia vndecima sequenti enarrantur, scilicet ex Dromeade uxore, quæ filiam peperit, & alijs omnibus secundum rationem factis, secunda die eam rigor corripuit, & febris acuta, à qua die Hippocrates computat, & non à die partus, vt ex suis verbis satis liquet quum dicat, Altera à rigore die stercorea ab aluo bene prodibant. Ex ijs enim dictis satis constat quòd Hipp. in ijs casibus à die febris inuasionis enumerat, non vero à die parturitionis, vt fieri iubet lib. 3. Prædictionum. In respondebunt aliqui, Conciliatoris doctrina armati, quòd in partu naturali computatio à die febris inchoanda est, quemadmodum in citatis mulieribus euenit, quæ pepererunt tēpore à natura constituto, & menses copiosos habuerūt, vnde de Hip. rectè à die febris connumerat, & non à die partus: secus autem esse in partu non naturali, in

quo non à die febris, sed ab ipso partu enumeratio faciendâ est, & sic de eo dixisset Hippocrates lib. Prædictionum, à die partus & non à die febris cõputandum esse: quia tunc partus morbus est, febris verò accidens. Horum assertio roborari posset per Hippocrate libro tertio citati voluminis, id est de Morbis popularibus, ægroto decimo, undecimo, & duodecimo. In ijs enim tribus capitibus de tribus mulieribus enarratio fit, quarum duæ priores abortiêre, altera verò dolorosè peperit: omnes autè tres febricitârunt, & mortuæ fuerunt: in quibus computatio à die partus facta fuit: veluti in altera qua gemellas filias cum difficultate peperit, & non valde purgata est, vt ægroto decimoquarto, post constitutionem pestilentem, quis legere poterit. Is enim sunt casus, quibus horum responsum fulciri posset: sed reuera horum responsum ad Hippocratis mentem ficulneum est, & nullius valoris, quia non ita Hippocrates & Galenus loqui solent: vt in partu naturali à febris connumerationem faciant, in præternaturali verò ab ipso partu. Et quòd hac ita sit, patet: quia historiam ex Hippocrate adducemus ex muliere qua quum peperit purgatio illi defecit, ita vt partus non naturali dicendus sit: & sequenti tertia die febris acuta horrida correpta fuit, à qua die Hippocrates computationem desumit, non verò à die partus. Est enim historia ægroti secundi prædicti libri tertij post constitutionem pestilentem, qua incipit,

pit, In Thaso decumbentem apud frigidam, à partu ubi filiam peperisset, & purgata facta nõ esset, febris acuta horrida tertia die corripuit, multò autem tempore ante partum febriculosa erat, decumbens, cibum fastidiosa, & inquit, Postquam autem riguisset, febres continuæ. &c. vt ex ijs lector intelligat à tertia die post partum connumerationem fecisse: proinde horum responsionem nullam esse palam est. Nos verò ne in hoc tam difficili dubio longiorem trahamus moram, dicamus Hippocratem libros Epidemiorum, id est, de morbis populariter vagantibus, prius scripsisse, quàm libros Præfagiorum, vt testatur Galenus libro secundo de Diebus decretorijs, in quibus vt res interueniebant, ita eas literis mandabat, non regulas, aut Canones Methodiam ve aliquam seruando: reinti postea in libris Præfagiorum fecit, in quibus regulas veras, canones sacros, ac leges legitimas sanxit, quos recentiores medici tenent, seruant, ac imitantur: proinde veriore hanc Prognosticorum sententiam esse, illa, qua à libris Epidemiorum desumitur, credendum est: ac sic semper à puerperio dierum criticorum computationem faciendam esse asseuerandum est, vt omnes Arabes postea scribentes firmârunt: sed dicit prudens medicus, Quo modo si febris incæperit post diem partus decimo vel duodecimo die, à die partus numeratio faciendâ est quia Galenus iubet, enumeretur morbus ab hora in qua caduntur operationes. Respondemus, Merbi



causam ab hora partus instare: sed latitat plerumque ad triginta dies, vt adnotat Auerroes, & plures alij, vt rabidi canis venenum: quod per longum tempus occultatur, ita vt ad annos plures deocculletur, & hominem inficiat, referat Galenus libro tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio. Porro si responsum hoc non placuerit, placeat saltem sequens, quod in partu naturali demptis febriculis illis ephemeris, quae plerumque lactis generationem consequuntur, & tertio, & quarto, vel quinto die eueniunt, & partus rationem habent, à die febris computatio fienda est: secus autem in partu innaturali, in quo ab ipsa die parturitionis enumerare debemus. Secundum dubium propositum fuit, cuiusnam capitis parti oxyrhodinum potissimum admoueri debeat, nec tantum oxyrhodinum, quantum medicamentum mitigatorium, concoctorium, & discussorium: vtmur autem in principio fluxionum, exceptis paucis casibus, repulsorio medicamento, cui quum moderate opus profecerit, ac in augmento morbus fuerit, ex ijs quae discutiunt ac mitigant parum admiscemus, in statu vero & paulo ante statum equae portionibus miscemus reprimentia discutientibus: sed in declinatione vel status sine, solis resoluentibus & relaxantibus vii licet, vt refert Galenus libro secundo de Compositione medicamentorum secundum locos, & sexto eiusdem volumini, vbi

diamo

diamoronis, & compositionis putaminum nunc cum meminit: & Auicenna libro primo sui Canonis. Caterum, oxyrhodinum id significat quod acetum rosaceum, sed Archigenes ob aceti facultatis vehementiam nunquam eo solo, vt meminit Galenus utebatur: sed illi potius oleum rosaceum, aut aquam admiscebat. vnde factum est, quod recentiores medici oxyrhodinum semper ex aceto rosaceo, aqua rosacea & oleo rosaceo componant, quali vero proportionem, id medici arbitrio relinquitur, qui coniectari debet, an nimis refrigerare opus sit, vel potius parum. Quibus adde aeris temperiem, aegri aetatem, ac sexum. Nam pueri & feminae, ac eunuchi, & quicumque molli carne sunt praediti, vehementem frigiditatem non ferunt, & ea de causa, acetum non ita liberatiter applicamus. Nam frigidum & siccum acetum est, ac constringens & tenuium partium, vt tradit Galenus cap. 18. libri primi Simplicium: impulsis autem tenuibus partibus ab stypticis ac veluti manu pressis penetratio maior fit, non vero ob partes calidas in ipso aceto repertas, vt nonnulli autumant. Nam Gale. vbi ex professo de aceto, ac de illius tenuibus partibus loquitur, inquit, acetum non ob partes calidas penetrare: sed ob subtiles frigidas, quales in exacte sereno aquilonari aere reperuntur, vt capite 23. libri primi de Faculta. simplic. medic. videre est, & libro secundo de Compositione medica. secundum locos, vt alios plures sic: am

locos: demum concludo, quod acetum, vt Gal. placet, non ob partes in eo calidas repertas penetrans est: sed ob acutas, frigiditas, vt in aere equilonari percipimus: nec enim me latet Galenū aliquando dixisse acetum ex contrariis facultatibus constare calidis & frigidis, vt cap. secundo libri quarti de Facultat. simpl. medicamen. qua de causa, ibidem agreste succum pro curandis hypochondriorum & aliorum membrorum inflammationibus, magis laudat quam acetum: quia in agrostae succo frigiditas absoluta comperitur: in aceto vero ultra frigiditatem caliditas quoque percipitur, quam acris ei sapor permixtus attestatur. Paramus igitur oxyrhodinum, prout necessitas urget, aliquando multum aceti, aliquando vero parum, & multum olei adiungendo, praesertim quum humectare, nec tantum refrigerare cupimus. Nam oleum aquae admixtum hydreleum dictum, multo magis penetrat & humectat quam oleum per se solum, & multo magis si acetum simul illi miscetur, vt Gal. tradit lib. secundo de Facultat. simpl. medic. & nonnullis aliis locis. Vt receptui igitur canamus dicimus, quod oxyrhodinum, vel percussorium, aut discussorium, mitigatoriumve medicamentum sincipiti, & temporibus applicari debet, non vero fronti, vt recetiores practici faciunt. Na frons dubio procul longè à cerebri regione distat, & ea de causa vulnera illi inflicta non admodum sunt periculosa: quia longè à cerebri substantia, vt

dicit,

dixi, abest: quod ignorantes chirurgici quum pencillum mittant, & in longum ire animaduertant, timent, putantes vulnera illa penetrantia ac lethalia esse: & hoc magis verum habet, si vulnera superficialia attigerint. Non igitur medicamenta pro cerebri alteratione fronti admoueri (vt dixi) debet, sed sincipiti potius parti in toto capite ossa subtiliora continentis, & in qua sutura coronalis est, ob quae medicamentorum vires facillimè penetrant. Quae omnia Gal. animaduertens libr. 2. de Compositione medicamen. secundum locos, ita de hac re tradit, dicens, At verò regio capitis iuxta sinciput, propter laxitatem coarticulationis iuxta coronalem suturam, & ob ossium tenuitatem, & raritatem facile tum caliditatem, tum frigiditatem omnium quae adhibentur pharmacorum intrò distribuit. Quare siue refrigerare oporteat ex caliditate ardorem, siue calescere frigiditatem, aptissimus est capitis iuxta sinciput locus. Hec Galenus, quibus similia libris Methodi medendi scripta tradidit, vt igitur medicamentum applicetur, & suam agat operationem, pili per nouaculam, aut forfices prius deponantur necesse est. Ceteras vero regulas pro horum medicaminum admotione vt operanti arte cognitae, substitemus, veluti alia plura, quae huc afferri pro instituto possent.

Curatio trigesimaquinta de mania, & melancholia, & in quibus differat.

p s

**F**ilia Vincentij coriarij, nata annos triginta, quum plerunque caput lauaret, & ad Solis radios, vigente leone, vt capillos flauos redderet, longam traheret moram, in arthritim deuenit (est enim arthritidis vniuersalis articulorum dolor) Nam propter intensissimam Solis caliditatem, materiarum raptus ad caput factus est, à quo postea materiæ ad extrema corporis descenderunt, vnde dolores articulorum orti sunt, quales sunt, chiragræ, podagræ, ischiadici dolores, veluti genuû & aliorû artuum, sed cum iis quoque febriebat, & consueta mensium fluxio illi deficiebat, raro enim menstruam purgationem hæc habebat, quæ natura melancholica erat. Huic igitur sanguine ex vtroque brachio extracto, illiusque articulis oleo rosaceo & chamæmelino, dolores remissi sunt, & febris mitior facta est: postea verò deuoratis carapotis cochis, sanitati fuit restituta, sed interpositis duobus mensibus, adueniente autumno, quum iterum se lauaret, & caput ad radios solares poneret: insana facta est, cui venam cephalicam illico fecare iussimus, sanguinemque extrahere ad uncias sex: non minus cucurbitulæ spatulis, crurium retractiones, & brachiorum strictiones factæ sunt: dæmum assidu-

duo decocto senæ epoto, & interdum in eo dissoluto electuario Indico, aliisque catharticis medicamentis, atram bilem respicientibus, mentis compos facta est: quum enim capillos illi deponere per forfices iuberem, respondebat, Malle se mori, quàm simile pati. vniuersus tamen scopus noster erat hanc somnolentam reddere: quod laetæ & semine albi papaueris in cibo concessis affecti sumus.

## S C H O L I A.

*Hic adnotare est, quod mania siue insania, qua iuuenis hæc laborabat, propriè melancholia appellatur: quia ex atra bile originem trahebat: mania verò propriè ab assata flauabile fit; nec solum in causis mania & melancholia differunt, sed etiam symptomatibus. Nam insani ex melancholia facta per flauæ bilis rationem præcipites sunt, tumultuosi, manu prompti & audaces: melancholici verò à nigra bile facti, qui humor frigidus & niger est, timidi, suspiciosi de omnibus, tristesque redditi sunt, immo solitudine gaudent, & humanum consuetudines fugiunt, vt Homerus tradit & Galenus nosse subscripsit de Bellerophonte melancholico, in hunc modum,*

*Qui miser in campis errabat solus Alais,*

*Corq; suum peredès, hominû & vestigia ritâs.*  
 Porro hæc sæpe ad risum prona erat, vt inde sperandum esset, melancholiam hæc non admodum difficil-

*difficilem esse, quum & sanguis in ea dominabatur, iuxta Hippoc. dicta in Aphor.*

*Curatio trigesima sexta de apoplexia, & paralyfi, dicta neruorum resolutione.*

**F**ilia Fabri ferrarij, ætatis vñdecim annorum, à lauato capite in apoplexiam intra horam incidit. Erat enim puella obesa, facie pulchra, & omnino sanguinea: quum igitur correpta fuit paroxysmo, maxime stertebat. & membrorum ingentem tremorem patiebatur, cui malo occurrens retractiones facere iussi, ligaturis, frictionibus, cucurbitulis non nisi profundissimis vulnuculis scarificatis: sed quum symptomata perseuerarent, consului sanguinem minui per venę exterioris brachij sectionem, quę multum eo tempore tumebat. & quum extra Hispaniam omnes medici ante quartumdecimum annum venam secare timerent, Galeni decreto imbuti, mihi obtemperare nequiverunt: quapropter nocens ego apoplexiam illam morbum attonitum à Cornelio Celso dictum libro tertio suę medic. capit. 26. fortem esse, discessi, quum (vt illa ait) deplorati solis præfagijs sunt dimittendi: euasit tamen puella illa eodice à paroxysmo illo, non illæsa tamen, quum

quum vniuersa pars dextra paralyfi, id est resolutione affecta fuit, quę aliis commissa medicis, intra mensem diem suum obiit.

**SCHOLIA.**

*Apoplexia est priuatio sensus & motus in vniuerso corpore subito eueniēs, cum functionū imperantium lesione, ob oppletionem ventriculorum cerebri. Nam obturati cerebri meatibus, per quos spiritus animales sensitiuos & motiuos ad vniuersum corpus cerebrum transmittere solet, corpus insensile & immobile redditur: ita enim in hoc contingit, veluti in Sole, qui interposita nube, irradiare terram nequit, ita cerebrum irradians vniuersum corpus spiritibus sensitiuis, & motiuis, quum nebulam, id est, humorem obturantem interpositum habet, transmittere nequit: & sic corpus insensibile & immobile fit. Fit igitur in apoplexia vniuersalis lesio corporis, siue neruorum vniuersalis resolutio: quum verò particulari membri alicuius fit resolutio, paralyfis appellatur, quãquam & hanc Hippocrates apoplexiam appellat. Hodie verò nos siue vniuersum corpus resolutum sit, siue eius aliqua pars paralyfim appellamus. differt igitur apoplexia à paralyfi tanquam totum à parte, quia apoplexia vniuersalis est totius corporis resolutio, paralyfis verò particularis. Caterum apoplexia, & epilepsia differunt, quia apoplexia semper fit materia contenta in cerebri meatibus: epilepsia verò aliquando fit per consensum: nem*

quòd in apoplexia fit nervorum resolutio : in epilepsia verò potius fit convulsio , id est nervorum retractio , quibus adde quòd in apoplexia maior fit cerebri meatuum obstructio quàm in epilepsia.

*Curatio trigesima septima de puella febricitante, qua libera per sanguinis ex naribus fluorem fuit.*

**P**Vella, quæ ad aquam Carmelitarum habitat, ætate decem annorum, febre correpta fuit, cui occurrens internam brachij venam secare iubebam, sanguinisque vncias quinque extrahere, interposita tandem hora, ecce in sanguinis fluorem ex naribus devenit, ita copiosum, vt assistentes integram sanguinis libram fluxam esse affirmarent: ita enim illi sanguinis is fluxus contulit, vt illico à morbo libera euaserit: nec sanguinis missione, aut alio remediorum genere indiguerit.

#### SCHOLIA.

*Hinc argumentum desumi potest, quòd sanguinis missio per vene sectionem in ætate puerili ante quartumdecimum annum maxime conveniat, quum in hac ætate sanguis sua sponte fuit, nullo interveniente nocumento, aut caloris natiui resolutione, vt sæpe in hoc opere inculcauimus.*

*Curatio*

*Curatio trigesima octava de punctura acus in digito.*

**A**nselmi illustis comitis mater, sexagenaria, quum fueret, pollicem acu prope unguem pupugit, à punctura multum doluit, febricitabat, non quiescebat, adeò vt per duodecim dies parum aut nihil dormiverit, quicueritue. Dolor in uniuerso hoc tempore continuo perduravit ita intensus, vt parum abfuerit, quin ex eo moreretur: ad quam quum accessissem, penitus locum animaduertens, inuenio in ipso pollice inter utrumque articulum sanie genitam esse: quam quum inueni, illico in loco secare iussi, sanieque pro membri quantitate fluere: à sectione verò optimè manu oleo rosaceo completo inuncta, in ipsoque vulnere immisso linimento illito ex albo & luteo oui optimè confusis, & asplenis debite applicatis intra duas horas à doloribus libera fuit, & postea intra paucos dies sanitati restituta.

#### SCHOLIA.

*Periculosa admodum sunt huiusmodi puncture, ob quas multi aliquando digitum, aliquando manum, aliquando verò & ipsam vitam amiserunt, vnde Galenus hæc sciens, doctè admodum ad apertionem confugit, dicens lib. *Artis medicinalis**

nalis, cap. 92. nervi & tendonis punctura propter sensus vehementiam, & quoniam hæc pars principio continuatur, prompta est ad nervorum convulsionem excitandam, ac tum præsertim quum nihil extrorsum expirat, obcacato cutis vulnere: aperiendum est igitur, atque exiccandum substãtia tenui, qua vsque ad ima nervi offensi possit penetrare, de quibus quoque libris Methodi medendi abunde ab ipso Galeno proditum est, præcipuè sexto in hunc modum; Igitur si cutis tantum acu (exempli gratia) alicui sit puncta, faciliq; in eo senescant vlcera, etiam citra medicamentum, nudo membro ipsam ad consueta dimittas opera, nihil sentiet mali: si vero egrè in illo sanentur, primum quidem dolebit, post etiam tum pulsa particula infestabitur, tum phlegmone: quare minimè imponemus medicamen quod glutinet, sed molle, & blandum, & quod dolorem mitiget: siquidem ubi magna divisio est, ibi studium impendi debet, ut magis siccantibus remediis labra vlcera & uniantur & coalescant: ubi autem acu stylois facta divisio fuerit, id duntaxat curandum est, ne phlegmone tentetur particula. Porro ubi aliqui verus est punctus, cuius ipsam apertam servare oportet, aut (quod intus est) latius incidere, ut per eam ex nervo vulnerato effluat sanies, deinde verò admovenda qua simul dolorem mitigent, & exitum sanies patefaciant, si virtus vegeta sit, sanguinis missio est expediens, purgatioque universi corporis, si vitiosus

succu

succu redundet, & cætera. Hæc in episthoma Galenus. Sed quæ medicamenta punctis nervis conveniant, exposuit abundè Galenus non solum citato libro: sed etiam lib. 3. de Compositione medicamentorum secundum genus, quæ tu in frontispitio libri per otium legere poteris.

*Curatio trigesima nona de nocuimento  
eveniente ab ingestis fungis.*

**P**Vella rusticana, ex villa ad me delata, ætate septemdecim annorum, oris ventriculi ei ofiones, dolorisque ingentes pariebatur, febriebat, & lotiũ crallum turbulentum emittebat, adeò ut iumentum id esse quis diceret. Nam quum causam unde morbus originem traheret inquirerem, se ignorare respondit. pressa itaque ac coarctata doloribus & anxietatibus, respiratio neque difficili, villica hæc tunc in animi deliquium incidit, quibus animadversis, illico vomitorium hoc parare iubeo, quod habet, Recip. Seminis raphani, anethini ana unciam mediam, in aqua fiat decoctio, quousque maneant uncia octo: facta colatura, adde oxymelitis simplicis uncias duas, agarici scrupulum unum, misce, & bibendum dato: quo parum vomuit, & dolor illam grauabat, ob quam venam communem brachij secare iussi, sanguinisque un-

cias septem extrahere, quo deposito dolor minui cœpit, & melius habuit. Non omnino tamen à dolore libera fuit: sed eo potius interdum corripiebatur: vt verò humorem illum refrenaremus, ac expulsionì pararemus, sic orsi sumus, Rec. Syrupi de matricaria, de betonica, de hyssopo ana vnc. sem. aquarum origani, fœniculi, hyssopi, an. vnc. j. misce, & ieiuno stomacho tepidum bibat, & ter iteretur. At sequenti die quum è rure ad me rediret, variâque cum ea & sponso confabularer, ecce nocte antea quàm malè haberet, mihi exponit fungos cœnasse, quod quum audissem, illico deprehendi, symptoma illud ab humore crasso pituitoso ex fungis venenosis antea ingestis ortum traxisse, quæ quum illis patefecissem, illico historiam mihi enarrat cuiusdam mulieris vicinæ suæ, quæ fungos quum nocte quadam cœnaret, in moibum quendam grauissimum inciderat, à quo insana permanfit, atque inde rustici vicini eius contendebant, in quodam fungorum, quos comederat spiritum malignum (sic enim illi loquebantur) inclusum esse, ignorantes fungorum alimentum crassum, frigidum, & pituitosum, prauisque succi ac venenosi stare, à quo non solum morbi, sed etiam mors ipsa euenire poterat. Sequenti igitur die, quum

quum iam perciperem hanc difficulter vomere, sic pharmacum parare iussi, vt instantem humorem illum è ventriculi ore pellerem, quod sic habet, Rec. Agarici nouiter in pasta cum oxymelite scyllitico parati drachmas duas, electuarij elefoph, dia cartami ana drachmas duas, & mediam, in decoctione hyssopi, origani, & pulegij quod suffecerit, misce, fiat potio charartica; qua optimè egressit, & immunis ac sana euasit, tribus porro sequentibus diebus theriaces drachmam integram quolibet mane ieiuno stomacho cum vino generoso degluti- ret consului.

## S C H O L I A.

*Ex fungorum genere boleti in vsu victus admittuntur: ego vero tam boletos, quàm amanitas, reliquosue, vt prauissimi succi fugiendos consulere, sunt enim fungi rusticorum & agrestium hominum cibum, à quorum esu multos mori vidimus: veluti quoque testatur Galenus, lib. 2. de Alimentorum facultatibus, cap. 69.*

*Curatio quadragesima de angina, & nido hirundinis.*

**I**Vuenis doctissimi Ambrosij Cratandri Spoletani, nomine Domitius Veronensis septemdecim annorum angina correptus fuit, ad eò vt nec cibum, nec potum rectè

deglutire poterat, febricitabat, spiritum difficulter trahebat, in loco dolorem sentiebat: cum quibus faciei ingentem ruborem, & colli apparentem tumorem patiebatur, ut merito *παρὰσυναγγη* angina hæc dici mereatur, non verò lynchæ, aut ut barbari, schinantia. Ad illum igitur hora tertia noctis accersitus depositis per clysterem facibus cephalicam tumorem respicientem, illico in brachij curvatura tundere feci, sanguinisque uncias quinque fluere. novistis enim morbum istum ut plurimum à sanguine copioso, ac plus iusto calido ad colli partes fluente fieri: qua de causâ nihil melius in hoc morbo, hac sanguinis extractione excogitari poterit, in qua animadvertendum est, quòd parcè & pluribus interpositis vicibus fieri debet, quum si semel magna fieret sanguinis missio, timor esset quòd anima deficeret, & consequenter æger suffocatus obiret. lubemus quoque in tundenda vena, ut ampla, & non angusta fiat incisio, ne sanguis tanquam percolatus, manente ipsius crassiori parte, excutatur. Facta igitur hac euacuatione, tumori apparenti, oleum rosaceum pauco chamæmelino mixtum, & lana succida exceptum admouere feci, gargarismo quoque hoc veteretur suasi, qui habet, Rob mororum uncias duas

duas, aquæ plantaginis uncias octo, vini granatorum unciam vnam, misce, quo sæpe gargarizabat, cum iis quoque ut parum dormiret consului. Nam in omnibus inflammationibus internis, somnus fugiendus est, præcipuè in angina, quia sanguis in somno intro magis repit. Manè verò quum illum de solito vidissem, ferè morbo liberum inueni. expedire enim iam loquebatur: tunc verò solo chamæmelino, minore iam facto tumore inuncto, intra quatuor dies pristina restitutus fuit sanitati: nec enim opus fuit ad discutientem peruenire gargarismum, ex myrrha scilicet, croco, & aliis confectum rebus similibus: veluti nec ad emplastrum ex nido hirundinis, qui dubio procul magnam in hoc casu habet prærogatiuam: nec sunt audiendi qui ex nido integro tanquam ex terra frigida emplastrum fieri formidant, quum re vera terra nidi hirundinis cum paleis & cæteris in eo contentis, discutientia vires habeat: quanquam præci Græci nunquam, quod legerim, nido isto in hoc affectu usi fuerint: sed potius cinere hirundinum, ut latius Cominétanis nostris ad Dioscoridem diximus. Aërius tamen inter Græcos, sermone 14. suæ medicinae, cap. 49. in quo de enisypelate agit, hirundinis nidum tritum, & cribratum, ac melle exceptum,



contra erysipetata faciei maximè commēdat. citò enim ea discutere tradit.

*Curatio quadragesimaprime de quibusdam symptomatibus euenientibus ob menstrua purgationis retentionem.*

**M**agnificæ & generosæ vxori Ascanij strenuiss. & primipili capitanei, quem Coronellum dicimus, iuuenis viginti annorum, pulchræ, obesitatis mediocris, primo concubitu oris vteri diuupta fuit vena quædam, ex qua sanguis in tanta profuxit quantitate, vt in syncopē de uenerit, & prope modum mortem obierit: sed medicorum cōsilio Romæ agentium, vbi hoc cōrigit libera euasit: postea verò huic bis tantum intra sex mensium spatium, non nisi singulis tribus mensibus, menses tantum erupere: postea verò singulis sex mensibus, in parua quidem quantitate fluxere, ob quam mensium retentionem, prædicta hæc domina in quædam incurrit symptomata, scilicet linguæ crassitiem, vt vix loqui poterat, capitis dolorem, spatularum, & lumborum grauedinem, membrorum fractionem, lassitudinēque: quibus adde, quòd interdum non bene mente constabat, id quod quoque

quoque attestabatur eius ridiculosus & fatuus risus, quæ omnia à sanguine illo retento caput & corporis superiores partes obrepente euenire notius est, quàm hîc à me referri possit. Ad hanc igitur curandam vocatus vniuersam curationem in mēsiū retentorum euacuatione consistere deprehendi. Ipsi enim fluxis à tot dictis affectionibus liberari non erat dubium: proinde vniuersus noster conatus in mensium prouocatione versabatur, pro qua complenda operatione à sanguinis extractione ordiri opus fuit. An verò ex pedis saphena, vel potius ex brachij basilica, in dubium certè vertebatur. Nam quidam seniores medici ex basilica prius sanguinem extrahendum Matthæi de Grado cōsilio, postea ad saphenæ incisionem descendendum contendebat hæc fulti ratione, quia si prius sanguis per saphenæ sectionem detraheretur, humor in corpore redūdans in partes inferiores laberetur: & sic magnas pareret obstructions, ac si in illud vulgatissimum incideremus dictum, Incidit in scyllā cupiēs vitare charybdim. Quorum rationem, vt pote viri doctissimi & practici Matthæi de Grado, & Nicolii Florentini non omnino flocci fecimus, quin potius amplexi sumus, sed non ita vt tunc temporis ea vti simus, præcipue quia

tēpore hyberno eramus, & non multis antea diebus bis eo modo quo ipsi nunc quoque agendum contendebant, sanguinē deposuerant: quibus addimus, quòd si in tanta quantitate sanguis per venarum sectionem fluxisset, natura auarior reddita, sanguinem retineret, nec ipsum per loca conuenientia mitteret. Præuisa igitur suppressorum mensium causa, quæ sanguis crassus multis pituitosis materiis coniunctus erat & cuius bona pars in pinguedinē verte-  
batur, in primis minorante quodam medicamento purgatorio vsi sumus. nec enim creditu par erat quòd menses suppressi fuerant ob cicatricem, siue callum, in ea vena obductam, à qua primo illo congressu sanguis in tanta, vt diximus, copia fluxit: quum sic postea ex toto suppressi essent, nec amplius fluerent, quod falsum esse ex præcedenti relatione nouistis, sed quòd sanguis pituitosus crassus denominabatur, iis iudiciis venabamur, primò, quòd mulier hæc ad naturam pituitosam declinabat. Secundò, quòd indies magis crassa & obesa, ac pinguis veniebat, vnde timor erat si sic incederet; Hippocratis admonitione, ex toto sterilis facta esset. Tertio, quòd menses ex-  
euntes subalbidi, & non multū viuidi erāt. Dedimus igitur, vt prædixi, minorans hoc

medi

medicamentum, quod habet, R. Electuarij lenitiui vnciam vnam, agarici nouiter in pasta parati, drach. ij. diabeneditæ drach. ij. semis in decoctione senæ, in qua semina-  
nipulus matricariæ inferbuerat. qu. suff. fiat potus, quo quater egesit: altero verò die interiecto præcedente clysteri lauatio cō-  
muni, saphenam dextri pedis vesperi tunde-  
re feci, sanguinēque extrahere ad vncias quatuor. optimo igitur victus ordine institu-  
to, & illo quidem ad incisionem vergente consului, vt singulis diebus illi frictiones à  
feminibus versus partes inferiores fierent: cucurbitulæque ipsis feminibus siue femo-  
ribus de tertio in tertium diem adhiberēt, nō minúsque singulis diebus, ieiuno stoma-  
cho hoc præberet decoctū, quod habet,  
R. Radicum ruberæ tinctorum, vnc. j. cicerū  
nigrorum pug. j. croci. scrup. j. cionamomi.  
drach. sem. in libra vna aquæ fiat decoctio  
secundū artem, cuius vncis octo adde tro-  
chiscorum de myrrha. drach. sem. misce, &  
per octo sequentes dies iteretur, & vtatur:  
postea verò hoc vsa est decoctio quod ha-  
bet, R. Polegij calamiti, nepithæ, origani,  
matricariæ, an. m. j. sabinæ, cyperi, asari, ru-  
beræ tinctorū an. m. sem. incidenda incidan-  
tur, & terēda terentur, ac in aqua fiat deco-  
ctio ad cōsumptionē tertie partis, quousq;

maneat libræ quinque. Facta colatura, ad  
desyrripi de marrubio vncias quatuor, de  
marrubio vncias duas, misce, cuius vncias  
sex quolibet mane ieiuno stomacho bibat,  
non nisi prius per saccum, vbi parum cin-  
namomi in puluerè redacti erat, traictas:  
octo tamen diebus ante tempus in quo na-  
tura quadantenus menses expellere cona-  
batur, solliciti admodum in adhibendis fric-  
tionibus & cucurbitulis fuimus: quibus  
tandem optatum finem obtinuimus. fluxê-  
re quidem menses, sed in parua quantitate:  
tunc verò iterata decoctione dicta, vice an-  
tidoti emagogi, quod multum in hoc casu  
valet, suffumigia hæc præparauimus, quæ  
ita habet, R. Trochiscorū de myrrha drach.  
j. castorei scrup. ij. piperis, rubeq̃ tinctorum,  
mentastri an. scrup. iij. Omnibus puluerisã  
tis cum terebinthina, & mythridatico anti-  
doto, fiant pilulæ auellanæ magnitudine, ex  
quibus duas pro vice super ignitas prunas  
iniicito, & sedens super perforata sella, ve-  
stibus optimè circumdata, ac cooperta suf-  
fumigium recipiat: in nocteque quum va-  
dit dormitum, pessum istum in vteri os im-  
mittat, quod habet, R. pulueris castorei  
drach. j. Mithridati scrup. ij. terebinthinæ  
optimæ vnc. j. misce, & in sacculis digita-  
lis longitudinis immittantur, & fiant pes-  
si, ac

si, ac in vtero teneat. iis enim parum plu-  
res menses fluxêre, sed quum melius sen-  
tiebat, & rigida vigebar hiems, à maiori  
opere destitimus. Cæterum hæc vigesimo-  
sexto die mensis Februarij, quum caput la-  
uaret, & postea ad ventum exiret, ecce ho-  
ra quarta noctis repente post primum som-  
num, humor à capite in labra, linguam,  
& fauces defluxit: adeò vt non multum ab-  
fuit, quin ex toto suffocata fuerit. Erat e-  
nim humor hic sanguineus pituitæ mixtus,  
hanc causans inflammationem: quam vel  
cynanchen, vel paracynanchen appellare  
nihil impedit. Satis enim est, tumorem præ-  
ternaturalem suffocationem minantem ef-  
ficere. Nam lingua crassa & nigra apparebat,  
labra verò cum barba mirum in modum  
tuebant: vt facillè credendum sit, si ma-  
teria illa fauces potissimum vel asperam ar-  
teriam occuparet, intra horam illam in-  
terficeret: declinabat tamen tumor ad dex-  
tram magis quàm ad sinistram. Præscns  
igitur illico sanguinem ex cephalica dex-  
tra extrahendum curavi pondere decem  
vnciarum. opus est enim in iis potissimum  
affectionibus repente euenientibus simul  
& repentina ac valentissima vt euacuatio-  
ne: quanquam non me latet, quòd in an-  
gina paulatim potius sanguis extrahendus  
est,

est quam semel copiosè, vt ex Galeno didicimus. Facta igitur sanguinis missione illico melius habuit, & tumor declinare cepit. credendum est enim sanguinem extra venas tum venæ sectione quoque reuocari, vt ex Hippocrate in curatione pleuritis defumitur, & Galeno libro quarto de Sanitate tuenda prope finem dicente, Cæterum ad quæ ex natura rei ducitur, rationem apposuisse non sit alienum. Quoniam igitur in hac quæ veluti phlegmone fatigat lassitudine, vis calidi sanguinis congesta in corporis mole est, venæ autem sectio succos è vasis emittit, vtile est post priorem detractionem tantisper intermittere, dum aliquid eorum, qui in corpore sunt humores, remigret ad venas. quod tamen quoniam committendum non est, vt is maneat, vt pote ex dimidio corruptum, sed potius plurimum eius expellatur: idcirco detractionem sanguinis etiam secundo die iteramus, aliquando verò & tertio, vbi videlicet & reuellere, & ex aliis in alia transferre visum est conducere. Hęc enim sic adduxisse placuit, vt multi noscant quòd venæ sectio non solum sanguinem in venis contentum deponat, sed etiam illum qui extra venas est, vt in hoc euenit casu, & experientia ipsa indicat.

CURA

*Curatio quadragesima secunda de calculo in pediente vrina exitum, & eius extractione.*

**S**enex sexaginta octo annorū, quum vesicæ lapillis grauissimè cruciaretur, & nihil iuuamenti ex variis adhibitis medicamentis perciperet, imò in vrinæ omnimodam suppressionem deueniret, glandè illi secundum longitudinem in parte alta præscindere feci, tandem inde duo lapilli auellantæ magnitudine extracti fuere, & ille liber à tam sæuo & crudeli morbo fuit.

*Curatio quadragesima tertia de pituita ad oculos descendente, & laqueo ad nucham indico.*

**C**Oquus monachorum cœnobij sancti Augustini, pituita ad oculos descendente grauer vexabatur: factis tandè euacuationibus vniuersalibus, ac particularibus, laqueum ad nucham indidimus, & bene habuit.

*Curatio quadragesima quarta de puero inter dormiendum gemitus dante.*

**P**uer natus annos duodecim temperata biliosus, nocte quum dormiret, dentibus

ribus stridebat, & gemitus dabat. Erat enim humor, vt assequi potui, inter dormiendum dolores inducens, ob quos & dentibus stridebat, & gemitus illos dabat, quem iis paucis, optimo victus ordine prius instituto, deposuimus, & sanus ac liber factus est. R. Syrupi endiuix, acetosi simp. rosati añ. vnc. sem. aquarum boraginis, cichoreæ, endiuix, añ. vnc. j. misce. & quinquies iteretur: postea verò pharmacum hoc ebibit, quod habet, pulpæ cassiæ nouiter extractæ drach. v. diacatholiconis drac. iij. rhabarbari boni drach. j. in decoctione communiflorum & fructuum cum folliculis senæ fiat potus vnus, quem in aurora bibat, & desuper horam dormiat, quo optimè egressit, & bene habuit: iccur tamen postea santalino vnguento per sex sequentes dies inungeretur, ac ieiuno stomacho vnciam vnā sacchari rosacei pro vice comederet, & desuper vncias duas aquæ cichoreæ biberet consului, & iterum nunquam in prædictas affectiones incidit.

*Curatio quadragesima quinta. de tumore in genu cum dolore & grauissimis symptomatibus.*

**M** Vlier 55. nata annos, die Iouis summo diluculo, de dolore genu sinistra

questafuit, in quo loco tumor apparebat: interpositis verò tribus horis, omnes ferè amisit sensus, vtcunque tamen ex sinistra axillari vena sex extractæ fuere sanguinis vnciæ, corrupti admodum, demum die Veneris in nocte diem suum obiit, an verò apoplectica hæc obierit, dubitatur.

*Curatio quadragesima sexta de ephemera transeunte in synochum, & de victus ratione habenda in die purgationis.*

**B** Rundus, trigintaquatuor natus annos, ruffus, sanguineus, plerunque ephemera febrî corripî solebat, à qua sæpe sudore eueniente euadebat. Nunc verò eadem correptus fuit febrî, sed eueniente sudore ab ea mundus non euasit: sed in ea vt prius intensè perseverauit: in synochum enim putridum transiuit, quem attestabatur lortium crassum, & nimis rubrum, ac cius febris continuitas. At sequenti die depositis per clysterem sacibus basilicam dextri lateris tundere feci, sanguinisque vncias sex extrahere: qui proculdubio sanguis putrescieri iam coeperat: à sanguinis verò missione syrupum istum ebiberet suasi, Recipe Syrupi rosati, cichoreæ, endiuix

vnciam mediam: aquarum ciehoæ, endiuæ, boraginis, añ. vnciam vnā, misce: adeo enim post hæc subito in sudorem prorupit, quem per quatuor horas meis monitis seruauit, vt mirum fuerit, quàm breui ab ea febris liber euaserit. Sequenti autem die iterato syrupo, ac iniecto clysteri, melius habuit: quanto tandem die propinato pharmaco bene habuit, in qua die parum comederet suasi, vt in Scholiis apparet. cæterum huius victus ratio ptisana, ac panatella femine melonis parata erat: Aqua porro pro potu ex decoctione hordei sumebatur.

## SCHOLIA.

Synochus sine putredine, vt aliàs diximus, inter ephemera genera adnumerari potius debet quàm inter alia febris genera, qua sepe egrotus hic corripipi solebat facile enim sanguinis subtiliores partes spiritus dicti inflammabantur, vnde ephemera oriebatur. Ita enim se habet spiritus in sanguine, veluti scintilla in igne: quum tamen sanguis plus in isto incaluit, in putredinem venit, vnde verum Synochus ortus est. Cæterum iacentes practici in die purgationis, præpingue mactare gallinam, vt eius bonam partem purgati in victu tribuant, sed vera non sine errore, quia die purgationis minus cibi agris offerendum est, quàm alius diebus, vt paulo inferius indicabimus: sed forte dicent id in causa esse, vt ius gallinæ lauans ventriculum offerant,

offerant, quod ius simplex, tametsi ex Galeni decreto sua qualitate constringat, sua tamen quantitate lau. it. & pharmaci reliquias stomachi tunici adherentes expurgat, & ad inum ventrem eas descendere facit: sed reuera hoc subterfugium nullius est valoris, quia aqua hordei hoc idem præstat & complet. Sed quod male agant practici recetiores, qui purgationis die egrotos plenissimè vitare iubent, eorum vires rescicere tentantes, paucis indicemus. Primò Hippocrates libro secundo de Ratione victus in morbus acutis, textu duodecimo clam nititur causam reddere, qua ratione homines sui cui delicta illa medicamenta purgantia ferebant: non quòd homines suo tempore robustiores essent, quàm nunc sunt: quia, vt inquit Galenus, idem mundus qui olim erat hunc est, & nullus stellarum ordo permutatus sit, tametsi oppositum conciliator putat: sed quia quum primum Hippocrates & sui coætanei, ac alij post eum medici multi pharmaca fortissima propinabāt, vt elleborum, scamonium, colocinthidem, esulam, laureolam, esorbium, tithymallorum tot genera, & alias huiusmodi herbas, illico post eorum bibitionem ptisanam in potu dabant, ad infringendam illorum medicamentorum acrimoniam, vt postea clare Dioscorides, capite de aqua maris, exposuit. Inquit igitur Hip. citato loco, Vbi autem qui medicamentum ebibit, ptisanam protinus sorbendam dato, neque insigniter minore quàm consuetum est

quantitate: quæ verba enarrans ibidem Gal. ita tradit: sic & à sumpto medicamento ptisanam sorbere confert, nempe purgans medicamentum ipsum tanquam exiguum ad ventris quidem fundum peruenit, verum dum transit stomachus & quecunque ventris sublimior pars non qualitatem purgantis medicamenti modo, verum & substantiæ, que in transitu heret, aliquid absumens, vehementer leditur. Ptisana igitur cremor superingestus commoditatem affert, nempe & deorsum trahere, quod via adhaeret partibus, tum temperare, tum permutare potest. ob eas igitur causas à purgantis medicamenti potu ptisanam su perforberi precipit: sed vbi purgatio cæpit, ab ea vult abstinendum, purgantis medicamenti operationem exoluerit: atque ob eam rem subdit Hippo. Et quoniam ab re non est, purgatione in media sorbitionem dare non conducit: at vbi purgatio desierit, tunc sorbitio detur: sed consuetæ minor: deinde liberalius perpetuò exhibeatur, si dolor cessauerit, & nihil aliud obicem fecerit. Hæc Hippoc. in quibus tradit, vt ea superioribus verbis nectamus, quòd postquam quis medicamentum ebiberit, statim illi ptisanam sorbendam dare medicus debet in tanta quantitate, quanta ebibere antea assueuerat, sed cum hoc rationi consentaneum est in media purgatione sorbendam non dare, id est, quum æger purgare cæperit, quòd tunc cibus & potus omnino interdicens est, nec quisquam illi offerendum

rendum pro victu aut potu medicus debeat. quæ verba interpretatur Auicenna. quum dicit Fenn quarta libri primi, Oportet ne medicina potator comedat vel bibat, donec suam perficiat operationem. Caterum per illa verba ab Hippocrate dicta, At vbi purgatio desierit, tunc sorbitio detur, sed consuetæ minor, nostra comprobatur assertio. iubet enim Hippocrates, postquam pharmacum suam perfecerit operationem, ægro ptisana offeratur, sed minori quàm antea assueuerat quãtitate. vnde dubio procul clarè colligitur, quòd qui die purgationis ægrotantibus plus cibi quàm antea propinant, contra rationem agant, & merito sint plectendi, quos Galenus quoque carpit dicens. Contra quam plerique huius temporis medici rem hanc docuit Hippocrates, nempe hi vbi vacauerunt, copiosè nutriunt. Hippocrates verò à purgatione ptisana minus ministrari iubet. Nã corporum que expurgata sunt, natura expurgatione agitata, labefactat atq; tolerare alimoniam non potest, neque probè eam conficere, nisi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tantum tremoris prima die exhibendum, quantum domare possint: deinde paulatim sensimq; adaugere oportet. Hæc tennus Galenus: qui (vt percipitis) in medicos inuehitur illos, qui purgationis die ægrotantibus victum, vt in alijs præbent diebus: quia eorum ventres tunc à facili causa grauatur. & ex directo, eo die parum alimonie illis offerendum sit: quia virtus

expurgatione prostrata labefactatq; nutrimentum rectè coquere non valet: vnde non raro ingens & potens oritur affectus, minimè tamen à medicis animaduersus, quorum stupiditatem, vt in adagio est, ne Mercurius quidem cum musis fauabit. Dicitis autem suffragatur idem Galenus, libro primo Aphorismorum, quum dicat in antiqua versione, iisdem & de refectione nimia, sugienda subintulit, quia resectio sullit nimia, succedens nimie euacuationi, quum virtus euacuatii defecerit, nec cibum secundum quod oportet possit mutare, & cum membris assimilare: quæ verba in vulgata & candida versione, sic habentur. Ob hoc vetare immodicas euacuationes, quoniam & refectiones post eas haudquaquam securæ existunt: quum sit natura iam facta imbecillus, & neque iam possit sufficienter coquere, nec distribuere alimentum, nec assimilare. Per hæc verò verba hoc aliud docet Galenus, videlicet quòd die purgationis quanto maior facta fuerit euacuatio, tanto minus alimonia concedere euacuatii debemus, quum alimonia secundum virtutis tenorem, & coquendi potestatem dari debeat. Nam certum est, in maioribus euacuationibus, magis naturam debilitari, vnde parcius alimentum tribuendum est. Iis enim suam imponimus, quia non credimus, idiotam inueniri ita rudem, qui non intelligat Hippocrata, & Galenum id voluisse, vt latius hæc monstrauimus in epistola illa, quam de catapotijs, ab hinc

viginti

viginti annis ad Ludovicum Nunium Sätarenensem medicum doctissimum scripsimus.

*Curatio XLVII. de mamilla ad suppurationem veniente, & de methodo mammarum curandarum.*

Vxor probi viri Eduardi à Sola, bene peperit: eius tamen sinistra mamilla post aliquot dies tumuit, & ad suppurationem venit: prope enim papillam aperta fuit: sed paucis interpositis diebus eandem mamillam in aliis duobus locis secare opus fuit, materiãq; inibi congestam, ac cõcoctam extrahere. Cæterùm ab euacuationibus vniuersalibus adhibitis, prædictæ mamillæ durities hoc potissimùm medicamẽto diminuta fuit, R. succi petroselini, apij an. lib. sem. aceti rosati vnc. i. sem. olei rosacei vnc. 3. farinæ hordei vnc. 4. ceræ albæ vnc. 2. misce, & ad ignem fiat linimentum. Interpositis verò quatuor diebus iterum mamilla ad suppurationem peruenit, quæ de causa candente ferramento vsi sumus, & melius valuit: quod verò variis in locis mamilla aperiat, id in causa est: quia eius substantia quum spongiosa sit ac cauerno sa, materia in ea cõtenta non liberè à loco ad locum fluere potest: quo fit vt variis in locis ad suppurationem veniat. hinc tamè ani



maduertat bonus chirurgus & doctus medicus, & tanquam canonem ac methodum curandarum inammaram habeat, quòd mamilla affecta rarò ad sanitatem reducitur, nisi altera sana à lacte exiccetur: exiccabitur autem lac, si modò infanti mulier lac sugendum non dederit: item si lincis paninis frigida madefactis, mamilla frige fecerit, vel super eam puticulam ex fabis & aceto paratam imposuerit: nec enim timeas de lactis exiccatione, quia bene habete mamilla vel facillimè lac reuocabis, præcipuè infantis attractiõe succũve. Visæ enim sunt mulieres, quibus menses ob ætatem grandiore suppressi erant, & tamen illis lac copiosissimum ad mamillas deuenit, solò puerorum succũ, quos postea lactârunt, & ad annum, & plus, ac si pepererant eos tractârunt. Ex iis autem mulieribus à me vna Ferrariensis ætatis quinque super quinquaginta annorum visa est: altera verò nobilis apud Lusitanos Santarenensis, narta annos prope sexaginta.

*Curatio quadragesimæ et aua de dolore occupante sinistras costas menses.*

**Q**ui ex Apulia Anconam venit, vir robustus, ætate quadraginta annorum, quum antea morbo laborauerat, & bene iam se valere putaret: quum cœnaret, vigente ætate dolore correptus fuit, versus costas nothas, & illas quidem sinistras. Ita enim dolor illum vexabat, vt æger tremore corriperebatur, valde gemebat, multum querebatur, non dormiebat, in angusto demum reserat. Nã & quæ cœnauerat, illico euomit, manè tãdem accedens illum prædicto modo afflictum inuenio. Clysteres nullatenus ferebat tunc basilicam sinistri brachij tundere, sanguinẽmq; ad uncias quinque flere iubeo: à sanguinis verò extractione multa euomit biliosa, post quæ aliquantulum melius habuit: sed tunc ad topica deuenimus medicamenta: præcipuè verò ad fomentum sequens. Nam antea parietariam, butyro frixam mulieres (sed frustra) remedium illis satis familiare tentauerant. Habet igitur fomentum sic, R. Chamæmeli, meliloti, anethi, rosarum siccarum: sãhorũ taxi barbati, parietarię, stœcados, betonicę ana. m. i. scœnu Græci, seminis lini, añ. pug. i. sem. ameos, seminis anethi. an. unciam i. In libris duodecim aquæ fiat decoctio sufficiens & cola, cui adde olei chamæmelini, anethini.

an. vncias tres, misceto, in quo philtrum imbibito, ac expressum, calidum loco doloroso superimponito, & sæpe iterato, vice verò clysteris, quem pari renuebat, potum istum descripsimus, R. Chamæmeli, meliloti, anethi, fœni Græci, seminis lini, an. m. r. in aqua fiat decoctio secundum artem, quousque maneat libra vna, cuius decoctionis vncias quatuor adde electuarij lenitui vnc. i. diaphrœniconis drac. 2. diabenedictæ drac. 3. misce: fiat potus, quem post horâ euomit: in quo vomitu multa biliosa & pituitosa mixta videbantur, & à dolore ferè liber euasit. Magnam tamè patiebatur sitim, pro qua extinguenda aquam pauco vino mixtâ obtulimus: tandem iterato prædicto pharmaco bene habuit, quia qualia opus erant purgari, purgata fuere. loco porrò dolore affecto, emplastrum de meliloto admouimus, & rotulum vnum aromatici rosati, ieiuno stomacho comedebat: sed quum bene haberet, & præter omnium spem domo exiret, in dolorem iterum incidit in eo præcipuè loco, vbi antea vigebat: qui eo modo dicto tractatus, ac iniectis nonnullis clysteribus ventositatem carminantibus, & propinatis vncias sex olei amygdalarum dulcium recētis hora sexta noctis, integræ sanitati fuit restitutus. Nam huius lotium rubri

rubricantibus arenulis mixtum erat, nec vnquam febricitauit: tamen rarò eueniat fortis dolor, vel à causa frigida, absque febris comitacione & siti intensissima.

*Curatio quadragesimanona de quibusdam Gallicana scabie infectis.*

**Q**uidam morbo Gallico infectus fuit, & multis adhibitis remediis ita bene valuit, vt sibi & aliorum iudicio sanus euaserit. Interpositis verò decem annis uxorem duxit, cuius vxor mulier castissima duos pueros intra quinque annos optima temperatura, & compositione præditos peperit: septimo verò anno alterum peperit masculum: sed Gallica scabie infectum. Nâ illa optimè semper se habuit, sed prope nares versus labia, antequàm puerum istum infectû peperisset, vlcuscula passa erat, demum post partum malè sensit, & vbera grumis quibusdam illi infecta fuere, ita vt puero lac dare non fuerit possibile. commissus igitur fuit puer nutrici, quæ intra paucos dies infecta fuit, & à puero prædictam scabiem Gallicam contraxit, quæ quum cû marito coiret, illum infecit, immo vicinarû suarum alij duo pueri, quibus lac dederat,

infecti fuere, à quibus matres morbum traxerunt: demum hac contagione nouem intra mensem infecti fuere: sed puer intra mensem post ortum suum obiit, & illius pater, qui ob seminaria antiqui morbi occulta uxorem infecti, quum febris corripere, intra sex dies vitam cum morte commutauit. Mater uero pueri euasit, cui per quinquaginta dies guaiaci decoctum dedimus, sed nutrix & eius maritus, ueluti vicinæ, & pueri per uagueantem inunctionem ex aromatibus & Mercurio confecti, sunt sani facti: hoc unum ante oculos habendo, quod ubi plus gummositatum uidetur, plus pinguedinum uoguento addimus, ubi uero minus gummositatum, & plus pustularum & ulcerum, plus puluerum apponimus, in delicatis quoque parum argenti uini addimus, ueluti quando complexio calidior fuerit, multum butyri, & olei rosacei, aut succi plantaginis res calidas fugiendo adiungimus, ut in sequentibus uidebitur.

*Curatio quinquagesima de casu quodam morbi Gallicani.*

**V**ir quidam morbo Gallico correptus fuit, & sanus per medicamenta factus, interpositis quindecim annis, huius uxor, mulier honesta, & robusta puellam peperit

rit, exanthematibus Gallicanis per uniuersum corpus dispersis infectam, quæ intra paucos dies obiit: sed eius mater basilicè semper ualuit.

*Curatio quinquagesima prima, de puero cum cornu in capite nascente.*

**N**atus est puer cum corniculo in capite: non dolebat nec quicquam obnoxij ex eo percipiebat, grandior uero factus puer, cornu quoque creuit, quod omnino deponendum ex capite puer contendebat, & à patre afflagitabat, ob id quod pueri illum Cornutum appellabant. accessit igitur chirurgus plus iusto audace, primò partem superiorem præcidit, ex qua incisione, nullum serè puer dolorem sensit. Chirurgus uero credens ita euenturum, si radicitus corniculum reseuerit, opus aggreditur, sed infelici successu: breui enim, uel inter paucas horas puer obiit. nec mirandum, quum cornu illud prædurum in parte inferiori cõflatum ex cranio & medullari cerebri substantia esset.

*Curatio LII. de plenitudine, ac de ratione uera propter quid in plenitudine secunda uena sit axillaris eiusdem brachij ubi dolor est.*

**V**ir Romandiolus robustus, ætate tringintatium annorū, pleuritide correptus fuit. Nam continua laborabat febris, & dolorem ingentem ac perforantem in succingēte costas membrana in pectoris dextra parte sublimi sentiebat, tussiebat, & difficulter spirabat: cui occurrens, bouillam vesicam semiplenam aqua decoctionis sequētis, loco doloris admouere iussi, in qua olei rosacei parum adiungendū commendauit. est autem decoctio sequens, Recipe Rosarum siccarum, matrum violarum, maluarum, chamæmeli, meliloti, seminis lini, fœni Græci, bismaluar, ana m. j. in libris decem aquæ fiat decoctio, quousque maneat libræ septem, ex quibus vesicam cum oleo rosaceo (vt dixi) semiimple, & calidam loco dolore affecto applica. Sed illico sanguinē ex basilica eiusdem lateris, vbi erat dolor, pondere decem vnciarum extrahere feci. fluere enim sanguinem ita copiosè permisimus, quousque ex rubro liuidus apparuit, vt suadet Hippocrates libro secundo de Ratione victus in morbis acutis, textu decimo, vel ad animi vsque defectionem, vt vt libro quarto citati voluminis, textu 74. commendat. ab hac enim sanguinis missione, dolor ex toto ferè leuatus fuit. Ita enim constantibus viribus, sanguinis copiosa

piofa extractio fieri debet. Tunc verò suasi, vt in victus ratione nihil præter piscinæ cremorem, hoc est piscinam colatam degustaret, in potūque aquam decoctionis hordei simplicem, vel iulepo violaceo admixtam non transcenderet: quibus addidi vt aliquādo syrupū violaceum elambendo, capite resupinato acciperet. Spuere nanque cœperat subcruentum quiddā: sed ecce tribus interpositis horis à sanguinis missione prædicta, natura validior facta, quasi deposita sarcina humorē peccantē regulare cœpit: ita vt is intra horā sanguinis libras duas per nares emiseric, & vt obseruauit per nares dextram, in quo latere dolor præerat: sed cum iis stomachus nihil retinebat, sed omnia ingesta per vomitū reiciebat, pro qua complenda operatione, stomachū oleo cotoneorum & rosaceo omphacino inungi fecimus, & in vniuersum melius habuit: tertio verò die lumbricū viuum per os emisit, & alterum prope fauces per sentire se dicebat: in quo die sanguis ex naribus iterū effluxit, non adedò tamen copiosè, demùm à cassia fistulari data, cum qua multa egressit, bene habuit, & quinto die in copiosissimum sudorem deuenit, & sanus factus est: veluti vir Græcus, & plures Anconitani, qui eo tempore pleuritide correpti sunt.

## SCHOLIA.

Antiquissima questio est, & hodie quoque à varijs quesita, num in pleuritide secunda vena sit in latere eodem, vbi dolor est, vel contrario potius: demum cōcludunt quòd ex axillari vena eiusdem lateris est, vbi dolor sanguis extrahendus est, tum authoritatibus Hippocratis & Galeni, tum etiam rationibus: quarum præcipua est, quia villorum & fibrarum seruetur rectitudo, quam rationem dubio procul ego parui facio: quia quum sanguis confusè in vena puteali, caua dicta contineatur, per canalem quoque prædictæ venæ, confusè extrahitur, minimè verò per villos ac fibras. Nec enim similitudo illa, quam adducunt de arborum villis & fibris, ad venarum villos valida est, quæ, vt noscitur talis est, Videmus à caudice arboris, quæ postea in trunco bifurcatur, lineas quasdam fibras dictas, vel villos, si magis appellare placeat, produci: quæ fibræ, etsi à caudice, siue inferiori trunco omnes nascantur: alia tamen directius ad latus vnius rami, quàm alterius diriguntur: & quod verum sit, experientia indicat: quia sepe contingit arborem secundum eius mediam partem corrumpi, ac in totum emarcescere, altera media parte viridi, ac florente manente, cuius causa alia non est, nisi quia fibræ illius corruptæ partis, per quas arbor nutrimentum attrahebat marcere infectæ sunt, adeò vt suo officio amplius fungi non possint: cetera verò fibræ alterius dimidiæ partis, quum vigeant, &

bene

bene habeant, nutrimentum attrahūt, & sui partibus impertiuntur: ac sic arbor secundum hanc partem riget, & bene habet: secundum verò alteram in totum vires suas deperditas habet: vt syderata ac emortua dicèda sit. Hæc enim est ratio, quam doctiores in hac re solent adducere, quæ concludit, quòd sicut in arboribus percipitur, ita quoque in venis euenire contingit: quia vena caua à gibba iecoris regione oriens, tanquam arboris truncus habita, sursum ascendit, ac postea in ramos diuincatur, similes ramos, fibras, vel villos habes, iis quas arboribus inesse diximus. At re vera argumentum hoc admitti posset in nutrimenti attractione, tamen hoc imaginari difficile est: secus autem in sanguinis fluxione euenit, quia si arbor perforata esset, in cuius canitate aqua cōtineretur, procul dubio parum villi aut fibræ agerent, vt magis vna ex parte quàm altera extraheretur. proinde ratio ista apud me nullius valoris est. Vesalius Bruzellensis, insignis anatomicus, ac Caroli v. Imp. Medicus, superioribus annis disceptationem quandam, super hac re enulgauit, cuius argumentum erat, quòd in pleuritide semper, siue inflammatio sit in latere dextro, siue in latere sinistro, secunda lateris dextri interna, siue basilica, iecoraria & axillaris dicta vena est: & ratio ad eo talis assignatur, quia vena αὐτῷ dicta, hoc est suo pari, à latere dextro venæ cauæ prope cor oriatur, quæ per spinam delata ex utroq; latere acta costas inferiores

alis,

alit, ac ad diaphragma & membranam intersepiens distribuitur: vnde multo melius (dicebat ille) materia pleuritidem faciens retrahatur & euacuabitur, si sanguis per venae sectionem ex brachio dextro extrahatur, quam ex sinistro: quia directius quoque basilica dextri brachij venam illam sine pari respicit, quam basilicam sinistri. Hac enim est ratio Andreae Vesalii, qua, ut dixi, sulcitur semper in pleuritide dextri brachij axillarem venam esse secandam, siue pleuritis occupet partem dextram, siue sinistram. Quae sane vt erronea explaudenda est, & ab opere practico, vt periculum minitans eliminanda: pro quo scire licet, quod Vesalii ratio omnino peccat, quia vena sine pari sanguinem quem recipit à vena caua, non amplius ad eam remittit, immo ita est fabrefacta in orificio suo, venae cauae coniuncto, vt ostiola quadam habeat, quae ad hauriendum sanguinem aperiuntur: postea verò ita clauduntur, vt sanguinem illum receptum non amplius remittere sinant, & ita huic venae sine pari evenit, quemadmodum vesicae vniuersariae, aut cordis vasorum orificijs: sed quod hoc venae sine pari proprium sit, scilicet quòd sanguinem quem recipit, non amplius per eandem viam remittat, ex corporum dissectionibus certi summi. Nam si venam cauam in parte superiori secueris, & fistula in ea intramissa versus partem inferiorem sufflaueris, tota ipsa caua vena in parte inferiori simul cum vena sine pari inflabitur, & tumida

mida euadet: sed si venam sine pari in parte infima secueris, & immissa fistula vel cannula, ore ventum versus partem superiorem impuleris, dubio procul vena caua non inflabitur, nec tumida euadet: quia aer in vena sine pari contentus exire non potest ob ostiola siue opercula dicta, quae orificio suo ad venam cauam coniuncta habet: vnde certum est, quòd si aer à vena sine pari ad cauam deriuari non potest, à sortiori nec sanguis, qui aere corpulentior est, refluet: quòd verò venae sine pari haec à nobis dicta eueniant, certum est nec in hoc ambigi debet, quum millies id experti simus: nam anno 1547. Ferrariae duodecim corpora humana & brutorum dissectare fecimus, & in omnibus ita euenisse magna doctorum hominum spectante conuentione vidimus: vt ibidem quoque adnotabat Ioannes Baptista Cananus, admirandus anatomicus. Restat igitur quum rationes haec minus valide sint, vt rationem veram in medium afferamus, qua potissimum in pleuritide sanguinis missio fieri debeat, ex eodem praecipue latere vbi dolor infestat. Conuenimus autem cum Brisoto Gallo, Mattheo Curtio, Leonardo Fuchσιο, ac sexcentis alijs doctissimis viris, qui ex eodem latere affecto internam venam brachij in pleuritide secandam iubent: sed rationem veram nullam hucusque, quod equidem legerim, aut audiuerim, in lucem traxit. Accipite igitur viri candidissimi, rationem nostram, non quidem con-

iefturalem aut sophisticam, sed veram, & ex ipsa corporis humani dissectione comprehensam: qua potissimum ex eodem latere sanguis in pleuritide detrahendus est: pro qua scire decet, quod ex iecinore duæ oriuntur venæ magnæ, arboris caudici proportionem respondententes, ut supra diximus, & Galenus notat libro decimosexto de Vsu partium, & sexto de Administrationibus anatomicis, & libello de Venarum dissectione: quarum una ex ipsius causa oritur, vena porta dicta, quæ in septem præcipuos ramos dividitur: cuius officium est chylum à ventriculo & intestinis gracilioribus ad se attrahere, ac ad lienem succum melancholicum ex se transmittere, de qua ad præsens satis. Altera verò ex gibba prodit omnium maxima, κακίτις, id est icoraria, vel κολία, id est causa ob magnitudinem dicta, quæ ibidem bifinditur, & deorsum ad spinam reflectitur, ac ad utraq; crura divaricatur: alia autè pars sursum ad cor ascendit, rectaq; ad iugulum fertur in multas diuisa partes, sed ad propositum facientes in axillarem, & cephalicam: inter quas duas venas prope iugulum ab utroque latere vena quedam media est ex axillari ferè enascens, quæ inde obrepens in multas finditur venulas, quæ in vniuersum cum venulis & ramusculis venæ sine pari copulantur, quæ, ut diximus, octo inferiores costas alit, Quum igitur icoraria vena in pleuritide percutitur, sanguis non tantum in vena causa con-

tentus

tentus extrahitur: sed potissimum ille qui in inflammatione continetur, vel prope inflammationem est. Quod verò res ita se habeat, experientia anatomica indicat. quia si venam istam inter axillarem & cephalicam in iugulo enascentem secueris, & cannula, siue fistula sufflaueris, non solum ipsa attolletur & inflabitur vena, sed ramuli sui, & vena sine pari costas octo inferiores alentes. Quod & simile euenire videbis, quum icorariam secueris, & illam fistula quoque inflaueris. Vnde credendum est naturam sagacissimam venam hanc fabricasse, ut quum homo pleuritide affictus esset, per illam sanguinem putridum ac venenosum transmitteret, cordis regionem fugiendo: quam si Nicolaus Florentinus dignouisset, non tam in hac re angeretur, dubiusue euaderet. Secunda igitur (ut receptui canamus) axillaris vena eiusdem brachij vbi dolor est, quia sanguis dolorem & inflammationem faciens, promptissime per illam dictam venam deponitur: præcipue si morbus octo inferiores costas occupauerit, & multo magis si quatuor superiores, sed non de hac causa, sed potius quia axillaris magnam habeat communionem cum venis superiores quatuor costas alentibus. Ceterum hanc à nobis citatam venam ab utroque latere inter axillarem & cephalicam erumpentem, Vesalius primis suis tabulis subicit, ac ea forè de causa, quia nondum illius cognitionem habuerat: disceptationem illam de

*pleuritide euulgauit: postea verò in illo suo laborio-  
sissimo ac admirando libro, eam depinxit, in quo  
quoque modo ab opinione sua se retraxit.*

*Curatio quinquagesima secunda de do-  
lore ventris ac de iure galli antiqui.*

**V**Xor figuli dolore maximo ab ore vē-  
tricoli ad imum pectinem cruciaba-  
tur, febricitabat, & omnia quæ gustabat, e-  
uomebat, non quiescebat, nec quicquam e-  
gerebat, quæ quadragenaria erat, puerum  
lactans, qui quoque quum matris lac suge-  
ret in eandem affectionem ferè deuenit.  
Nam omnia quoque euomebat. primò igitur  
illi occurrès, vomitorium hoc medica-  
mentum propino, quod habet, R. Seminis  
anethi, seminis raphani, ana vnc. j. in libra  
vna aquæ fiat decoctio sufficiens, facta de-  
coctione & colatura, adde oxymelitis sim-  
plicis vncias duas, misce, fiat vomitorium:  
quo pituitam crassam & viscidam euomuit,  
non ea tamen de causa dolor leuatus fuit:  
proinde iterato clysteri, quo antea vsa erat  
ex herbis composito calidis, sanguinem ex  
iecoraria vena extrahere permisi. aded e-  
nim intensus dolor erat, vt & febrim incita-  
ret & consternationem totius corporis mi-  
nabatur. erat autem humor peccans, pituita  
viscida, crassa, cum multa ventositate: de-  
mum

num à terebinthina multoties propinata ac  
oleo amygdalarum dulcium, cum admo-  
tione topicorum medicamentorum, me-  
lius habuit: tandem post potum iuris galli,  
per quinque dies, ita descripti ex integro  
sanitati fuit restituta, ita enim ius galli ha-  
bet, R. gallum antiquum quatuor ad mi-  
nus annorum, quem defatigatum interfi-  
ce, ac exenteratum in eo mitte salis gem-  
mæ drachmas tres, seminis cartami, cnic-  
dicti, polypodij quercini recentis & contu-  
si, hyssopi herbæ ana vnciam vnam, semi-  
nis dauci, anethi, ameos, ana vnciam me-  
diam, turbith drachmas tres, misce, & in  
libris duodecim aquæ fiat decoctio ad me-  
dias, cuius decoctionis vncias sex pro vice  
ieiuno stomacho bibebat, ac ex ea inter-  
dum clyster parabatur, quibus alius sece-  
debat, & dolor ex toto leuatus fuit: & ipsa  
immunis mansit.

*Curatio quinquagesima tertia de febrè  
quadam longa, oxymelite & agari-  
cotantum curata.*

**M**Vlier, quæ ad maris portum habita-  
bat, diuturna & longa febrè labora-  
bat, tussiebat & multum screabat: secta illi  
fuit vena axillaris, & sepe iterato oxymelite  
ac agarico in pasta nouiter parato coualuit.



*Curatio quinquagesimaquarta de morbi Gallici cum lichenibus, curatione.*

**V**ir, qui morbo Gallico laborabat, & multis lichenibus, id est impetiginibus, ex eodem euenientibus scatebat, atatis triginta octo annorum erat, robustus, ad temperaturam calidam declinans, cuius curam suscipiens, sic orsi sumus, optima prius victus ratione instituta, R. Syrupi de boragine vnc. sem. de fumo terræ vnc. j. decoctionis senę vnc. 4. misce, bibat ieiuno stomacho, ebibitis verò syrupis tribus, sanguinem secta vena cõmuni ad uncias sex fluere permisi, tandem aliis tribus quoq; ebibitis, materia ad expulsionem parata, catapotia hæc illi obrulimus, R. Pilularum de fumo terræ drachmam vnam, de nitro Alexandri scrupulum vnum, misce, formentur pilule quinque, in aurentur: capiat hora sexta noctis, ad libitum dormiat, quibus optimè alius succedit. Interposito verò vno die, hoc vnguento illius iucturas ac emunctoria demptis alii, illini ieiuno stomacho fecimus, per tresque ad minus sudaret horas consuluimus: habet enim vnguentum hoc, Thuris, mastiches, myrrhæ ana drach. duas, cinnamomi, gingib

gingiberis, piperis longi, cubebæ ana drach. j. sandarachæ Græcorum, minij ana drach. semis ciueris thamarisci vnc. iij. butyri recentis vnc. iij. pinguedinis porcine libram mediam, succi plantaginis, argenti viui extincti cum succo limonis, ana vnc. iij. misce, & in mortario lapideo fiat vnguentum quo illinatur, vt supra dictum est. Inunctus autem fuit quinquies, semel scilicet in die, ieiuno stomacho, & optimè sudabat, ac multam & sordidam per os pituitam emittebat, quam omnes qui hac vtuntur curatione emittere solent: proinde prouidens medicus sit oportet, & gargarismum, siue lauacrum parabit ex medicinis abstergentibus, exiccantibus, & constringentibus atque vlcerebus conuenientibus, vt rosa, balauitio, myrto, plantagine, equisetio, id est cauda equina, polygonio, id est centum nodia, lentibus, hordeo, alumine crudo, vel vsto, vnguento Aegyptiaco, & aliis similibus, prout casus exposcit, nos autem huic alumen miscuimus, & sanus factus est, veluti alij plures.

*Curatio quinquagesimaquinta de quodam variis affectiones patiente cum calore quodam non naturali per vniuersum corpus expanso.*

**G**Velfus, pharmacopola Anconitanus, venationi deditus, temperatura biliofus, si quis alter, ætate triginta octo annorum, iecur calidissimum habebat: renes verò superassatos, vt in gonorrhœam sæpe incideret, in calores quosdam non naturales deuenit, cum occipitis dolore, ad quem accedens illico basilicam dextri lateris secare feci, sanguinèmq; fluere ad uncias septem. A sanguinis verò extractione syrupum istum ebiberet mandauimus, Recipe syrupi acetosi simplicis, cichoreæ, endiuæ ana vnc. semis aquarum cichoreæ, endiuæ, boraginis añ. vnc. j. misce, iteratò itaque syrupo quinquies, pharmacum hoc illi dedimus, Recipe Syrupi rosati solutiui. vnc. iij. Rhabbari optimi vnc. vnam semis, decoctionis florum & fructuum cordialium, cum folliculis senæ, & paucis thamarindis confecti uncias quatuor: misce, fiat potus quo octies optimè egressit, & qualia purgare opus fuit, purgauit & bene cessit. Ceterùm, calorem non naturalem sequentibus diebus, cum alio madore per vniuersum corpus sparso sentiebat, tandem ebibito sequenti decocto, ac iecori succo endiuæ & cichoreæ applicito, veluti renibus albo Galeni sanitati fuit restitutus. etenim decoctū hoc ita se habet, R. hordei, cichoreæ, endiuæ,

uiæ, lupulorum añ. m. j. thamaridorum vnc. semis, prunorum pinguium nu. xij. florum cordialium añ. drach. j. in libris quinque aquæ fiat decoctio quousque maneat libæ tres, facta decoctione & colatura, adde syrupi rosati sim. & de cichorea sim. añ. vnc. iij. misce. & illius semilibram in aurora ieiuno stomacho bibat, & desuper dormiat: hoc verò sanus euasit, & nullo alio auxilio opus habuit. fuere enim omnes huius affectionis dies duodecim.

*Curatio LV I. de lumbricis, & aliis signis, mortem minantibus.*

**P**Vella sex nata annos, quæ ad aquam prope portam ciuitatis habitabat, diu febricitauit, & quatuor albissimos lumbricos viuos per inferiora, absque excrementis, egressit, à quibus paucis interpositis horis, eius crus sinistrum maximo tremore correptum fuit, adeo vt ipsa puella crus stare non velle asseueraret: post verò tres horas in quibus crus tremorem passum est, puella obmutuit, & quasi mortua per totam noctem vsque ad horam prandij stetit, sed tunc ferè reuixit, & loqui cepit, ac comedit, sed labrum inferius immobili superiori mouebatur: sequenti verò die, ore distorto facto, prope noctem obiit.

quot verò ægritudinis dies omnes fuere,  
non satis percepti.

## S C H O L I A .

De præfagiis à lumbricis desumptis, hic agere  
alienum non erit, quando puella hæc quatuor vi-  
uos albos, vt dixi, per inferiora emisit, post quos  
symptomata grauissima subsecuta sunt: & de-  
mum mors ipsa. Hippocratem igitur in primis ci-  
tare consonum erat, præcipue libro illo verè aures  
de Iudicationibus, sed quia Paulus eum adducit,  
illius verba placuit subscribere libro quarto sue me-  
dicinae, cap. quinquagesimo septimo: quæ ita ha-  
bent, Circa febrium initia geniti lumbrici subsi-  
stentiam ex subiecta habent corruptione: circa con-  
sistendi vigorem ex morbi malignitate, circa de-  
clinationem omnino ad melius proficiunt. etenim  
Hippocrates libro citato, & secundo Prædictio-  
num, textu decimo octauo memorie mandauit,  
bonum esse iudiciū teretes lumbricos prodire, quum  
morbis ad iudicationem tendit, qui subitò etiam  
intereunt. Galenus verò citata Hippocratis ver-  
ba enarrans, non sic simpliciter intelligenda esse  
tradit. Inquit igitur, Si natura pariter cum cæ-  
teris excrementis hos quoque pellit deorsum, melius  
est, quàm si sursum, & quoties aliquin ratione  
accidentis non apparuerint, & cetera. Nam ij,  
quos puella hæc, de qua agimus, egressit, absque  
excrementis sunt, qui symptomati potius ratione,  
quàm nature vi, materierum corruptionem &  
mor

morbi malignitatem indicantes deiecti sunt. Cæ-  
terum Aetius Sermone nono sua medicinae, cap-  
39. de hac re, ita ex Herodoti sententia tradit,  
Lumbrici & in febribus & citra febres nascun-  
tur tum multitudine, tum magnitudine, tum co-  
lore, tum temporibus etiam differentes: circa ini-  
tia enim morborum generati, substantiam suam  
ex subiacente corruptione capiunt: circa vigorem  
verò ex malitia morbi, circa declinationem autem  
ex permutatione omnium in melius, qui & citius  
separantur. Natura enim ipsos reliquorum recre-  
mentorum instar foras propellit: censentur autem  
peiores ex ipsis, maiores minoribus, paucis mul-  
ti & albi rubri: viuentes etiam mortui dete-  
riores: iis autem vltimis verbis Aetij Rasæ ac  
Auienna oppositi sunt quum dicant, Viuentibus  
mortuos deteriores esse credimus tamen nos, vt  
Manardus sentit, Epistola prima libri sui quar-  
ti, & Gabucinus Fanensis firmat, libello suo de  
Lumbricis, quod ex mortui sumitur iudicium fir-  
mius semper est, vt quos necesse sit expellit, nec  
sua sponte exire: cum hoc tamen Hippoc. imi-  
tamur, vt supra adnotauimus, quod bonum est  
lumbricos alui excrementis commisceri, dum mor-  
bus indicatur: si tamen alio tempore emittan-  
tur, considerandum, an cum symptomatibus,  
vel absque illis. Si enim citra symptomata egre-  
diuntur, bonum portendunt, si verò cum illis, ma-  
lum, vel absolute, vt Paulus & Aetius volunt,  
ad

ad Hippocr. mentem dicere possumus, si alio deiciantur tempore ab statu symptomatis potius fueratione, quam vinatura: prima tamen consideratio mihi magis placet. Neotericis tamen in addunt, si incipientibus acutis morbis lumbrici teretes viuis deiciuntur, pestilentes morbos indicant, in declinatione verò mortui malum, medio quoque tempore, si quoquo modo apparuerint, malum quoque portendunt, ob id forte quia febrilis calor sua acutie lumbricorum absomit materiam.

*Curatio quinquagesima septima de muliere pragnante, causone correpta.*

**M**ulier in angiportu ad mare habitans, nata annos octodecim, vterum ferebat, quæ quum prægnans 6. mensium esset in Autumno causone corripit, & illo quidem sæuissimo: nam symptomata hæc erant, vigilia, inquietudo, sitis continua, linguæ nigredo, tussis arida, mentis inconstantia, capitis grauis dolor, pulsus paruus & velocis. vrina turbida & crassa. Hæc enim omnia pati inueni, quum primum illam viderem, tribus elapsis à morbi initio diebus. Primo igitur ordine victus instituto, ptisana, scilicet, malo granato, crastis saccharo rosis, & aliis huius naturæ rebus; aquam hordeaceam pro potu parare fecimus, cuius uncias quinque, altera iulep

iulep violacei adiuncta, syrupi vice manè ieiuno stomacho ebibit, secta prius cephalica brachij dextri, ex qua sanguinis vnc. j. extractæ fuere: quarum primæ tres omnino corruptione erant affectæ, reliquæ verò duæ in altera pellicula collectæ, non ita corruptæ apparebant, à qua sanguinis extractione, capitis dolor diminutus, & subleuatus ferè fuit, adeò vt postea per vniuersum morbi cursum non ita eo vexari dixerit, nocte verò sequenti clysterem istum quo aluus fluida fieret, & febrilis calor infringeretur, iniiciendum mandauimus, qui habet, Recipe Aquæ hordacæ vnc. xv. olei violacei vnc. iij. vitelli oui num. j. sacchari drach. j. misce. fiat clyster, quo bis in nocte egressis: sequenti verò quinto die, grauisimè tulit, proinde iecoraria eiusdem dextri brachij secta fuit, sanguisque ad vnc. sex extractus. Cæteris tandem rebus in ordinem dispositis, ac epithemate refrigerante cordi applicito, veluti temporibus & totius pectoris regioni, in quo ingentis caliditatis fornax viger, septimo die malè habuit, sed nono iterum basilica in sinistri brachij flexura secta fuit, & sanguis in bona copia extractus, cuius primæ tres unc. iæ non adeò corruptione affectæ erant: tres verò vltimæ tanquam atramentum appare

parebant: tūc aliquantulum melius habuit: sed vesperi omnia grauiora sunt facta: decimo verò ieiuno stomacho, pharmacum hoc propinauimus, R. Mannæ soluentis bonæ insuper lapides cadentis ꝑnc. ij. rheubar. boni scrup. iij. in iure capi misce. & fiat potus vnus, quo multa excreuit, & melius habere visa est: tunc verò ex interancis siue pulpamentis pulli cocti, adiectis rotulis manus Christi, contusum pistum dictum, concessimus: vndecimo præcedente clysteri cõmuni, quum siti ingenti cruciaretur, aquam in quantitate liberaliter concessimus, & melius habere visa est: duodecimo multa euomit, post quæ sternutauit, & bene tulit: sed decimoquarto iterato citato pharmaco optimè egressit, nec enim veriti sumus, in diebus decretoriis, præcipuè quartodecimo pharmacum dare, & euacuationes moliti modò necessitas vrgeat, vt ab Hippocrate & Galeno edocti sumus: multa tamen fateor animaduersione, pro simili exequenda operatione, medicus opus habet: tunc verò feбри omnino vigente Syrupum descripsi sequentem, R. Syrupi rosati, violacei, cichoreæ añ. ꝑnc. semis, aquarum lactucæ, cichoreæ, endiuix, añ. ꝑnc. j. misce. At septimodecimo die, per vniuersum diē somno oppressam cum prædicta feбри eam comperi:

peri: sed pulsus omnino debilem & tremulum habebat, octauodecimo surdastra facta est, decimonono, venam inter annularem & minimum digitum iacentem secare feci, tresque sanguinis ꝑncias demere. Nam vt suadet Galenus. 9. & 12. lib. Methodi medendi, vbi humorum ingens corruptio cum virium prostratione est, per epicrasim, patiens tractandus est. Dicitur autem curare per epicrasim, quum paulatim aliquid vitiosi humoris euacuatur, eius loco paulatim quoque aliquid salubre & boni succi reponitur, vesperi tandem pulsus caprizantem habere comperi: sed vigesimo ad melius reddita est, & lotium crassius apparere cepit, & vltimo, vigesimo septimo die à die morbi computando ex toto sana facta est: & postea puellam peperit.

## S C H O L I A.

*Periculosa admodum in prægnantibus utraque euacuatio est, tam que per venæ sectionē fit, quam que per pharmacum adhibetur, que tamē sanguinis missione per venæ sectionem fit euacuatio, minus periculosa est, quam que per pharmacum perficitur, vt testatur Gal. lib. 2. de Ratione vict. in morbu acut. & lib. de Curandi ratione per sanguinis miss. modo tamen euacuandi modum animaduertamus: quia sanguinis facillima fit extractio, & nulla aut parua in corpore fit commotio: si que*  
tamen

tamen superuenit (fluente sanguine) illico cohiberi potest, ac veluti manu teneri, quæ in purgatione fieri non possunt. Caterum, si rem quæ extrahitur ac à corpore deponitur respexerimus, proculdubio sanguinis extractio periculosior est, quum sanguis animæ sedes & pedissequa, tanquam à natura thesaurus reconditus sit, qua de re Galenus libro de Sanitate tuenda quarto, ubi vires plus iusto imbecilliores sint, sanguinis missionem prorsus fugiendam præcipit, & aluum mediocri medicamento deiciendam mandat: primis tamen mensibus impregnationis securius sanguinis extractio, quam quouis alio tempore fieri potest: quia fœtus parvus quum sit, paucum indiget sanguine ad sui nutrimentum, quod Hippocrates libro 5. Aphor. Aphorismo 31. ad istum modum dixit, Mulier utero gerens, sanguine misso ex vena abortit, & magis si fœtus sit maior. Quæ verba enarrant Galenus ibidem ita nobiscum tradit: non absque ratione autem & maior fœtus magis destruitur, misso sanguine ex vena mulieris: quia plurimum indiget alimento. Nam in prægnatione dum natura fœtum efformans, augensque optimum sanguinem trahit, vitiosissimus in venis relinquitur, qui post partum segregatur, quemadmodum in singulis mensibus inutilis & superuacuus, non quantitate modo, verum qualitatis etiam ratione, qui sæpius naturali nigrior est. quam sententiam clarissime nobis scriptam reliquit, lib. 1. de Symptomatum

tum causis, ita ad verbum inquires. Primis duobus mensibus fœtus paucum ad se sanguinem attrahit, eo quod parum adhuc auctus sit: adeo ut se fœtus quidem nominari tum debeat, sed cyema potius id est, conceptus. Vbi verò iam increvit, tum plurimum indiget alimento, atque tum non id quod optimum est è venis, ut antea dicebam allicit, verum etiam quia maiorem alimenti copiam requirit, aliquid vitiosi attrahit: ita fit, ut vniuersum corpus & plethoricon (id est, plenum) esse desinat, & minori humorum vitio crucietur. At fœtus ipse excrementa quæ ab attracto redundant alimento ad duas reponit membranas: quo fit, ut ipse quoque & maiori humorum vitio, & maiori intemperie infestetur, quandoquidem à vitioso sanguine alimentum sumit, nisi grauida mulier residuo, quo uterum gerit tempore, optimis utatur cibis. Ex ijs igitur Galen. verbis luce clarissis claret, fœtum primis mensibus, paucum & optimum allicere sanguinem, quod Avinzoar libro sui Theisir contendit: sequenti verò tempore non solum bonum, sed etiam pessimum attrahere, quare omnibus notum esse crederem phlebotomiam prægnantibus minus obnoxiam & periculosam primis mensibus esse, quam medijs, aut ultimis, in omne tamen puerperij tempore, ut dixi, sanguinis extractio minus periculosa est euacuatio, quam quæ per pharmacum adhibetur. Nec Petro Sponens. Conciliatori dicto oppositum firmanti, Dissi-

rentia 166. fides vlla est tribuenda, quum omnino sanguinis euacuatio, ea que fit per pharmaciam, minus periculosa sit, vt supra abunde scriptum reliquimus.

*Curatio LVIII. de dolore intestinorum à causa calida eueniente.*

**F**ilius Falconis, vnum supra viginti natum annum, à catapotiiis deglutitis multum egressit: sequenti verò die ita dolore intestinorum cruciabatur, vt ea terebello perforari exclamaret: cui occurrens, videns intestina supra modum excofacta, ac ferè initio excoiationis esse, multam gelidam in potu illi concessi, à cuius potu ita celerrimè dolor euanuit, vt se sanum alta voce clamaret, vtcunque tamen dolor interpolatim superueniebat: pro cuius omnimoda propulsatione pannum lineum frigida aqua immersum, ac manu pressum vmbilico admouere iussi, non minúsque in vinctu diapapauer in rotulis paratum acciperet, ac desuper aquam endiuixæ biberet, suasi, quibus paucis sanus intra triduum factus est, non sine multorum admiratione, & Artis medicæ decore.

*Curatio LIX. de pleuritis.*

**A**ngelus Ferretus nobilis Anconitanus, & ordinis sancti Dominici Monachus

nachus venerabilis, temperatura biliosus ad atram declinans, vigente hyeme pleuritide correptus fuit: ætatis suæ anno quinto supra quinquagesimum. Aderat enim dolor pungitiuus circa costas mendosas dextras, febris continua, tussis squalida ac anhelitus difficultas, quæ omnia animaduertens præmissis clysteri basilicam eiusdem dolentis lateris secare feci, sanguinemque extrahere ad uncias octo. Erat enim sanguis omnino corruptus, & intensè putrefactus, à qua sanguinis missione, syrupum istum ebibit, qui habet. R. syrupi de endiuia simpl. vnc. sem. violarum vnc. i. aquarum endiuixæ, violarum, añ. vnc. 2. misce. At vt interpolatim cochleari deglutiret, ita quoque parauimus, R. syrupi violacei. vnc. 4. vel si magis placeret, eius loco penidiarum aliquid acciperet. Porro quantum ad victum & potum attinet, primò hordeaceam aquam parare fecimus, quam vel simplicem, modò tepidam, vel iulepo violacco admixtam bibebat: sed in victu pisanam colatam, vel butyro paratam panatellans accipiebat: sed quantum ad topica, localia dicta medicamenta attinet, primo fomentum hoc applicitum fuit, quod habet, Recipe rosarum, viol. maluarum, farfaræ, maluausci, parietariæ, chamæneli, fœni Græci,

seminis lini, an. m. i. in libris quindecim a-  
 qua fiat decoctio sufficiens, cui adde olei  
 rosacei, chamemelini, an. vnc. 4. misce, & in  
 filtro vt decet admoueat, ac postea un-  
 guento pectorali locus inungatur. Secun-  
 do verò die excreare sputum viscosum pal-  
 lidum ac flavū cœpit, tunc verò hoc descri-  
 psimus elambetinum, R. Loch, de farfara,  
 de altæ, an. vnc. 2. syr. violacei parū, misce.  
 Tertio verò die, iterum venam aperire de-  
 creueramus, quum de dolore æger maxi-  
 mē querebatur, & febris illum intensius af-  
 fligebat, sed quum omnino renuit, ea de  
 causa quarta die pharvacū propinauimus,  
 nec est quòd quis de hac re miretur, vt infe-  
 rius patebit. dedimus igitur pharvacū hoc  
 R. Pulvæ cassiæ nouiter extractæ vnc. i. sem.  
 electuarij lenitiui, vnc. sem. in decoctione  
 pectorali fiat potus vnus. & detur in auro-  
 ra, quo quater non nisi biliosissima egressit:  
 deinceps verò facilius & copiosius expu-  
 re cœpit, viscida tamen: qua de causa syru-  
 pum sic parare fecimus: R. Syrupi de liqui-  
 ritia vnc. i. oxymelitis, vnc. sem. aquarū far-  
 faræ, violarum, capillorum Veneris, an. vnc.  
 i. misce. pro potu verò aquam mellis tunc  
 parare fecimus, quibus omnibus dictis, re-  
 ctè vt decebat, dispositis, æger à dolore  
 illo pūgitiuo liber factus est: sed sexto die,

de

de lateris sinistri dolore queri cœpit, quem  
 facculo & fursuribus calidis apparato, & lo-  
 co dolenti admoto sedauimus. Cæterum  
 multa ad duodecimum vsque diem æger  
 expuit, sed teriodecimo hoc illi concessi-  
 mus pharvacū, quod habet R. hordei, far-  
 faræ, capillorum Veneris, matti. viol. an. m.  
 i. liquiritiæ, sem. sebesten, iuiubarum, an.  
 num. x. in aqua fiat decoctio secundū artē,  
 quousq; maneat libra vna, tūc R. prædictæ  
 decoctionis libram mediam, pulpæ cassiæ  
 nouiter extractæ, vnc. i. & sem. electuarij de  
 sebesten. drac. 6. misce: fiat potus, quo mul-  
 ta egressit, & sanus ac liber à morbo fact' est.

## S. C H O L I A.

Circa curationem istam, multa & varia oc-  
 currunt dubia: primū quòd fomenta & inunctio-  
 nes post sanguinis extractionem non conuenire vi-  
 deantur: quia Hipp. lib. 2. de Ratione victus in  
 morbis acutis, ipsis nunquam nisi in morbi initio  
 vsus fuit, post verò sanguinis extractionem illorū  
 admotionem vetat, vel saltem ea subicit: quia do-  
 lorem primò sanare, vel mitigare fomentis calidū  
 conatur, quæ cuti in ipsam ad perspirationes vario-  
 rem efficiunt, phlegmonesque sanguinem tenuant  
 atq; per halitum digerūt: si intentum tamen ipsis  
 non cōsequitur, sed magis dolorem intēdi videtur,  
 tunc à fomentis desistendum suadet, ob incommo-  
 da quæ tex. 9. citat, & ad corporis euacuationem



concurrit. proinde totum post sanguinis extractionem admodum non esse dicendum est, cui dubio nos respondentes dicimus, Si quis Hippo. & Galeni mentes penitus animaduernerit, quia post sanguinis missionem fomenta non retant præcipue ex rebus anodynis temperatis confectæ, veluti sunt hæc quibus nos vsi sumus: immo Galen. in vniuersa eius doctrina tradit, securius vsus fomentis post euacuationes vniuersales vii nos posse, quam ante eas adhibitas, modo fomentorum differentiam ante oculos habeamus, de quibus Gal. citato libro secundo de Ratione victus in morbis acutis, enarratione secunda abundè disseruit, in qua Galen. ipse nostram firmare sententiam videtur, quum dicat, dictum quæque & de ijs est doctoribus, qui à fetu nullo pacto, nisi prius vacuato vniuerso corpore inuuantur, & c. si tamen tergiuersator adhuc instet, vnguentorum saltem illuminationes non conuenire videri, quia cutis poros obstruunt. Respondeo quòd in inflammatione est tensio: pro qua curanda laxitas conuenit, quia contraria contrariorum sunt remedia, quæ vsus anodynis medicamenti conficitur, nec est quod qui in hac re deinceps dabitur, anceps ve sit. Secundo dubitatur quomodo pharmacum in pleuritide concessimus. Tertio, etsi concessimus cur in quarto die quia decretorius est. Quibus per ordinem respondentes dicimus, quod Hipp. lib. de Ratione victus in morbis acutis iubet, si pleuritis ascen-

derit ad fureulas, fiat sanguinis extractio. Si verò ad hypochondria descenderit, tunc propinetur pharmacum, sed dices tu, Gal. inibi tacite Hipp. reprehendit, quia inquit, securius esse in omni pleuritide, siue ascendat partes superiores, siue occupet partes inferiores, venam secare quam pharmacum exhibere, nos ita esse firmamus quòd Gal. tacite Hipp. taxat, sed non negat Gal. post vnicam copiosam sanguinis extractionem pharmaci exhibitionem, præcipue vbi materia est multa biliosa, & signa coctionis apparere incipiebant: & eo magis quia eger alteram sanguinis missionem formidabat, huius vice pharmacum hoc dare contra rationem non erat. Ad tertium, quum iam pharmacum dabamus, quare in quarto dedimus quum quartus decretorius dies est. Respondemus, quòd quartus dies in biliosis morbis decretorius non est: immò rarissimè in eo morbi terminantur biliosi, adeo vt dixerit Galenus libro tertio de Crisi, semel tantum in vita sua crissim viderit: & Archigenes bis: quibus verbis subscripsit postea Auicenna, Fea secunda quarti, quæ omnino intelligenda sunt, vt diximus in morbis biliosis, secus autem in sanguineis, quia synochi vt testatur Galenus plerumque in quarto terminantur. Rationem verò reddere, etsi huius instituti non sit, quum in frontispicio huius operis abundè eam reddidimus, per transennam tamen eam citare

minimè grauabor. biliosi enim morbi plerūque in eisdē diebus suis consiciunt crises, quibus proprias accessiones habent, vt tradit Hippocrates libro de Indicationibus, & quarto libro de morbis, & Galenus saepe confirmat: qua de causa diebus imparibus morbi y biliosi suas habēt crises, vt tertio, vel quinto, rarissimè verò in quarto. At sanguinei morbi ad quartum accedentes, sanguinis adhuc naturam retinent, quod si eum transcendere contigerit, iam tunc ferè biliosi sunt facti, & aliam sortiuntur naturam, quanquam ad septimum vsque plerunque febres sanguinea suam seruare solent naturam. Quibus addimus, quod Hippoc. lib. 4. de Ratio. victus in morbis acutis, textu 76, pleuritide affectis pharmacum 4. die ministrat, cui Gal. ibidem in enarratione astipulatur, dicens, quarto verò die medicadum indistinctè pronunciauit. Neque enim inter morbi initia aliquod remediorum huiusmodi aegro iniungere oportet, de sumpto à numero dierum scopo: sed quod Hippoc. recensuit est exequendum. Nam vel statim ab initio prius, quam in partem aliquam confirmantur humores, medicandum, vel postea quum ad maturitatem perducti fuerint: quam ob causam & prima interdum die, & secunda, & quarta, & interdum quinta, medicamenta dedimus, & non in quarta solum, quomodo is dixit. Quartum dubium occurrit, cur in pleuritide fortiter infestante, dolor aliquādo ex toto delitescere videatur: post-

ea verò denuo redit, quum tamen inflammatio adsit. Respondeo, quod membrum dupliciter stupescit, aut nimia frigiditate, aut nimia caliditate & fortissimo dolore, & quod in pleuritide fortiter affligente, membrum laesum, siue particula illa affecta, ob magnum dolorem quem magna caliditas & ingens spirituum resolutio consequitur, stupore affici solet, vnde dolorem non percipit: sed postea in melius redacta dolorem sentit: missas hinc facio alias ratios à mètis egrotatione desumptas, veluti à stultosa materia, quas vnusquisque in promptu habet, praedicta à nobis contentus.

### Curatio IX. de duplici tertiana.

**M**Ater sacerdotis, vigente Autumno, duplici laborabat tertiana, ad quam accedens, pharmacum illico propino hoc, R. Syrupi rosati solutui vnc. 3. decoctionis fenę vnc. 4. misce: quo optimè egressit: postea verò decoctum hoc ebibit, quod habet, Radicum fœniculi, petroselini, apij, asparagi, ruscii, an. vnc. i. herbæ agrimonix, quæ verum eupatorium apud Dioscoridem est, lichenis, id est, iccorariæ, an. manip. vnum, folliculorum & foliorum fenę, polypodij quercini recentis & confusi an. vnciam vnam, passularum ex Corintho vncias tres feminis fœminiculi drachmam

vnam : in libris octo aquæ fiat decoctio, quousq; maneat libræ quinque, facta decoctione & colatura, adde syrupi de lupulis Byzantini an. vncias tres, mellis rosati colati vnc. 4. misce, de quo quolibet mane ieiuno stomacho vncias tres bibebat. At interea dum decoctum hoc bibebat, papulæ quædam parvæ, rubræ pulicum puncturis similes per vniuersum corpus erupere, qua de causa à sanguinis extractione, per venæ sectionem, quam moliri intendebamus abstinuimus: postea verò interpositis nonnullis diebus, pharmacum hoc illi dedimus, R. Syrupi rosati solutiu vnc. 3. 2. garici nouiter in pasta parati drac. i. diacatholiconis vnc. sem. decoctionis seneg vnc. 4. misce. fiat potus vnus & calidus in aurora propinetur, & desup per horâ dormiat. Is enim bene se habuit, & sanitati fuit restituta: sed paucis interpositis dieb<sup>9</sup> recidiuauit, cui cõcessis pilulis de tribus cû rhabarbaro ac aggregatiuis, sana facta est: stomacho uero debiliori facto, stomachicum Galeni ad scuti formâ in pâno cocco, id est, grano infecto, redactû admodum, fuerunt autem omnes huius morbi dies viginouem.

## SCHOLIA.

Non mirabitur hic optimus medicus, si in eodem morbo, hoc est duplici tertiana, variet curatio, præferat

præsertim si nouerit ille, omnes morbos intra suum genus gradus habere. Nam & duplex reperitur tertiana pura, quæ breui terminatur: alia verò huic propinqua, quæ non ita facile absoluitur: alia verò diuturna, per sex & amplius durans menses: quanto enim ad pituitosam magis accedit, tanto magis f.bris longa est: quanto verò magis ad biliosam, eò breuior: proinde prudens medicus hac ac instatera & lance æquè librans, medicamenta variat, ægotantis naturam, regionem, etatem, tempus, ac hys similia considerans: non ut imperiti faciunt, qui omnibus vnico medicantur pharmaco, ac si omnes vno calopodio sint calcians.

Curatio sexagesimæ primæ de emphyemate, & quòd in suppuratis inter secundam & tertiam costam secari, aut vri debeat.

Mulier nobilis emphyemate, hoc est purulenta screeatione laborabat, quæ aliud nõ est, quàm pus in media thoracis, & pulmonis regione à multis causis eueniẽs, contentû. Hęc quũ viribus cõstaret, ac consultum esset inter medicos pro eius salute, de sectione inter costas agẽda. quidam sectionem inter quintã & sextam costã agendam contendebant: alij verò inter quartam & quintam: ego verò inter secundam & tertiam, aut ad summũ inter tertiam, & quartam costam

costam, apertionem faciendam esse dixi, nõ  
 tantum Hippocratis sultus auctoritate, quã-  
 tum experientia ipsa anatomica, quæ me  
 ad rem ipsam conficiendam conuocabat. in  
 primis igitur Hipp. in vniuersa eius doctri-  
 na tria pro curandis purulentis, siue suppu-  
 ratis, maximè desiderat: primùm si quidem  
 à pharmacis & alia victus ratione æger vili-  
 tatem non percipiat, ad sectionem vel v-  
 sionem condescendamus: sed præcipuè ad  
 vsionem, vt Galenus quoque adnotasse vi-  
 detur lib. 6. Aphorif. enarratione. 27. Aphor.  
 quum dicat, Suppuratos præcipuè consue-  
 uit nominare, qui pus habent in spatio in-  
 ter thoracem atq; pulmonè, quos quomo-  
 do vrere oporteat dicit in libro de Passioni-  
 bus, & subdit: Vstione igitur indigent, qui  
 plurimum habent pus, adeò vt desperet per  
 spuitiones posse expurgari: hos verò ipsos  
 & difficultas anhelitus. maximè infestat ex  
 loci angustia, quæ etiam nos cogit, vt eos  
 vramus, &c. Iubet igitur Hipp. vt Galenus  
 tradit, quòd suppurati vrendi sunt: hydropi-  
 ci verò potius secandi: id quod Hippocra-  
 tes ipse se ipsum exponens, lib. 6. de Morbis  
 populariter vagantibus, sectione septima  
 his. verbis dixit, Hydropicos citius secare  
 oportet, tabescentes statim vrere, caput se-  
 care, & huiusmodi. nec enim me latef Hip-  
 pocra

pocratem purulentos aliquando secuisse, vt  
 paulò inferius indicabimus è libro secun-  
 do de morbis, quod factum iri credendum  
 est: quia ægrotantes ignis vsionem formi-  
 dant, & sectionem facilius admittunt: in  
 hac ceterum re Galenum legito libro 7. A-  
 phorismorum, Aphor. 45. vbi antiquos sup-  
 puratos vrere meminit, & Corn. Celsum lib.  
 3. cap. 22. Secundum verò ab Hippocrate in  
 hoc morbo desideratum est, quod vsio vel  
 sectio, si possibile est, in latere fiat sinistro.  
 ita enim ille lib. 2. de Morbis, vbi de suppu-  
 ratis ex peripneumonia agit, in hunc mo-  
 dum tradit, Quum tempus longius, protra-  
 hitur, & febris vehemens, ac tussis corripit,  
 & latus dolet, & ad sanam partem decum-  
 bere non potest: sed ad dolentem, & pedes,  
 & oculorum cauitates intumescunt, hunc  
 vbi decimus quintus ab eruptione dies ad-  
 est, multa calida lotum in sella firma collo-  
 cato, & alius quidem manus ipsius teneat:  
 tu verò humerum concurito, vt audias in-  
 vtrum latus affectio strepitum edat: optan-  
 dum autem esset in sinistram. Hunc igitur  
 locum feces, minus enim lethalis est. & sub-  
 dit, Secato autem inter costas per noua eu-  
 lam, primùm cutè: deinde scalpello acuto,  
 quod panniculo sit obligatù, ita vt summa  
 ipsius pars, ad vnguis magni digiti mensu-

ram expedita restet, quam intromittas, & cætera. Iis simillima sunt, quæ idem Hippocrates libro tertio de Morbis posteritai scripta reliquit, quum eiusdem morbi curationem persequitur, & ita habent, Si verò non spuatur, sed sui significationem ad latera præbeat, secato, aut vrito. At si neque spuatur, neq; ad latera de se significatione præbeat, vbi multa calida ieiunii lauasti, & neq; potu vsu in firma sella locasti, alter ex humeris ipsum apprehendat: tu verò cõcute ipsum, aure ad latera admota, quò percipias ex vtrâne parte significationem sui præbeat: optandum autem esset ex sinistra, nam dextras vrere, aut secare lethalius est. quãto enim robustiores sunt dextræ partes, tanto etiam fortiores morbi in ipsis fiunt. Quòd si præ crassitudine humor non fluat, neq; strepitus sit in pectore, verum spiritum frequentem trahat, & pedes intumescant, & tussicula aliqua adsit, ne te decipiãt hæc, sed thoracem purè plenum esse probè noris: proinde in terra ereticiade liquida, & valde trita & tepida, linteum tenue tingito, eoque thoracem circumcirca integito, & qua parte primùm resiccatum fuerit, ea secato, aut vrito, quã proxime ad septum transuersum, cauendo tamen ne hoc ipsum lædas. Hæc tenus Hippocrates, qui vt ex di-

ctis

ctis apparet, sinistras partes vrendas vel secandas esse maximè desiderat. Tertium verò ab Hippocrate in hoc morbo optatũ est, quòd sectio siue punctura, quã proxime ad septum transuersum fiat, ne tamen ipsum lædamus cauendo, vt ex autoritate supra nobis adductã clarum est: sed intra quam costam sectio, vel vltio fienda est, hucusque siluit: libro tamen de Internis affectionibus palàm aperuit, vbi de aqua inter cutem & suppuratione sermonẽ habet. ita enim ille postquam morbum recensuit, inquit, Costam tertiam ab vltima vsque ad os secato: deinde cum terebra caua vltra perforato: & vbi perforata fuerit, aquæ parum emittito, & cætera. tertiam igitur costam Hippocrates secare iubet, à nothis cõputando: sed an tertiam versus quartam, vel potius versus secundam in dubium quandoque traxi: quia Hippocrates ipse iubet puncturam, vel sectionem fiendam, quã proxime ad septum transuersum, modò tamen caueamus, ne ipsum lædamus: vt certior tamen de hac re tandem fierem, quum semel Ferrariæ frater quidã Andreæ Vesalij anatomici insignis, coram me diligentiissimè corpus humanum dissecasset, arrepto cultro, quo probus ille iuuenis secabat, rem expectari volens in latere sinistro intra secundam & ter

& tertiam costam, puncturam feci, ac cultro ipso intromisso, nihil obnoxij ex eo septum transuersum trahere posse deprehendi: nascitur autem septum transuersum prope primam costam medosam, & ita ab interstitio secundæ & tertiæ costæ distat, vt probè & securissimè sectio inibi fieri possit: eo tamen hucusque medicorum mania peruenit, vt non intra secundam & tertiam secent: sed potius inter quartam & quintam, aut, si diis placet, intra quintam & sextam, non sine tamen ægrotantium iactura, quum pus quod veluti in sacco continetur, facillimè extrahere poterant, non nisi eleuatis cruribus, & prono capite deponere possunt, vnde multa mala inde sequi notius est, quàm à me dici possit. Quum igitur hæc ita esse nouimus, ac pro salute huius mulieris in cõsortio doctorum hominum essemus, consultum fuit, vt inter tertiam & quartam costam sectio fieret, à qua mulier bene habuit, & sanitata fuit restituta.

*Curatio sexagesima secunda de quodam qui serpentem interfecit, & illico ægrotauit, ac intra paucos dies vitæ cum morte commutauit.*

**V**Ir Anconitanus robustus, & fortis, quum vineam putaret, serpentem offendit,

fendit, non nisi immensæ longitudinis atq; crassitudinis, quem quum interficere attentaret, serpens illum inuadere conabatur: at ille lignis, tum lapidibus, ac gladio munitus eum interfecit, à quo interfecto, illico de captis dolore quæri cœpit, febricitauit: deum in dies omnia grauiora facta sunt, & die vndecimo obiit.

SCHOLIA.

*Crederè par est, huic ferè tabificam vim inesse, qua ex interuallo infectus hic vir fuit, ac consequenter mors illum consecuta. viderunt quoque alios fide digni viri, qui quum serpentes interfecerunt prope obitum peruenerunt, ac antidotis adiuti euaserunt, non sine tamen chronico & graui morbo totum corpus occupante: sed præcipuè brachium illius manus, qua interempta fera fuere.*

*Curatio 63. de nephritide, & articulari morbo terebinthina curatis.*

**Q**uidam monachus temperatura pituitosus, articulari morbo simul & nephritide corripì solebat: qui quum nullo remediorum genere ex multis tentatis, bene valeret, tandem meis monitis assiduo terebinthinæ esu intra sex menses liber à dictis morbis fuit. erat autem terebinthina nucis magnitudine, quam singulis diebus ieiuno stomacho saccharo admixtam deglutiebat.

## S C H O L I A .

*Terebinthina antiquitas pro alia subducenda tantum utebatur: Neoterici vero pro renibus expurgandis, ac alijs varijs intentionibus completis, eam in usum traxerunt, vt commentarijs nostris ad Dioscoridem, abunde diximus. Nec enim discrimen vllum inter vulgarem terebinthinam, modo bona & pura sit, & eam qua à terebintho, arbore desumitur, & difficulter habetur facio, quò utrique communes vel pares habeant possessiones.*

*Curatio sexagesima quarta de quibusdam sublimato infectis, & sanitati restitutis.*

**A** Rubas vir quinq; supra triginta natus annos, temperatura biliosus, famulam tredecim vel quatuordecim annorù, vt accidere solet, percussit, quæira percita hincinde vindictam quærens, in mentem reuocat eius dominam sublimatum cum argento viuo pro succandis genis coxisse, ac in mortario sub lecto reposuisse, ad quod accedens eius portiunculam semidrachmæ pondere accepit, quam duobus pullis prandio destitutis altero assio, altero verò aqua cocto, clam indidit, ex quibus quum herus ac vxor vterum gerès, filij & serui simul & catus quidam comederent, omnes in vomitù & symptomata grauissima inciderunt, quibus per

totum

totum illù diem, ac sequentem noctē miserè laborârunt: sed grauius herus, quia fortè plus pullorù esitauerat, accersitis igitur duobus medicis, quibus causâ vnde morbus & grauia illa symptomata euenerant, ignota erat: parum alioquin animaduertentes omnes domi similibus affectionibus laborare, vel potius eos omnes lue pestifera esse infectos putantes, quia eo tempore variis in locis Italiæ pestis scintillabat. Horum grauius affictum, & acutissima febre detentum quò cerneret illi, sanguinè ex brachij flexura per venæ sectionem miserunt: postquam (vt consequens erat) peius habuit, & symptomata omnia grauiora sunt facta. Superuocatus igitur ipse & causam vnde morbus euenire poterat inquirès, omnes eodè modo domi, qui ex pullis illis comederat infectos esse còperio: sed causam vnde morbus originè traxerat, ignorare fatetur: nam puella ieiunasse eo die simulauit. videns igitur omnes angi, ac in vomitum pronos, causam vnicam, ac communem omnibus esse dixit, eamq; venenù fuisse, certus eram. proinde nulla data mora, ad euomentia medicamentâ còfugimus: inter quæ numerare est lapidem betzarticum ex caprè cuiusdam Indiæ ventriculo extractum, de quo in Commentarijs nostris ad Dioscoridem multa

dixi, ramentum vnicornis, oleum commune: sed precipuum vomitorium, & quod inter cætera palmam obtinuit, vt experientia tunc deprehendi, aqua naphæ, id est, floris arantij fuit: cuius singulis singulas libras tepidas bibendas propinauimus, à cuius potu omnes multa euomere, & melius habere visi sunt. At postquam satis euomuisse mihi visi sunt, ad antidotum ex viperis confectum (theriacam appellamus) deuenimus: veluti ad cõditum ex acetositate citri, sinaragdum, scordium, dictamnium Cretensem, terram sigillatam, bolum armenum orientalem, quem antiquitas (vt diximus) terram Lemniam appellabat, & alia huiuscemodi: præparauimus autem nos conditum hoc, R. Conseruæ de acetositate citri vnc. 4 sinaragdorū scrup. 2. scordij vnc. sem. terræ Lemniæ drach. tres misce, & cum syrupo de acetositate citri, fiat conditum, & folio auri inaretur: non minus olei ex vitreolo guttas sex in vncijs decem aquæ acetosæ infusæ bibendum dedimus, quibus melius habere visi sunt. Conciliator verò in hoc casu hoc tandem desiderat remedium, quod habet, butyri eliquati cum decocto seminis rapæ, & bibendum dato, ac sæpe iterato, & vomitum sæpe euocato. nihilenim, vt paucis dicam, Conciliator Petrus Aponen

Aponensis dictus, in hoc morbo desiderat: quàm repetitum vomitum. Vt receptui igitur canamus, iis prædictis remedijs & iusculis pinguibus nonnullis adhibitis clysteribus, veluti cordi admotis epithematibus, sanitati intra triduum fuere restituti, & casus ex toto patefactus.

## S C H O L I A.

*Periculosum admodum est in hoc casu sanguinem per venæ sectionem demere, veluti somnum admittere, quia venenum intra venas reuocatur, & cor petit, ac si periculum de mortis facili euentu minatur. Sed quòd digni reprehensione medici ij sunt, qui sanguinem eo dicto modo per venæ sectionem extraxerunt, vel ex hoc clare patet, quia si non nouerant morbum, vt fassi sunt, eum Auicenna auctoritate mouere non debuerat: item quia nauseabundus prateritam nocte totam eger trāsigerat, & in hoc vomitu adhuc perseverabat, casus ob quem Galenus sanguinem missionem vetat, vt apud ipsum est legere libro de Sanguinis missione per venæ sectionem, cui quoque Auicenna, vt solet, assentitur, capite de phlebotomia.*

*Curatio sexagesima quinta de quodã patiente dolores ventriculi & imi vètris à bile prasina genitos, similitque de bile prasina multa.*



**G**eorgius à Ioanne magno Racufinus, Eques Lauretanus, vir pulcherrimus, & quem populus gloriosum equitem appellare solet, grauissimos dolores oris ventriculi & interdum imi ventris, quem Græci *ἔσθρον* & *ὑπὸ γάστρον* appellant, non nisi à bile prasina ortos incurrebat. Ad eò enim prasina bilis hæc, porri virorem referebat, vt viridis æris aqua dilutum quis diceret, non verò bile: nō febricabat hic, sed maxime angustiabatur, tamen si bilem istam sæpe in die vomebat. Nam quæ ad imum ventrem descendebat, & dolorem efficiebat, non nisi enemate euacuabatur: sua enim sponte non egerbat, nec atuo secedebat. Morbum igitur quindecim iam dierum animaduertens, ac humorem eum efficientem venenum dici posse, & eum quidem calidissimum, illico nulla data mora, eum cum vomitu tum secessu deponere tentauimus. Nam humorem hanc à caliditate in iecore superexcedente ortum esse certum est: quum is temperatura sanguineus sit, ad vstionem declinans, ætatis trigintaquinque annorum, Veneri maxime deditus, quum igitur humor hic cōcoctionem non recipiat: sed tanquam venenum sit, per vomitum eum deponere cœpimus, qui facile urebat, quum per eandem viam natura

cum

eum mittere tentabat: non minus quàm duobus interpositis diebus, per inferiora eum quoque pharmaco hoc euacuauimus, quod habet, R. Sacchari rosati vnc. iij. diacatholiconis drac. iij. decoctionis florum & fructuum cordialium cum folliculis senæ, & paucis thamarindis paratæ drach. iij. misce, fiat potus: & ieiuno stomacho bibat, cum quo multum huius deposuit bilis. At licet humor hic præparationem vllam ad sui expulsionem non requirat, nihilominus tamen vt facilius è pharmaco vel ipsa natura denudi possit meatus referare opus erat: quam intentionem simul cum hac alia dicenda, scilicet ne iecur & interna membra male affecta, de nouo alium gignerent humorem, hoc decocto complebamus: R. Radicum endiuix, cichoreæ, buglossæ añ. manip. j. & sem. hordei passularum enucleatarum, añ. pug. j. foliorum & folliculorum senæ vnc. j. ablinthij. manip. j. in libris sex aquæ fiat decoctio quousque maueant libræ quatuor. Item, Recipe Prædicti decocti vncias quinque syrupi de cichorea cum rhabarbaro vnciam vnam & semis, misce, & ieiuno stomacho singulis diebus bibat, per exteriora quoque solliciti admodum de roborandis ac alterandis ventriculo & iecinore ipso eramus, non minus quàm vt al-

uus quotidie responderet hoc vel simili clysteri, Recipe Aquæ decoctionis hordei libram vnā & mediam, olei violacei vncias tres, cassiæ extractæ vnciam vnā, oui lutei num.j. sacchari rubri vnc. vnā, misce, fiat clyster. Iis enim intra decem dies melius habere visus est. Cæterum à manna & rebus scamoneatis in hoc casu recedendum est: à manna, quia facilè in istum transit bilem, & in eam vertitur: ab scamoneatis verò ob caliditatem intensam, & ipsius scamoneæ acredinem. At quum is in hac perseveraret affectione, & semel capi iusculum ebiberet, interposita semihora in singultum devenit, à quo multū affigi cœpit, vomitorib tandem propinato pharmaco, quæ comederat itaquam corrupta euomit, & singultus ex toto ablatu s fuit: tunc verò dubitare cœpi, num venenum huic datum esset quod stomachum & interiora in prostrationem traxerat, à quo quoque bilis illa prasina gigni poterat, & originem trahere: demum eo tempore utique respiciens intentioni, recentis olei amygdalarum dulcium vncias quinque ieiuno stomacho obtuli, quo optimè per inferiora egressit, & optimè se valere dixit. Erat verò huic cibus, capus, siue gallinaceus pullus, aut perdix, phasianusve, ex quibus contusum sæpe, para-

raba

rabatur, quod santalorum citrinorum pulvere ad roborandum ventriculum, & interna viscera ornabatur. Cæterum, interiectis octo diebus, ob malū victus ordinem, recidit. Oliuas nanque & alia noxia cibaria comederat. Euomit autem prasina bilem, non adeò tamen intensi coloris, vt prima erat. At clysteribus adhibitis dolore leuatus fuit: tunc verò vt immunis omnino perseveraret, nec iterum in morbum incideret, rhaponticum Græcorum per viginti dies illi dedimus, cuius semidrachmam in puluerem redactam ac capi iuri mixtam ieiuno stomacho quolibet mane bibebat. Est enim rhaponticum Græcorum, vt in nostro diximus Dioscoride, radix digitalis crassitudinis, eundem ferè colorem habes, quem rhabbarum vulgare: viribus tamen inter se maximè differunt, quia rhaponticū Græcorum hoc ventrem non subducit, sed eū magis astringit, quod ex Ponto primum hac nostra ætate Gulielmus doctissimus ac vigilantissimus orator Cæsareus apud Turcarum Imperatorem, in Italiam traxit, & hodie à Turcis passim Anconam affertur.

## S C H O L I A.

*Sæpe agitata est, & nos quoque in hoc libro dubitauimus, num bilis prasina porracea dicta, à caliditate tantum gignatur, vel potius præter ca-*

liditatem, etiam à frigiditate fieri posset: cui du-  
 bitationi omnes serè respondent, Bilem porraceam  
 non tantum à caliditate nimia originem trahere:  
 sed etiam aliquando à frigiditate. pro quo roboran-  
 do axiomate, Galenum libro secundo Prædictio-  
 num, enarratione trigesimanona adducunt, ubi  
 de hac re ad istum modum tradit. At verò gi-  
 gnitur in corpore quemadmodum crocea bilis per  
 naturam habentibus, ita porracea altera præter  
 naturam. Constatque, ut hæc sæpenumero in  
 ventriculo gignatur, propter quorundam crudita-  
 tem esculentorum, aut olerum, qualia beta, ce-  
 pa, brassica sunt, atque etiam talibus interdum  
 nequaquam ingestis ratione agrotationis in veni  
 gignitur, ac decumbit, aut in ventrem superio-  
 rem, aut in inferiorem, calorem in corpore indi-  
 cans præter naturam, atque excrementi propriet-  
 atem talis temperamento, qualis prædictorum  
 olerum succus est. Hæc Galenus: ex quibus mul-  
 ti duo eliciunt, alterum quòd bilis porracea hæc  
 plerunque in ore ventriculi gignatur, ratione incò-  
 coctionis & cruditatis contractæ ab oleribus come-  
 stis, ut beta, cepa, brassica, & aliis similibus, &  
 addit quòd bilis hæc potius debet adnumerari in-  
 ter pituitas, quàm inter bilis genera, quia ob in-  
 concoctionem & cruditatem fiat. alterum verò ex  
 prædictis Galenianis verbis elicitum est, quòd bi-  
 lis porracea hæc in venis gigni potest non nisi à ni-  
 mia caliditate & assatione. Caterum multis hæc  
 hodie

hodie considerantes longè aliter rem se habere au-  
 tumant prædicantque, præsertim circa bilis por-  
 raceæ generationem à frigiditate. Tenent enim  
 quòd Galenus semper bilem hanc à caliditate ex-  
 cedente fieri dicat, nunquam verò à frigiditate,  
 aut diminuta concoctione: ut ex lecis, in quibus  
 ex proposito de ea loquitur, deprehendi potest, præ-  
 sertim libro secundo de Temperamentis, ubi ita in-  
 quit, Nami quibus in ventre biliosum excremen-  
 tum gignitur, id porri virorem præfert, velut in  
 antiquo codice legitur. Nam iis quibus ventricu-  
 lus calidiore temperamento est, biliosa gignuntur  
 excrementa, atque ea porri virorem præ se ferunt.  
 At quibus ex iccinore descendit, his vel planè fla-  
 uum est, vel omnino saltem pallidum: præterea  
 quibus in ventriculo bilis illa gignitur quæ porri  
 colorem imitatur, debet omnino his cibis fuisse,  
 non panis, non suilla caro, similève aliquid: sed ne-  
 cessario aliquid quòd iis calidius fuit, neque id bo-  
 ni succi: quibus autem ex iccinore in ventrem de-  
 fluxit, his flava ea pallidave evomitur, etiam  
 si boni in primis succi fuit quòd sumpserunt, etsi  
 ad summum fuit concoctum: immo verò magis  
 ipsis qui ad vnguem concoxerunt flava vomun-  
 tur, atque etiam magis his qui diutius cibo absti-  
 nuerunt. Quæ verò bilis porrum refert, iis solis  
 gignitur in ventre, qui utique concoxerunt ma-  
 le. Hactenus Galeni verba, per quæ ij asserere  
 conantur, ipsi velle porraceam hanc bilem  
 semp

semper ab excedente caliditate, nunquam verò à frigiditate fieri, quibus addunt que libro septimo Aphorismorum ab eo dicuntur, & ita enarratione sexta habent, Synceras verò deiectiones nominavit impermixtas aquosæ humiditati: quoniam solus humor euacuatus deicitur, siue sit biliosus siue melancholicus, siue porri colorem præ se ferens, siue bilis, que eruginosa nominatur. Nam deiectiones huiusmodi exustam esse omnem naturam humiditatem à calore febrili demonstrant. Hæc ille. Ex quibus quoque porraceam bilem ab intenso calore fieri venantur, his accedunt, que libro de Atra bile non longè à principio leguntur, que per otium quisque legere poterit, & à dictis differre non videntur: demum in fœti Galeni citatis locis, & variis aliis similibus, à nobis ex consulto prætermisus concludunt, quòd bilis porracea hæc à caliditate semper fiat, non verò à frigiditate: & Galeno qui præsimam hanc bilem ob incomcoctionem fieri tradit, respondent, Inconcoctionem, siue malam coctionem apud Galenum, non tam diminutam concoctionem significare, quantum excessiuam: ita ut si plus quam par est, pro sui symmetria & temperamento humor coquatur, incertus quoque dicatur, siue quoquo modo crudus. His enim suas tuentur partes, ij potissimum qui Galenum lingua sua Græca legunt. At nos Galenum ancipitem, vel suboscure loquentem in hoc quaesito inuenientes, sedulo illius certitudinem de-

sidera-

siderauimus: quapropter in vsu medico apprimè vigilantes fulmus, num porracea bilis à caliditate tantum gignebatur, vel potius præter caliditatem à frigiditate ortum aliquando trahebat: demum quum rei euidentiã habeamus, placuit in præsentia paucis eam enucleare, ne quis deinceps anceps dubiusve sit, ac id magis ne à testibus contra testes, hoc est, ab authoritatibus contra authoritates lis pendeat: quo malo nullum maius inueniri, aut excogitari potest, quum non nisi de salutis humane discrimine agatur: calidum pro frigido, aut frigidum pro calido curantes. Proinde ad rem accedentes, dicamus, quòd tamen si porracea & Zinaria, siue eruginosa dicta bilis, plerumque ab excedente gignantur caliditate, nihilominus tamen eas à frigiditate aliquando ortum traxisse certum est. Vidimus enim nos plures humores istos euomètes porraceos, præcipue studioso: homines, qui ob ventriculi frigiditatem, ac concoctricis virtutis imbecillitatem vel ob pomorum comestionem, humores istos aggerabant, quos postea absque symptomatibus, aut cordis pressuris animi ve angustiis, per os reiciebant, que omnia euenire solent iis, qui humores istos à caliditate ortos euomunt: quapropter quum à frigiditate humores ij gignantur, improprie inter bilis genera numerantur: quum potius illius pituitæ nomen conueniat, qui rebus calidis, ac ventriculorum roborantibus, vt aromatibus & similibus pelluntur: non verò frigidis (vt multi inepti admodum

dum agunt) si in qui tales patiuntur, humores frigida exhibemus peius habent, & in vita discrimen veniunt. Proinde medicos hęc monitos velim, ut cum in agrotantes porraceis iis humoribus laborantes incidere, maxime animaduertant considerent, an ab excedente caliditate, vel ebibito veneno originem trahant, vel potius ob ventriculi & membrorum circumvicinorum frigiditatem, quod non difficile est discernere, ut ex dictis constat. Nec enim cuiquam difficile apparere debet porraceos istos humores ex frigiditate fieri posse, quum in parietibus, quos Sol illustrare non potest, & opacis locis siti sunt, viridis nascatur muscus: item quia Aristoteles viridem calorem ex pluri nigro, & rubro pauciori consistere tradit, qui sanè colores ut ab excessiva caliditate fiunt, ita quoque ab extrema frigiditate fieri posse non negat, immo ita esse affirmat Galenus libris Prædictionum: sed potissimum Commentario primo, enarratione septima, ubi viridem colorem ex frigiditate fieri tradit ad istum modum, Plerique brassicam, & lactucam chloros, id est virides nominat, qui quidem color nigrior est quàm rubidus: est etiam tanquam initium quoddam nigri liuidi, quem frigus perinde quasi nigrum effecit. Hallernus Gale. qui ut legitis viridem colorem à frigiditate fieri tradit. Nam niger color à luminis paucitate, & frigiditatis multitudine fit, ex cuius multitudine, & rubri paucitate, ut diximus, viridi

color

color constat, adeo, ut consequens sit firmare viridem colorem potissimum à frigiditate originem suam trahere: quanquam certo sciamus, nigrum colorem ab excessivo tam calore, quàm frigore fieri posse, quod & de viridi dicendum esse, non est dubium, quando tamen bilis porracea, vel eruginosa, & cinaria ab Auicenna dicta, à caliditate fiunt, atra bilis naturam sapiunt, & exustam omnem nativam humiditatem à calore febrili demonstrant, à quibus si intestinorum difficultas incæperit, lethalis proculdubio erit, & eo magis, si febris humores istos comitata fuerit, ut sentit Auerroes libro sui Collectoriæ.

*Curatio sexagesima sexta de vulnere quodam inflicto in quinta costâ.*

Parisius miles Coronelij ense perfoesus fuit, per translucens vulnus illi inflictum fuit in pectore, ita ut quintam costam dextram ab spuris computando vulnus occupauerit, quod in sinistra quoque ex directo respondebat. Huic cæterum sanguis illico ex basilica extractus fuit, & sequenti die illi bolum cassiæ propinauimus, ac sic in nullum deuenit symptoma. Nec enim rulluit, aut in febrim incidit, quæ duo signa attestantur, nullum internum viscus præcipuum lesum fuisse. Per vtrunque enim vulneris os lineamentum digitalis longitudinis

dinis, & crassitudinis cum debitis & necessariis medicamentis immittebatur. Nam quum locus nervis admodum interseptus sit, medicamentis illis respectum habentibus vti necessum erat: proinde digestivo dicto medicamento, & crocus & lumbricorum oleum, veluti hippericonis ex abietino compositum miscebatur: fuit autem hic sanitati restitutus intra paucos dies, & à chirurgo Petro Camerini optimè curatus.

*Curatio sexagesimaseptima de vulnere quodam influcto inter umbilicum & os ventriculi.*

**A**Rchitectus Pauli III. summi Pontificis, vir qui ob raras eius dotes ab omnibus in pretio habebatur, quum apud Anconam ageret, ense perfossus fuit inter umbilicum & os ventriculi transversaliter, hoc est ab vno latere ad aliud, adeò vt ab utroque latere vulneris oscula magna apparent, per quæ intestina gracilia exierunt: ad quem quum chirurgi accesserunt, intus intestina reducere, quæ illæsa esse dicebant, quia nullum inde stercus exierat: ac sic cutis vulnera fuerunt, ab utraque parte orificium dimittentes: in singulo quorum linamentum imittebant. Sequenti verò die obiit, cuius cadaver disseccare fecimus, &

stoma

stomachi infimam partem incisam conspeximus.

SCHOLIA.

*Cecutiebant hic chirurgi in hoc, quòd dicebāt intestina lesa non esse, quia inde stercus non exierat, quum si intestina gracilia lesa & incisa fuissent, non inde per ea stercus emitti necessarium esset, quia in intestinis gracilibus stercus nullum reperitur. Sunt enim viæ deductionis chyli: ex quibus meseraicæ hiantes venæ adiecur alimentum trahunt: vnde Auicena, in hac re hallucinari, qui stercus formam substantialem in stomacho recipere contēdit, certum est: quem quoque secuti sunt eius enarratores, præcipue Iacobus Foroliuensis, ac Alexander Benedictus, veluti ante eos Cornelius Celsus. Caterum, occurrit dubium non vulgare in presenti, An ventris vulnera ex toto debeant sui, vel potius in illis orificium aliquod sit dimittendū: cui respondet Petrus ab Argelata non infelicè chirurgus, quòd ex toto vulnera ventris debeant sui: quia aliter intestina multum alterarentur: sed dicit fortè aliquis, immo oppositum agendum videtur, quia si non aliquod orificium ibi maneret, sanguis cœcretus abscessum faceret. Respondet Argelata, Ventris partes esse exanguas, & quòd paraculum illum sanguinè natura ad emunctoria emittere poterit, & eo magis si à Medico cum medicamentis sanguinem dissoluentibus adiuta fuerit, inter quæ coagululum leporis palmam obtinet.*

*Curatio LXVIII. de quodam patiente stomachi morsus cum capitis vertigine, &c.*

**M**Anuel Arius, vir biliosus ætatis triginta annorum, vigente canicula, quæ cum leone oriri solet, appetitum deiectum habebat, cibos fastidiebat, oris amaritudinem sentiebat, & stomachi morsus cum quadam capitis vertigine patiebatur: non febricitabat, sed multum à prædictis symptomatibus querebatur: ad eò ut lecto decumberet. Ad eum igitur veniens vomitorium parare proposueram, iuxta illud Hipp. Si quis febrem non habens absteineat à cibo, & cordis morsum, seu vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat. At quum difficulter vomere mihi exposuisset, ab eo abstinuimus: pharmacum hoc illi ante prandium per integram horam concedentes, quod habet, R. Syrupi rosati solutiui, vnc. 4. aquæ endiuivæ, vnc. 2. misce, quo multa & biliosa per inferiora excreuit, & sanus factus est: veluti argentarius iuuenis, qui quum ardentissima febre affligi cœpit, simile pharmacum in initio bibit, & intercepta fuit, ac tertio die ex toto sanus.

Cura

*Curatio sexagesimanona, de tumore aquoso in capitibus puerorum, quàm primum in lucẽ editis plerunque apparente.*

**P**Ver, quindecim dies natus, derepente in tumorem magnum in capite tactu mollem lapsus est, quem morbum Greci hydrocephalon appellant: cui occurrentes hoc vsi sumus medicamento, quo intra tres dies ex toto inflatio illa euauit: sic enim medicamentum habet: R. Pulueris absinthij, chamæmeli, meliloti, an. vnc. 2. butyri recentis, olei chamæmelini, an. vnc. 4. ceræ parum, & ad ignem fiat unguentum, quo inungatur locus, & eo, ut dixi, intra dies sanitati fuit restitutus. Cæterum in hoc casu, expertum hoc quoq; habetur, quod habet, R. mellis librâ sem. salis, vnc. sem. pulueris origani vnc. 3. misce, & tepido locus inungatur: si quis verò huius morbi exactâ desiderat curationem, legat Paulum libro sexto suæ medicinæ capite tertio, quo nullus melius rem, ut mihi videretur, pertractat.

*Curatio septuagesima, in qua proponitur quàm falsa sint signa in prægnantibus indicantia masculinum*

*Et foeminam, simulque de dolore ventris enixis superveniente.*

**V**XOR Magnifici Ioan. à Triumpho, patricij Anconitani vterum ferebat, cui dextra mamilla sinistra tumentior erat, & foetus lateri dextro plerunque, vt illa referebat, hærebat. Nam & venter in altū prominēbat, & ipsa facie bene colorata erat quæ omnia masculorum (Hipp. teste) portendūt signa, nihilominus tamen illa foeminam peperit, vt hinc iudicare sit quàm incerta hæc sint indicia, à multis tamen mordicus pro veris & firmis recepta. Cæterum post partum in alui dolorem incidit, & vberis dextri duritiem cum ingenti dolore, quod ita malè affectū erat, vt ob cōtractam eius papillam, nec puer, aut puella quinque nate annos sugere, nec lac labiis attrahere poterat: sed cum iis febricitabat, quā febrim parum faciebamus, quum enixis plerūque eam euenire sciebamus, & eo magis quia victu calido vsa erat, vt omnes mulieres patientes Anconæ aluntur, præcipuè colūbis, & multo vino, vt omne genus aromatum præteream. Victus igitur ordine ad filgidum instituto contra ventris dolorem quo maximè vexabatur: sic descripsimus, R. Seminis dauci pisti drac. x. in vino albo tepidum

tepidum bibendum offeratur, & nisi hoc iuaret, hoc altero vtatur, R. Specierum diac margaritonis ex Auicennæ autoritate, aromatici rosati, diacimini, an. scrup. x. cum saccharo fiant ad ignē rotuli. Cæterum primo medicamēto dolor ex toto leuatus fuit vt secundo opus nō fuerit. At pro vberis affectione curāda, in qua opus & labor erat, sic orsi sumus, R. Foliorum plātiginis, maluæ, violariæ, radicum alteæ, rosarum chamæmeli, meliloti, sæni Græci seminis lini, an. manip. i. in libris duodecim aquæ fiat decoctio sufficiens, in qua postea imbibita spongia, ex alto super mamillam per dimidiam horam destillet: dein verò leniter absterfa, hoc illinebatur vnguento, quod habet, R. Succi plantaginis maluisi, an. vnc. 2. olei rosati, amygdalarum dulcium, an. vnc. i. ceræ albæ parū, misce & ad ignem fiat linimentū. Iis enim præclara hæc domina intra octo dierū spatium ab affectibus prædictis libera fuit: veluti antea vxor Ulmiani, quæ post partū vtranq; mamillam nodis, & grumis affectas habebat. In iis verò mulieribus menses optimè fluebāt, qua de causa sanguinis extractione opus minimè fuit.

*Curatio septuagesimæ prima, de puero patiente dysenteriam.*



**F**iliolus Magnifici Ioannis ab Antiquis, patritij Anconitani, & Venerorum con-  
 tuis, natus menses triginta, quum difficul-  
 tate intestinorum, id est, dysenteria labora-  
 ret, ad eum sum vocatus. quē primo occur-  
 su macilentum, ac exanguem ingenti febrī  
 oppressum comperio. Decimus enim age-  
 batur dies, ab eo quo primū torminibus  
 iis corripī cōperat: in quibus multa egesse  
 rat, non nisi biliosa, vitia, varia & fetida  
 & vt tunc conieci, subruenta. Postpositis  
 igitur medicamentis, ac medicinarum syl-  
 ua, qua vsi erant seniores duo medici, pue-  
 ri curam habentes, inter quæ cerotum ad  
 scuti formā ex rebus stypticis cōpositum,  
 non est præterire, quod stomacho applici-  
 tum erat: & illico ipse deponere ab stoma-  
 cho iussi, noscens vtiq; cerota similia, in  
 iis dysentericis affectibus, hoc est, biliosis,  
 magis obesse, quā prodesse. magnū enim  
 feruorem plerunq; inducere solent. Deposi-  
 to igitur ceroto, hoc linimentum parare fe-  
 ci, quod habet, R. pulueris mastiches, thu-  
 ris, corallorum, an. scrup. i. misce. I. ē R. olei  
 myrtillorum, cotoneorum, an. vnc. i. misce,  
 quibus stomachus illinatur, & pulueres de-  
 super inspergantur. De iecore porrō solici-  
 ti fuimus, quum stomachus magis labora-  
 bat, & præ debilitate alimentum sanguifica-

re ne

re nequibat, quod seniores illi medici pa-  
 rum animaduertebant, proinde nos sic de-  
 scripsimus, R. vnguenti santalini vnc. i. pul-  
 ueris corallorum rubeorum, absinthij, an.  
 drach. sem. olei absinthij, & cotoneorum  
 an. parum, cum exigua cera alba, ad ignem  
 fiat vnguentum, quo iecoris vniuersa regio  
 illinatur. At iis præhabitis ad victus ordinē  
 accessimus, quo puerulus hic, quā multi-  
 iugis medicamentis curari debet. Curavi-  
 mus igitur, vt nutrices assistentes duæ cor-  
 nis lapidosas nutrentur, non minus cydo-  
 nis, prunis syluestribus, vino nigro auste-  
 ro, aqua calibeata diluto & similibus stypti-  
 citatem habentibus: non minus pullorum  
 gallinaceorum carnes prædictis rebus in-  
 coctas esitarent, atque inde lac puerulo da-  
 rent: quum in eo lacte à Galeno tantopere  
 in hoc morbo optato, omnia ad curationē  
 facientia reperiuntur. Quum ergo puer lac  
 sugere cōpit, secessus minuti sunt, & ille  
 melius habere cōpit, ita vt intra sex dies fa-  
 nus euaserit.

*Curatio LXXII. de dolore ventriculi  
 cum febre & anxietatibus.*

**V**Xor Comitissæ quadragenaria, iam  
 olim morbo Gallico infecta, grauif-  
 simo dolore circa os ventriculi premeba-

tur, febricitabat, anxietabatur, non quiescebat: adeo ut ipsam morituram omnes prædicerent. A vomitorio verò propinato multam euomuit prasina bilis: nonnunquã verò, quum nimia cruciabatursiti, & gelidam ad satietatem vsque concedebamus, qua quoque bilis illam variam reiciebat. Facta quoque sanguinis extractione, ac postea agarico nouiter in pasta præparato, sæpe exhibito varia subnigra & multa egest, & sanitati fuit restituta. Fuerunt autem omnes dies quadraginta.

*Curatio septuagesimatertia, de ingenti ventriculi dolore.*

**V**enerabilis Abbas, quum grauissimo ventriculi dolore infestaretur, ut alta voce exclamaret. post multa adhibita remedia, vomitorium ex elleboro illi propinaui, quo alba quædam ouorum albo similia euomuit, & sanus illico factus fuit: veluti nobilis quidam Neapolitanus, qui quum simili dolore premereetur, post ebibitam integram libram aque florum aranciorum tepidã, similia euomuit & sanus factus fuit.

*Curatio septuagesimaquarta, de vlcere fauces depascente.*

**F**ilius Gasparis Pisarenis, vndecim natus annos, temperatura melancholicus,

& ma

& macilentus, vlcus fauces depascentes patiebatur: pro quo curãdo accersita fuit muliercula, ex iis, quæ nihil præter vnum horum inculcare notunt, aut ægrotantem columellam descensam habere, vel cartilagine ventriculi, pomum granatum dictum deorsum delatum esse, aut coccigem extra proprium locum situari, quæ quum puerum sic laborantem videret, gurgulionem, siue columellam malè affectam esse dixit, pro qua restituenda vnguibus eam disrupit: tandem putrefacta in totum deperdita fuit, quæ, ut nostis, tanquam vocis plectrum est, cuius comoda tam multa à Gal. libro vndecimo de vsu partium, describuntur: ob cuius amputationem puer subobscurè, ac per nares loqui cœpit, ut vix ab aliis intelligeretur. Rem igitur considerans, vlcus, ut dixi, admodum sordidum intra fauces latitans deprehendo, quod originem à continua humoris melancholici destillatione traxerat: immo ex iis esse, quæ Gallicana vlcera sapiunt, certior factus sum, quum eius pater eo laborauerit morbo. Comitabatur autem vlcus hoc febricula lenis quædam continua, quam non longè ab hecticâ abesse suspicabar, tamen in nocte valentibus affligebat, ob id fortè, quia quum multum puris interdium spuebat, in nocte

x 5

pure ipso obcluso ac incarcerato, eius summi aucti cor petebant, vnde febris intendebatur. Optimo igitur in primis victus ordine instituto, manè scilicet pullorum carne, vesperi verò panatella, ac in potu vino exiguo & illo quidem paucitero dicto, sequens illi dedimus pharmacum, quod ita habet, R. Syrupi rosati solutiui, decoctionis senæ, an. vnc. 3. misce, & ieiuno stomacho calidum offeratur, quo facillimè absq; anxietate, aut stomachi dolore multa biliosa subliuida, & mucosa purgauit. Sequenti verò die vlcus aqua forti, qua argentarij vtuntur tactum fuit, præsertim circa ea loca, vbi putredo maximè vigeat: quæ mea sententia, multum attulit iuamenti, & ea postea interpolatim quum opus erat, vsi sumus. sed post ebibitum pharmacum, sequentibus diebus hoc vtebatur syrupo, R. Syrupi de fumo terræ, de boragine, de pomis an. vnc. sem. decoctionis senæ uncias tres, misce, fiat syrupus, quem continuet. iterato itaque prædicto pharmaco, & syrupis, prout necessitas vrgebat, gargarismum istum descripsimus, quo sæpe vteretur, & ita habet, R. Rosarum siccarum, summitatum myrtilorum, sumachiorum, balaustrorum, an. m. i. in libris sex vini rubri stypticij fiat decoctio sufficiens, facta decoctione & colatura,

colatura, adde succi plantaginis libram mediam, vnguenti Ægyptiaci vnciam j. misce. hoc verò gargarismo, quum primum vsus fuit, eum per nares remittebat, veluti & potum. At quum in dies aliquot in ipsius assumptione perseveraret, vlcus mundius factū est, nec liquor aliquis ore sumptus, què deglutire conabatur, iam ad nares reuertebatur, immo pus per sputum reiectum paucum est factum, & illud quidem album: quibus de causis tunc ab Ægyptiaco abstinui-mus, & illius vice alumen plumæ à Dioscoride scissile dictū, gargarismo indidimus, cū myrrhæ & mastiches portiuacula quadam: sed exterius è regione vlcis, locus vnguento stypticitem & siccitatem præ se ferente, Galeni consilio libro 5. Methodi medendi, cap. 12. illinebatur. Iis enim & cucurbitulis spatulis affixis: veluti nonnullis frictionibus, ac retractionibus, & ligaturis, & errhinis adhibitis medicamentis intra mensem materia ad nares, quæ in fauces destillare ex capite solebat, deriuata est, & febris omnino expulsa, tandem materia pauciori facta, vlcus ad cicatricem ex toto peruenit: & puer ab orci faucibus liber euasit. Vnum tamen mente exciderat, quòd interea dum febris vigit, vniuersum eius corpus vnguento ex lacte dicto inungi fecimus, non minus

minúsque quod ab esu forba, mespila, & pira, veluti stypticos fructus, concedebamus: sed ecce, interposito mense, vlcus ex se recidiuauit, pro quo omnino refecando, ad guaiaci decoctum confugimus, quod per triginta dies ebibit, & bene habuit.

*Curatio LXXV. de vlceribus Telephie  
& Chironiis dictis, spurias costas  
occupantibus.*

Vincentius Virgilius, monachus ordinis sancti Augustini apud Anconitanos, Prior dignissimus, & Polydori Virgilij Vrbinatis, viri hac nostra ætate, vt eius attestantur monumenta, doctissimi sanguineus, vlceribus malignis circa costam mendosam ad spinam versus scatebat, & illis quidem ex iis quæ Telephia, aut Chironia dicuntur, ad quem quum primū Anconam veni sum vocatus, & eum quinquagenarium cōspicio hilarem, sanguineum, hirsutum, optimi profectō habitus. conspectis igitur vlceribus, ea esse diximus, quæ supra annotauimus: vnde enim ortum traxerint, quum inquirō, ignorare respōdet: nec ultra eundem erat, præsertim quia cum viro religioso agebamus, antiqua esse vlcera fatebatur, contra quæ iam olim decoctum ligni guaiaci per triginta dies ebiberat, & bene

& bene habuerat, ac vlcera quodammodo sanitati restituta fuerant: sed postea temporis discursu repullularunt. At causis procatartiacis extrinsecis, siue primitiuis dictis posthabitis, quæ parum ad morbi curationem faciūt, hominem tractare cepimus ordine sequenti: primò optimè victus ordine instituto, R. Syrupi de fumo terræ vnc. j. boraginis vnc. sem. decoctionis senæ, in qua maduertunt flores sumi terræ vnc. 4. misc. Istum verò syrupum manè ieiuno stomacho bibebat, & in nocte tribus à cœna horis, in cuius ebibitione per sex perseverauit dies: in quibus quoque, quum præsens esset chirurgus, nobis cura fuit antrofa illa & cauernosa vlcera ad benignitatem reducere, pro qua complenda operatione primò pulueres ex præcipitato, quod ex argento viuo, & aqua forti argētariorum ad ignem cōcinatur, vlceribus illis indere iussi, vt tandem corrosa putrilagine, latiora & patēriora fierent: postea verò ad vnguentum Ægyptiacum & Apostolicum deuenimus: simulq; ad digestiuum dictum, & mundificans medicamentum. At exterius in spleniis vnguetum de plumbo & minio ac tutia admouebatur: quibus antrofa illa, ac maligna vlcera, ad cicatricē peruenerunt, nec amplius reciduarunt: quia post tertiam & quartam adhibitam

bitam cum catapocis purgationem, ex nitro dictis Alexandri, & fortidis, ac de fumo terræ, ad decoctum guaiaci peruenimus, quo per quinquaginta dies integros in potu vsus fuit. Non abs re tamen fuerit hic describere ordinem, quo vsi sumus, in hoc præbendo decocto, qui talis habetur, Rec. Scobis ligni guaiaci multum nigri & vinctuosi habitus, lima parati vncias octo, corticum resinoforum vncias quatuor, præstant enim cortices huius ligni resinam multam habentes in hoc morbo, quia multis modis exsiccant, cum caliditate, tum siccitate sua, & imbibitione, quibus qualitatibus sudorem possunt prouocare, tum & subtiliare, & liquare materias, & abstergere: ac quia resinosi sunt, putrefactioni & cõtationi quoq; obistere possunt. vnde mirari satis non possum Hieronymi Fracastorij Veronensis, viri omnium votis doctissimi opinionem: quum cortices ligni huius guaiaci ab opere medico eliminat, vt apud ipsum est legere libro tertio de Curatione morborum contagiosorum, capite 10. Receptui igitur canentes, dicamus, quod scobs, siue puluis ligni & corticum, eo pondere, vt diximus in libris quindecim aquæ infunditur per horas vigintiquatuor in olla librarum sexdecim capaci: dein lento igne coquitur, collecta

collecta diligenter spuma, & seruata ad vlcera lauationem, donec ad libras sex perueniat: tunc facta colatura, iis sex libris decoctionis, in ollula vitreata eas recipiente, adde folliculorum senę vnciam vnam, & ad ignem quū parum caluerit, optimè cooperata dimittatur, quousque frigeat, & à sena percoletur, quod primum decoctum dicitur, cuius in aurora pondus septē vel octo vnciarū bibebat: & bene lectulo cooperatus & calidus, in sudorem veniebat, quē per tres ferē horas ferebat. Cæterum post absterfionem sudoris interpositis vna vel altera hora vnciæ quatuor biscocti panis pro prandio absq; obsonio aliquo exhibebatur: interpositis verò horis quinq; à prandio totidē vnciæ biscocti pro cœna offerebantur: rursus à cœna quatuor horis, prædicti decocti vncias sex bibebat, & optimè ferebat, & copiosissimè sudabat. porro secundarium decoctum, quo aquæ vel vini vice utebatur, ita parabatur: relictis autem scobibus, pulueris ligni noui vncias quatuor addebamus, quibus totidem aquæ libras iniiciebamus, quas ad tertię consumptionem decoquere permittebamus. Cæterum, primum decoctum, sic sena confectum, primis quindecim diebus illi obrulimus. Sequenti verò tempore absque illo id ebibit.

sed vnum hinc præterire non est opus, quòd singulis decem diebus ægrotus hic, ex drachma catapotiorum nitri Alexandri purgabatur: quo ordine intra quinquaginta dies sanitati integrè fuit restitutus, in quibus mirum dixerim, solo biscocti pondere dicto, absque obsonio aliquo, cum prædicto secundario decocto in victu contentus fuit.

*Curatio LXXVI. de abscessu in capite apparente, quem Græci atheroma, recentiores veram talpam appellat.*

**H**uius prædicti cœnobij Nicolaus, monachus, ædituus, tēperatura atrabilia-rius, ætate quadraginta octo annorum, vlcibus in collo scedabatur, nec minus abscessum in capite patiebatur, quem quum primum viderem, talpam esse deprehendi, & eum inter atheromata Græcis nominata adnumeravi. Protinus igitur chirurgo accersito, abscessum duobus magnis vulncribus in crucem adhibitis secare iussi, ex quo sanies alba in pauca quantitate exiuit: tunc verò chirurgo cōsului, vt membranam caluariam regentem pericraniam dictā, quoad fieri posset, à caluaria, siue cranio separaret, tametsi corrosam nōnullis in locis cum ipso cranio prædixeram, id quod secunda curatione visum est. Erat enim caluaria mul-

tis & crebris foraminibus perforata corrosaue, quæ non tantum prima in lamina, sed secunda quoque conspiciebatur. Scalpello igitur os ad duram vsq; meningem perforare iussi: tandem curatione vt expedit adhibita, ossa exempta sunt, & ille ex toto intra quinque menses sanitati fuit restitutus: in medio tamen curationis, corpore rectè purgato, & optima victus ratione instituta, ad linimentū sudorem euocans, eum traxi, quod ita habet. R. Thuris, mastiches, myrrhæ, cinnamomi, zinziberis, piperis longi, sandarachæ Græcorum, minij, ana drach. ij. radices pyretri, floris salis, nitri antiquorum ana vnc. sem. cineris tamarisci vnc. ij, butyri recentis vnc. sex, pinguedinis porcinae librā vnam, argēti viui extincti cum succo limonis vnc. iij. misce, & in mortario, omnibus bene pistis, fiat vnguentum, quod vires habet tum exsiccandi & abstergendi, tum subtiliandi, & confortandi: quo semel in die ieiuno stomacho, eius iuncturæ ac corpus, depto capite, pectore & alis, ac ventre illinebatur. fuit enim hic sexies illitus, & multa pituitosa, & mucosa per os emisit, in quo vlcera (vt iis plerunq; eueniūt qui inunguntur) floruere, sed lauacro seu gargarismo ex rebus stypticis cōfecto, vt rosis rubris, balau-stio, malicorio; myrto, sumachio, summita-

tibus lentisci, foliis oliuæ, galla, mastiche, thure, alumine, & similibus sana facta sunt, & ipse, vt dixi, ab orci faucibus liber.

*Curatio septuagesimasepima de simplici tertiana cum nonnullis symptomatibus.*

**F**Los vitæ mulier Anconitana, quæ ad portâ Pisaurum respicientē habitat, simplici tertiana affigi cœpit, quæ quū primū paroxysmus illam inuadebat, dolores & circa os ventriculi rosiones incurrebat. Vomitorio igitur propinato medicamento bilem euomebat: postea verò epoto vino granatorum bene habebat. Cæterum, quū febris intendebatur, ea in sitim maximam veniebat: contra quam, quandoq; gelidam in multa quantitate concedebamus: quandoq; verò potum istum descibebam, R. Aquæ endiuivæ lib. j. iulep violacei vnc. j. vini granatorum vnc. j. sem. misce. quo maximè delectabatur, sed interdum femine psilij, subtili panno incluso, & ligno subtili alligato, atque in aqua macerato os lauabat. Nam potum supra descriptum, maximè laudare est: quia Galenus & Græci alij medici suas cōcoctrices potiones vigente paroxysmo concedebant: loco quarum nos syrupos in aurora, & serò aliquādo damus, veluti in hoc morbo,

bo, sequenti ordine, R. Syrupi endiuivæ, violacei, oxyfacchar. ℥ an. vnc. sem. aquarum endiuivæ, acetosæ an. vnc. ij. misce, fiat syrupus, quem per quatuor ebibit dies, apparente tandem concoctione, hoc obtulimus pharmacum, R. Rhabarbari boni in puluerem redacti, & infusi per noctem in vnciis sex aquæ endiuivæ drac. ij. cinnamomi scrup. j. misce. facta tandem expressione, & colatura, adde pulpæ cassiæ, nouiter extractæ, drachmas sex: trochiscorum de violis sine scammonæ drach. ij. misce, & fiat potus vnus, quo optimè egesit, & bene sensit, adeò vt paucis postea remediis integræ sanitati fuerit restituta.

SCHOLIA.

*Memoria commendauit Hippocrates lib. 2. de Morbis, quod tertiana laboranti ante quartum paroxysmum, pharmacum dandum non est. sub ijs verbis, Si tertiana febris tenuerit, si quidem non omisus tribus inuasionibus, quarta corripiat, pharmacum deorsum purgans bibendum dato, &c. quibus postea idem libro de Affectionibus subscripsit, inquit, Tertiaria febris quum apprehenderit, si quidē videbitur tibi non purgatus esse, pharmacum dato: si verò pharmaco nō videbitur opus habere, medicamenta in potus exhibeto, quibus febris aut transmutetur, aut deficiat. Exhibeto autē vt scriptum est in medicamentis, & in apprehen-*

ffione quidem sorbitione & potu nutrito: interposito vero tempore, cibi per aluum secedentibus. *Hæc Hippocrates. Nos vero hodie nocti benigna & lenia medicamenta, illico in principio tertianæ medicamentum purgans dare possumus, non oblitum tamen quod tertiana febris, ut tradit Galenus libro Artis curatiuæ ad Glauconem potius alterantibus, quam purgantibus medicamentis curari debet: alterantibus inquam tam intus quam foris adhibitis remedijs.*

*Curatio septuagesimo octaua de tertiana continua.*

**I**Vuenis natus annis octo supra decem, tertiana continua laborabat, cui primò secta fuit vena, & à sanguinis extractione syrupum istum propinauimus. R. Syrupi rosacei, violacei, an. drac. 6. aquarum lactucæ, nenupharis, an. vnc. 3. misce, & singulis diebus singulos syropos in aurora ad quatuor vsq; bibat. At quod aliud obediens esset solliciti eramus, & interdum ad extinguendam sitim aliquid sumeret, concessimus, ut lactucam saccharo conditam, vel cucurbitam, aut cucumerem, vel prunam, & his similes fructus, qui saccharo incrustari solent. Iis enim prius degustatis, hordeaceam aquam superbibebat: cui parum vini granatorum, vel ribes aliquando addebatur, & interdum pb-

tum istum accipiebat, quod habet, R. Aquarum cichoreæ, endiuizæ, boraginis, acetosæ, vini granatorum vnc. ij. misce. Cæterum, à prædicta sanguinis missione æger melius habuit, quia capitis dolor quo maximè premebatur remissus fuit, veluti & febris ipsa. At vesperi febris cum solito capitis dolore increbuerit, pro quibus oxyrhodinum sequens parare iubeo, R. Aquarum rosarum vnc. 4. nenupharis vnc. 2. acetum rosati vnc. 1. & sem. olei rosacei ompha. vnc. 2. pulueris santalorum omnium drac. sem. misce, & lineo in eo intincto panno sincipiti, temporibus, & brachiis applicetur: modò tamè sæpe innouetur, nec caliditate acquisita, magis noceat quàm iuuet. Item clysterem istum immittendum suasinus, quem resrigerans appellamus, & ita habet, R. Aquæ decoctionis hordei vnc. 15. olei violacei vnc. 3. oui albi & lutei optimè conuassati, num. j. sacchari parum, misce, & parum tepidum mittatur. actu enim frigidum illico externi solet, quo ter fluida & biliosa excreuit, quarto verò & quinto die, eo dicto ordine gubernato, pari die pharmacum sequens propinauimus, Rec. Pulpæ cassiæ nouiter extractæ drac. 5. diacatholiconis vnc. sem. rhabbarbari boni drach. j. diaphiniconis drac. j. & sem. syrupi rosacei solutiui vnc. ij. decoctionis florum & fru-



Stuum cordialium vnc. 4. misce, fiat haustus vnus, & in aurora detur, ac desuper per horam dormiat: quo optimè egressit, & febris remissa fuit: vt cunq; ramè de capitis dolore querebatur, cōtra què cucurbitulas scapulis cum scarificatione adfigendas mandabam: sed quū eas omnino timeret, cephalicā brachij octauo die incidere iussi, sanguinēmq; ad vnc. quinq; fluere. qua euacuatione capitis dolore in totū leuatus fuit, & æger in copiosissimum sudorem vniuersum corpus occupantem incidit, à quo & febris penitus extirpata fuit, & ille sanitati restitutus.

## SCHOLIA.

*Hic lectorem monere decet, quòd tertiana cōtinua eadem ferè cum causone, id est ardenti febre est: sunt tamen in hac tertiana continua non ita saua, vt in causone symptomata, quia bilis intra vasa longius à corde, quàm in causone putrescit: qua tamen causonis note sunt, sunt & tertiane continue: quo fit, vt multi hodie de vtrisq; sub eodem capite agant: que quum causoni debētur, huic quoq; summi prosint: modò illi frigidiora, huic verò minus frigida offerantur. Ceterum, quia agrosim vñe octauo die in crism venit, dubitaret aliqui num morbus rediret, cui respondemus, Quòd non quia medicamentis adhibitis, & sanguine extracto crisis facta fuit. Nam si illa non precesserant, & crisis octauo fieret, proculdubio verendum de*

*de recidina, vt de Sexto Antonini Imp. filio Gal. prædixit, qui 6. die in crism deueniens, & liber morbo factus, postea 14. in eundem rediit: sed 17. liber ex tota euasit, vt cap. 10. libro de Præcognit. apud ipsum Galenum legitur.*

*Curatio septuagesimanona de capillorum defluuio.*

**C**omitissa illustris, ob capitis superexcedentem caliditatem, capillorum deciditiam patiebatur, nullum enim morbum habebat, nec corrodetem humorem, à quo credere par esset capillos decidi, petit remedium illi demus, quo capilli retineantur, & simul regenerentur, cui liberaliter obtemperans sic ordior, Rec. capillorum Venetis, polytrici, rosarum siccarum, summitatum myrti, summitatum lentisci, añ. m. ij. radicum cannarum vnc. semis, hippocampi pisciculi num. vij. in libris xij. aquæ fiat decoctio lenis. Facta colatura & expressione, adde olei lentiscini lib. j. ladani puri vnc. ij. misce, fiat lauacrum, quo capilli bis in die lauentur, modò pilorum radices decoctum attingat. iis enim per viginti dies vsa est, & libera à tali feceritate fuit.

## SCHOLIA.

*Scire decet, quòd hippocampus pisciculus marinus est, huic flexuoso Anconitano mari satis suauis*

liaris, qui hippocampus dicitur ἀπὸ τοῦ ἵππου καὶ κάμπερος, id est, ab equo & flexo, quasi flexuosus equus, merito enim flexuosus equus pisciculus iste dicitur, quum caput equinum habeat, & caudam omnino flexuosam, vt latius in nostro dicimus Dioscoride, vbi Matthiolum Senensem halucinantium circa huius pisciculi descriptionem aperte indicauimus.

*Curatio octuagesima de prasagio in duplici tertiana.*

**R**obertus, miles magnificus & strenuus quum duplici affligeretur tertiana, ac pro eius salute recuperanda, quatuor accessiti essent medici, tertia accessione lorium melius apparuit, & in eo pendens nebula alba, & equalis erat, tandem quidam eorum medico, um adfidentium septimum paroxysmum morbum non excessurum praedixit, in quo quod intra quatuordecim dies aeger sanitati restitueretur, affirmavit, quod falsum esse experientia ipsa postea indicauit. Solet enim duplici tertiana, vna altera valentior esse, vnde vna altera prius deponitur, vt in hoc contigit milite. Non igitur medicus hic bonus sic temere praedicere debuerat, quum quae alteri tantum tertianae conueniebant, ambabus tribuit, fuit quippe ante septimum paroxysmum, altera

tertia

tertianarum expulsa, reliqua ad aliquot dies perseuerante.

*Curatio octuagesimaprima de dolore coxendico.*

**Z**ephyrus, vir nobilis & fidelis, & cui ob summas, quas habet dotes, Paulus III. summus Pont. Anconam ciuitatem commendauerat, illum arcis praefectum, quem Castellatum vulgo dicimus, constituendo. Is enim frater est, aetate senior Sylvij Zephyri medici docti, & apud summum Pont. in maximo habitum honore, qui aetatis suae anno 50. robustus, fortis, stomacho, si quis alter calidus, ita vt cum mel, vel recentes ficus degustasset, illico in stomachi rosiones, oris amaritudinem, & intestinorum cruciatus incurrebat: duplici tertiana per quinque longos menses correptus fuit, in quo tempore, aut medicorum negligentia, qui diuretica medicamenta potentia (vt ille existimat) illi propinarunt, aut materierum multitudine, & malignitate in vrinae omnimodam suppressionem, quam Graeci ischuriam vocant, incidit: adeo vt ipsum medici deploratum relinquerent, & summus Pont. alterum illius vice arcis praefecerat: vtcunque tamen euasit, non sine tamen noxa relicta: ischiadicum enim do-

lorem incurrit, pro quo leuando dolore, vt mihi relatum fuit, illius curam habentes medici, omni vsu sunt diligentia: rebus calidissimis tum intus tum foris vtentes. Nam catapotia ab hermodactylis maiora dicta, pluries illi dederunt: quibus ad internecionem, & animi vsq; deliquium egerebat: sed quum iis melius habere debuerat, r̄atum absuit vt bene habuerit, vt potius in omoi moda motus amissionē cruris peruenerit, dextri praecipue, quod dolor coxendicus iste vexabat adeo, vt quū primum illuc deuenirem, quatuor opus fuerit hominibus, vt illum in cubili decumbentem mouerent, vt saltem affectum locum & ipsius colorem animaduertentem. Nam tūc maximos incurrebat dolores inguini respondentes, in quo fixi semper erant. Ischiadicum igitur motū istum exactē perpendens, ob medicamentorum acridinem ac ingentem caliditatem & siccitatem cū pauca materia euenisse venor. Proinde victus ordine ad frigidum declinante constituto, & vino illi interdicto, locum dolore affectum sequenti oleo inungi feci, R. Olei ros. vnc. 4. chamæm. vnc. ij. misce, & bis in die illinatur. Syrupum quoque istum in aurora ebiberet mandauimus, qui habet, R. Syrupi de endiuia simpl. vnc. j. & semis. aq; hordaceæ vnc. iij. misce, & in aurora bibat,

ac

ac ante cœnam per horam iteret, quatuor porrò elapsis à cœna horis clysterem istum recipiat, R. Radicum maluauisci m. j. seminis lini, fœni Græci, hordei, an. pug. j. in aqua fiat decoctio ad libram j. & se. facta decoctione & colatura, adde olei violacei vnc. iij. vitelli oui num. iij. mellis violacei vnc. ij. misce, & quantū potuerit retineat. Iis enim, vt decet, iteratis, melius habere cœpit, tandem quum quarto die ad eum diuertissem, quatuor illius milites mihi obuiam veniunt magna affecti læticia, quod illorum herum intra tres dies sanitati restitueram. ad eum igitur accedens, optimè crus mouere, & à doloribus immunem esse, non sine gaudio dixit: tribus verò aliis interpositis diebus è lecto surrexit, & deambulare cœpit: sed prope inguem retractionem quandam sentiebat, pro qua remouenda cucurbitulas cum scarificatione particula læsæ admouere decreueram, sed quum sequenti die melius sensisse dixerit, super sedimus, omni vacantes remedio.

## S C H O L I A.

*Si quis rectè curare desiderat, egrotanti primò temperaturam dignoscatur, necesse est: deinde morbum ipsum, ac cætera ad hæc facientia, que paucis carminibus in frontispicio huius operis comprehendimus. Ceterum, Auicenna in hoc & simili*

lib us

*libus articularum doloribus iubet, vt egro interdicitur vino vsquequo ad sanitatem integram perueniat, modo id paulatim fiat. Quæ verba, mea sententia, in iis morbis à bile & caliditate dependentiam habentibus intelligi debent: secus autem à frigido & crasso, quanquam ab utroque humore plerumq; similes oriri morbos, Hippocrates memoria commendauit, quem postea ceteri secuti sunt.*

*Curatio LXXXI. de quibusdam symptomatibus oris, post ruta comestionem.*

**I**Vuenis nata annos decem & octo, futura monacha apud lignipedes Anconitanas, tēperatura sanguinea & biliosa: quum post prandium rutæ summitates degustaret, illico in has incidit affectiones, scilicet instrumētorum sensuum detentionem, præcordiorum erosiones, membrorum cum animi quodam deliquio tremores, & ita valide, vt assistentes omnes eam iam deploratam haberent: ex quibus nonnulli asserbant inter folia rutæ venenosum aliquem vermem latitasse, quem nosque deglutiuerat. Nam aliter vnde affectiones istæ ortum trahere poterant ignorare dicebant, & eo magis quia nunquam antea similes passa fuerat. Ego verò non omnino illorū opinionem floccificiens, vomitorium medica-

ment

mentum ex syrupo acetoso & seminis rapæ decocto paratum, vtcunque reuocarem offerre iussi, quo parum vomuit: & ad oleum confuginus, & minus vomuit. rem igitur sic difficilem considerans, memorię reuoco apud Dioscoridem legisse rutam syluestre; quæ ad Macedoniam nascitur, ob ferarum multitudinem venenosam esse, qua de re cibus interdicatur monet: vnde quoque fieri posse argumētum sumo, rutam illam, quam iuuenis hæc comederat, fera aliqua infectam fuisse, vnde totis viribus conati sumus eam ad vomitum euocare: sed quum id frustra tentatum esset, & illa de cordis dolore maximè quereretur, venam internam brachij, Hippocratis consilio, libro 5. de Morbis vulgaribus prope finem, secare feci, sanguisq; uncias quinque fluxit. Quo deposito, cordis & præcordiorum vellelicatio ilico remissa fuit, & sequenti die sana facta est. Cæterum; huius victus res inuolentæ & aluum lubricantes fuere.

*Curatio LXXXIII. de morbo regio ictero dicto, ob crurum ulcera quadam occlusa eueniente.*

**V**IR, qui ab omnibus pallidus appellabatur, natus annos quinque supra triginta, ulcera antiqua in cruribus habebat,

ex

ex quibus achores citrini plerunque flu-  
bant, contra quæ multis adhibitis remediis  
ex toto leuata sunt, & crura sanitati restitu-  
ta. Fuit autem inter cætera topica medica-  
menta, hoc sequens spadrupum primatum  
obtinens, quo vlcera sanitati sunt restituta,  
& ita habet, R. Olei rosac. lib. j. auri pigmēti,  
lithargyri añ. vnciam vnam & semis, cerusæ  
vncias duas, picis nigræ, ceræ, añ. vnciam j.  
miscæ, & ad lentum ignem leniter cum vir-  
ga agitur quousque ad spissitudinem suf-  
ficientē ducatur, & in eo postea pannus ca-  
nabaceus imbibatur, & marmore ad plani-  
ciem redigatur, & cruribus post vniuersales  
factas euacuationes admoueat. Cæterum,  
post sanata vlcera, paucis interpositis mēsi-  
bus, morbus icteros, id est, bilis fluxus per  
vniuersum corpus effusio hunc corripuit, &  
ita illum scdauit, vt omnes illum croceum,  
vel pallidum nomine appellarent. Nam ocu-  
lorum albū in quo morbus iste primò de-  
prehenditur, non tantum croceum appare-  
bat, quantum vniuersa oculorum substantia,  
facies, ac totius corporis habitudo. Facile  
enim diiudicare quis poterit materiã à ie-  
core in crura fluxam, & vlcera illa gigen-  
tem, per vniuersi corporis molem distribu-  
ti, ex qua icteritia orta fuit. Cæterum, hic lon-  
go tempore regio ista morbo infecta, ac

sæpe

sæpe curatus, cū apud Constantinopolim  
mercium exercendarū gratia ageret, in flu-  
xum ventris sanguineū, dysenteriam cruen-  
tam dictam, incidit: à qua subleuatus Anco-  
nam rediit, vbi in eandem dysenteriam re-  
cidit, & illius aluus ita tumuit, vt hydrope  
affici illum quis diceret. Nam & huius ma-  
millæ ita tuberculosa & tumentes sunt fa-  
ctæ, vt muliebres adæquarent. Prostrato  
igitur iccore, à quo affectiones istæ ortum  
trahebant, in totumque virtutibus natura-  
libus deficientibus, & consequenter ani-  
malibus, & vitalibus diem suum obiit: opus  
enim fuerat vlcera in cruribus reuocare,  
quæ vel causticis medicamentis, vel can-  
dente ferro innouari poterant, vel saltem  
fonticulos apertos dimittere, per quos con-  
suetæ fluxioni exitus dari poterat.

## S C H O L I A.

Dicitur morbus iste icteros, siue icteritia, añ.  
no in ips, hoc est miluo, quod oculi bile suffuso  
miluius oculis similes videantur: dicitur quoque  
morbus regius iste, quoniam multis potentis ge-  
neris in regum deliciis habitata curatur, vel quod  
eo morbo affecti musica & rebus cultioribus, ac  
regalibus tractandi sunt, non minus quoque An-  
tigo morbus iste appellatur ab auri iccore, quem  
morbus iste imitatur: veluti arquatius, quia cele-  
stis arcus colorem nõ nihil referat. Cæterum quoru  
morb

morbus aliquis oritur, ob alterum antiquum oclusum, necessum est antiquum illum denuo reuocare, modo minus periculosus sit, & in membro ignobiliori, quod Hippocrates animaduertens sapientissimè sepe dixit: Si propter hæmorrhoides oclusus mania inde orta fuerit, hæmorrhoides fluxas facere remedium est, quod Auicenna quoque non sinit Fen quarta primi libri Canonis. Sed an icteritia à pituita gignatur, veluti ab vtraque bile atra, & flaua gigni solet, dubium est: cui nonnulli respondent, quod à pituita icteritia quoque fit, & Gale, vum in medium ex capite de Atriplice adducunt, ubi eam nominare tradunt. At mea sententia nõ sine errore, quum Gal. ibidem nunquam nec alibi, quod scierim, icteritiæ à pituita genitæ meminerit: sic enim vera interpretatio habet, semen extersoriam vim habet: vnde ad morbum regium ex ictericis obstructione abortum vtile existit: cui loctio ni ad stipulatur Aetius. Vetus tamen interpret, icteritiam à pituita ortam interpretatus est, non sine tamen errore, quum reuera, à pituita ortam icteritiam, si sic eam appellare liceret, non aliam esse crediderim quàm totius corporis malum habitum, quàm Græci *luxxi* vocant.

*Curatio octuagesima quarta de subluxata vertebra quadã spina & symptomatibus, ac de ossium compositione.*

**P**Vella nobilis nata annos octo, ex monte Filatrano ad me delata est, cuius caput primò vlceribus manantibus scatebat, quæ Græci *αχθῆας* appellant: postea verò per scalas cecidit, & crus in femore fregit, quod optimè reductum, sanum est factum: interposito verò postea anno, vlcera illa capitis ex se sanitati sunt restituta: vnde materia illa, vlcera solita gignere per spinã dorsii effluens, vnã vertebrarum, fortè casu elapso, debiliorem factam, ad eò laxauit, ac emolliuit, vt ex suo loco amota secundum partem luxata fuerit, & inde subluxatio appellari mereatur, à Græcis verò *parathrema*. Extrã enim vertebra eleuebatur, vt non nisi flexè & curuè puella incederet: adeò vt inter gibbositatis species affectio hæc adnumeranda sit: de quibus Hipp. consulendus est, libro de articulis, & Galenus, ac eius enarratores, lib. sexto Aphorismorum, enarratione quadragesima sexta. Ceterum, quia vertebra hæc decima thoracis siue dorsii erat, à qua musculus coxendicis articulum mouens propagatur, factum est, vt locus ille, & femur totum contristarentur: ita vt quum puella incederet, claudicaret, præcipuè circa leuem partem. Has porrò affectiones comitabatur febricula quedam lenis, de qua illico à principio solliciti ad-

modum fuimus, quia in hereticam degenerare videbatur, à qua in totum libera, post ea ad radicis chinaram decoctum eam traximus, quo per viginti quinque dies vsa fuit: in fine quorum vlcera capitis renouata sunt, & puella meliusculè habere cepit: non eo tamen vt ex toto sana facta euaderet: multis tamen machinamentis, cerouis, emplastris, vnguentis, cataplasmatibus, & aliis similibus prius tentatis, vsi sumus. At quia hic de vertebris sermo incidit, quæ per gyglymon cõiunguntur, non ab re esse putarem, si in præsentì figuram, qua ossium compositio structuræ deprehenditur, signa uero: quam ex Galeno, exordio libri de ossibus de-

prompti, & ita  
habet,

Articu

Articulus naturalis est ossium  
compositio per articulum.

Diarthrosis, id  
est dearticula-  
tio ossium est,  
quorum motus  
euidens est.

Synarthrosis, id est coar-  
ticulatio, quæ nec vali-  
dum, nec manifestum,  
sed obscurum, diffi-  
lemq; habet motum.

Enar - Ar Gygly Sutu Com Armo  
throsis, throdia mos ea ra, ad pho-  
nia que  
est est, quæ est qua consu-  
sis di-  
ossium  
quæ ex canum-ossa se  
tarum  
cipiēs ea leniter se inui-  
rerum.  
quæ  
ra est per  
uū altū & in  
cem in simili  
ad in simpli-  
admo- super-  
gredi- tudinē  
star  
cem li-  
dum est-  
ficie, entia  
dicta, cla-  
neam,  
caputq; & ca.  
conium vt in  
ui os. vt in ma  
quod in pitulū  
gun-  
capitis ossi  
xilla su-  
id inse- etiā de  
tur, vt futuris  
infi.  
periori  
ritur. ob pressū  
verte. compo-  
gitur. conspi-  
citur.  
longū. habet. bre. sitio.

*Symphysis naturalis.*  
osium est unio per  
*Symphysim.*

*Aliorum*  
*interuentu*  
*vt densio-*  
*ra siccio-*  
*raq; ossa.*

*Abique medio,*  
*vt fungosiora, mol-*  
*liaq; ossa mutuo*  
*inter se coeunt co-*  
*alescuntq;.*

*Per sym-*  
*sarcosin à*  
*carne.*

*Per synen-*  
*rosin à ner-*  
*uo.*

*Per synchon-*  
*drosin à car-*  
*tilagine.*

*Ex mu-*  
*sculis seu*  
*chorda,*  
*& ten-*  
*dines.*

*Ex ossibus*  
*ligamenta-*  
*les, siue li-*  
*gamenta.*

*Ex cerebro*  
*dorsi medulla,*  
*voluntarij, &*  
*sensibiles.*

*Curatio*

*Curatio LXXXV. de oris tortura.*

**I**Vnenis natus annos viginti quinq; morbo Gallico olim, sed leuiter infectus fuit, à quo curatus in totum sanus est factus: interpositis verò postea nonnullis annis, oris tortura correptus fuit, quam spasimum, siue conuulsione appellamus, & eã quidem ex repletione, quã febris secuta est. Erat enim tortura, siue conuulsio talis, vt oculus dexter circa angulum communem, nares respicientem depressus videretur, ex quo sæpe inuitè lacrymabat: vnde satis constabat sinistras partes faciei, à dextris attractione fecisse, quod ita esse vel ex hoc percipiebatur, quia circa dextram mandibulam versus interiorem partem fovea, siue vacuitas quædam erat, in sinistra verò potius gibbositas eleuatione: vnde dextras faciei partes à sinistris retractas esse nemini dubium est. Huic igitur occurrentem venam syluestri: em brachij partè perreptantem, quam cephalicam appellamus, secui mus, & sanguinis vncias quinque fluere permisimus, alius quoque, vt quotidie responderet, si non spontè, saltem beneficio solliciti fuimus: demù victus regimine subtili constituto ad calidum & siccum declinante, syrupum istum in aurora ebiberet, & vesperi



iteraret iussimus, qui ita habet, R. Syrupi de betonica vnc. 1. de stœchade vnc. f. decoctionis saltig & stœchadis, an. vnc. 4 misc: elapsis verò quatuor diebus catapotia de hiera cum agarico obtulimus, & meliusculè habuit: sed à principio vt locus tortura affectus leniter ad locum suum redderetur curauimus, præcipuè frictione ex oleo lilino, irino, rutaceo, costino, lumbricorum & vulpino: quibus quoque nucha, & vniuersum caput fouebatur. Elapsis tandem octo diebus, febris tertiana illi superuenit, à cuius tribus paroxysmis vexatus illi phar machum hoc dedimus, R. diaphœniconis, electuarij elefscoph. an. drach. 2. electuarij rosati Mesue drach. 1. decoctionis senæ vnc. 5. misc. fiat potus, quo optimè egressit, sequenti verò paroxysmo intensissima feb. infestatus à tortura liber euasit, sed in quartanam lapsus est, quam per duos menses passus fuit: & nullo alio aũhibito remediorum genere, sanitati integre fuit restitutus.

S C H O L I A.

Sæpe admirari licet Hippoc. diuinitatem observationemq; qualem in hoc morbo ab eo obseruari videmus, diximus enim superueniente quartana hic liber à tortura siue cõuulsione sanus est factus, quod non solum lib. 6. de Morbis. popul. part. 6 ad hunc modum dicens, *A quartana correpti, à*

*magna*

*magna morbo non corripuntur: si verò corripiantur prius, & succedat quartana liberantur. hæc Hipp. que ad torturam siue conuulsionem rectè referri possunt, quum magnus morbus, id est epilepsia, affinitatem cum conuulsione habet, vt curatione quadam huius centuria affatim diximus.*

*Curatio octuagesimasexta, de splenis duritie tensione ve.*

**Q**ui ex monte Securo ad me venit nomine Bartholus, splenem admodum durum, magnūve portabat: tentatis tandem multis & variis remediis hoc vnguento sanus est factus, quod ita habet, R. Olei communis lib. 3. medullæ crurium bouis libr. 1. butyri recentis libr. sem. succi bryoniæ, succi cyclaminis, an. lib. 1. Bulliant ad lentum ignem, vsque ferè ad consumptionem succi, & coletur: & colaturæ adde ceræ citrinæ vnc. octo, & postea adde pulueris asplenij, id est ceterach, corticum capparum, thamarisci, feminis agni casti an. vnc. 3. misc, fiat vnguentum. Cæterum, est vnguentum hoc mirabile, quo omnes doctissimi Ferrarientes vsi sunt, inter quos numerare est Sa uonarolâ, Vgonè de Senis, qui apud Ferrarientes obiit, Leonicum, Bonaciolū, Mardum, Brasaulolum, & omnes hodie ibi Medicinam exercentes, cum quibus per

septennium eo saepe vsi sumus. Cui addimus. Græc. myrobalanum, glandem vnguetariam Latini vocant, Arabes ben semilib. pondere, non minus sagapenum, ammoniacum, bdellium, opoponacum, & alias gummas: prout res ipsa postulat.

*Curatio LXXXVII. de angina.*

**M**ulier Græca, quæ ad portum habitabat, angina laborabat, cui illico sinistri brachij cephalica vena secta fuit. nam dextri non apparuit, ex qua multo effluxo sanguine statim bene valere se dixit: utrumque tamen ad sectionem venarum, quæ sub lingua sunt, tertio die peruenimus, & melius se habere dixit. Cæterum, primo gargarismo isto vsa est, qui ita habet. R. rob. mororū vnc. i. & sem. Syrupi acetosi s. vnc. i. aquarum capitum rosarum, plantaginis, an. vnc. 4. misce, fiat gargarismus: ut verò exterius admoueretur, sic prescriptum fuit. R. olei rosacei vnc. 2. chamælini vnc. i. miscè, & cum lana succidâ excipiatur, & loco admoueat: sed & postea hoc altero gargarismo vsa fuit: qui habet. R. rob. mororum vnc. i. myrtihæ, croci, nitri, sulphuris, an. scrup. i. aquarum hyssopi, origani, an. drach. 4. misce, fiat gargarismus, quo vniuersa clausa fuit curatio.

*Curatio*

*Curatio LXXXVIII. de duplici tertiana, ac venarum sectione.*

**P**Aulus Ferrerius patricius Anconitanus, vir prudens, benignus, grauis, obesus, temperatura sanguineus, ætatis suæ anno tertio supra quadragesimum, duplici tertiana correptus fuit: pro quo curando duobus alijs seniores medici accesserunt: tandem omnibus rebus ad curationem faciendis optime dispositis, quum inter nos conuentum esset de sanguinis missione, per venæ sectionem, accesserunt chirurgus, qui optime basilicam dextri brachij tutudir, sed sanguis minimè fluxit: at quum sanguis non flue et, nec altera in ea curuatura apparuisset vena, ex altera lateris sinistri basilica sanguinem extraheremus consulebam, & predicti medici satius esse venam inter digitum anularem, & minimum iacentem secate, quam sinistri brachij basilicam contra me contendebat: quia venula illa iecur magis respiciebat, & quod ita à præceptoribus suis acceperant clamabant: præualere tandem contra me duo illi, quia (vt in prouerbio est) Nec Hercules quidem contra duos, ægrè tamen ferens ipse, quum sciã in morbo vniuersum corpus occupante, perinde esse venam basilicam dextri brachij, ac sini-

stri secare; quum æquè à vena puteali, caua dicta, hauriant: & eò magis quia nec iecur, nec viscus aliquod particulare imbecille, aut malè affectum erat: cuius causa à ramulo illo potius quàm à trunco, sanguinem euacuare debebamus. Itè, quia nec nostra erat intentio retractione aliqua vti, in qua villorum, aut fibrarum seruari rectitudo sollet: vtcunque tamen sanguis demeretur, ipsum ægrotum intra paucos dies à morbo liberum fore, coram omnibus assistentibus prædixi, quod ita euenisse, omnes post ea non sine artis decore, viderunt.

*Curatio LXXXVIII. de parotidibus, id est, abscessibus in adenis iuxta aures nascentibus.*

**C**Lara vxor Proxenetæ, quum malè haberet, ad eam perueni, quam boni habitus, ætatis trigintaquinque annorum: sed ingenti febrili correptam comperio, quæ vnà cum parotidibus, hoc est, abscessibus post aures nascentibus, & cordatū ac nervorum colli retractione inuasit, quæ sita tandem causa vnde morbus euenire poterat, se ignorare respondet. Ego verò anxius noscens alioqui, nisi morbus hic à causa procathartica originem traxisset, lethalis & pestifer futurus erat, illico à soluta per clystere

sterem aluo, cephalicam dextri lateris aperire iussi, sanguinèmq; ad vnc. 6. fluere, parotides porro & colli retractiones ex oleo rosaceo, & chamæmelino inungi fecimus; nocte verò sequenti, victus regimine subtilissimo instituto, clysterè refrigerantem immitte: e mādauimus, quo soluta aluus fuit: manè verò cōspecto lotio, in eo coctio apparebat: sed febris omnino intēsè p̄seuerabat, de qua multū querebatur: sed ecce, hæc inter cōfabulanēū addit, possibile esse morbum hūc originem traxisse à vento frigido caput percuciente, quod ad fenestrā peccinaret: quo audito, morbū non ad eò solutu difficilem esse (vt apparebat) prædixi. Multū sanè ad morborum cognitionē causæ procatharticæ faciūt, & consequenter ad eorū præfagia, quanquā sæpe cum Galeno dixerimus, ab illis curatiua indicatio nō desumatur: quod intelligendū velim primariè; secus autē secundariè: tūc verò cucurbitulis cū scarificatione scapulis admotis melius habuit, & parotides cū ipsa febre remittē cōpperūt: vbi tamen abscessus fuerāt, illie signa rubra quædam relieta fuere, quæ ignem esse quis diceret: quibus postea crutæ quædam lenes superadditæ sunt: quæ ex albo camphorato vnguento illita, breuitate solutæ & illa sanitati restituta.

*Curatio nonagesima de dolore coxendico, & radice chinarum.*

**G**RÆCUS Proxeneia coxendicis dolore quodam antiquo vexari solebat: pro quo propulsando ad Patauinas balneas olim iam aduolauerat, & nihil profecit: postea ad guaiaci decoctum peruenit, & peius habuit: tandem meo consilio decocto radicis chinarum per viginti quinque dies usus est, & optimè sensit, ac ab illo dolore liber perseuerat.

**SCHOLIA.**

Superioribus anni radix quedam similis in totum radici cannarum à Lusitanis nostris, qui ad Indiam & regnum Sinarum & ultra nauigant, in Lusitaniam afferi cœpit, qua incolæ regni Sinarum, vnde potissimum nascitur, & vnde nomen traxit, ad multas agritudines vtuntur, præcipuè morbum Gallicum, & sudoris euacuationem: mirum enim in modum radix hæc exsiccatur, & sudorem prouocat: de qua quò hucusq; à paucis quod sciam, parùm aut nihil traditum sit, placet sermonem agere: & eo magis quia Andreas Vesalius superioribus diebus libellum quendam in lucem emisit, cui titulum fecit de radice chinarum, in quo (bons viri pace dixerim) nihil in eo præter titulum quod ad radicem sinarum agat, reperitur: totus enim anatomicus libellus est, pro quo intelligenda Oedipodia est.

Etore opus est, doctiss. enim Vesalius est, ac anatomicus insignis, Latina lingua satis peritus, durus tamè in scriptis suis seruus styli, potissimum in eo libello, in quo multa præclara & scitu digna ad anatomiam facientia leguntur: ad radicem igitur accedentes dicamus, quod quia ex regno Sinarum aduclitur, radix Sinarum dicitur. Quam primus in Lusitaniam Vincentius Gilius à Trifranis, rerum maritimarum maximus explorator, & apud Indos frequens negotiator adduxit: ex qua quò maximum quaestum faceret, mercatores non solum Occidentales, sed Orientales eam in vniuersam Europam postea traxerunt: quam tamen Turca & Orientales afferunt mercatores, Occidentalium anteferre radicem decet: quum magis grauitet, & præstantior viribus sit, quo factum est, vt Orientalis hæc triplo carius quam quæ per nauigationes Occidentales affertur, publice in pharmacopolis vendatur. Est enim radix hæc, vt dixi, similis omnino radici cannarum, quæ facile succedit, & vires suas amittit, cuius color in superficie subruber est, intus verò magnè albescit: præstantior, quæ magis grauitate censetur. Quatùm verò ad eius temperaturam attinet, si quò eius odorem, saporem, consistentiam, ac cetera per necessaria, quæ ad medicamentorum temperaturam venandam faciunt, rectè obserauerit, illam in aëliis qualitibus temperatam dicet: in pastis verò præcipuè in siccitate superexcedentem, vt tertium ferè obtineat gradum non dabimus. Est igitur

igitur radix hæc Sinarum, tertium ferè ordinem siccitatis attingens: cuius officium ac natura est humores dissolvere, eliquare, & subtiliter, ac in halitum, & sudorem eos deducere, & consequenter corpus exsiccare, unde mirum non est si morbo Gallico, destillationibus, catharris, articulorū doloribus, ac pituitosioribus morbis conveniat. Ceterum præstat qui huius radices decocto uti debet, hoc vitæ regimine utatur: primo in cubiculo, aut conclavi immunis à vento maneat decet, quæ de re in lectulo morari prudentius est, interea à vino absteineat quantum possibile sit. Cuius decocti potator ab omni venere alienetur; quin & concocta difficilia fugiat, veluti omnia acerba, acida, salita, saleem & acetum: sit illi cibus lenis, panis albus bene subactus, & optimè coctus, ut qui ad siccum magis declinet, cui semen anisi, vel fœniculi, aut cari adiectum est, caro verò capi sit oportet, ut gallinæ, aut phasiani, sed perdicis, mea sententiâ, præ cæteris in hoc casu primatum obtinet, ut pote ad siccum declinantis: veluti omnium montanarum avicularum carnes sunt, quæ assæ ad ignem potissimum commendantur: aqua verò coctæ non adeo, nisi radices decocto incoquantur. Sit verò prandium cæna maius, quod claudet parum diacydonitis saccharo parati, vel pirum saccharo conditum, aut coriandrum saccharo incrustatum: sit tamen pro victu regula hæc, ut semper post cibum sumptum, appetitus ad cibum maneat, nec satur à mensa

messa discedat. Vna passa, amygdala, vel miel, ac eo vel saccharo cædita liberaliter gustare potest, qualia sunt à nobis dicta, & alia varia, modo cœcoctis facillima sint: & illis stomachus non grauetur, aromatis quoque temperatè uti poterit. Cætera verò à nobis silentio prætermittimus, in hac curatione in totum abnegata sint, intelligi volumus. In igitur in ordinem dispositis, ac corpore, ut decet, evacuato, modum servandum in hoc decocto describamus. Primo igitur in aurora radices in assulas tenues rotundas per transversum incidantur: quarum uncia una in libris duodecim aquæ ponitur in vase testaceo capaci librarum sexdecim, ac igne lento ad consumptionem tertiæ partis coquantur, cuius decocti uncis decem vel duodecim calide in aurora bibende dantur: reliquum verò vini loco potandum servatur. Parari autem decoctum hoc debet singulis diebus; quia si in alterum diem servatur, facile acescit, & vires amittit: post potum autem decocti in aurora, ut dixi, sudare per duas vel tres horas in lectulo oportet. Si tamen in lectulo perdurare post sudorem non poterit, surgat: & pannis optimè coopertus in cubili maneat; ne tamen aëri exponatur caueat, nisi saltem post septem dies. Cæterum datur toti curationi dies quinquæ & viginti, ita ut uncis quinque & viginti tota curatio expleatur. At mea sententiâ, pondus hoc non semper servandum est. Morbis enim graavioribus radices huius maius pondus uncia una libris

libris duodecim aqua incoqui debere putarem: im-  
mo plus aqua quoque adderet, si ea agrotus indi-  
guerit, & multum biberit: nec minus de termino  
dierum mihi dicendum videtur. Nam: alicui vi-  
ginti dies sufficient: alijs verò ad trigesimum per-  
venire necessarium erit: nos verò huic, de quo agi-  
mus, agroto per viginti quinque dies decoctum de-  
dimus, & sanitati restitutus fuit.

*Curatio nonagesima prima de tertiana  
continua, & an febris biliosa san-  
guinis extractio per venæ sectionem  
conueniat: simul an syrupi frigidi  
illis merito datur: demum, an in die  
critico pharmacum dari possit.*

**A**lphandarinus Thessalonicensis me-  
dicus, natus annos triginta quatuor,  
natura biliosus, fortis & robustus, vixit  
cunicula, tertiana cõtiua: corripit cõpuit, ad  
quem accedentes medici, primò sanguinem  
per venæ sectionem in brachij flexura ex-  
traxerunt, & syrupos refrigerantes illi de-  
derunt: demum quum aluum lubricam ha-  
beret initio septimi diei, tres vel quatuor ha-  
buit secessus, & bene habebat. At medici  
hoc parum animaduertentes in eodem se-  
ptimo die post habitos secessus, pharmacum  
illi propinarunt, quo multat egressit, & male  
habere

habere cõpuit. Ad quem vocatus ipse vni-  
uersum eius corpus exterius refrigerari, an-  
gustari, & pulsus omnino retrahi inueni,  
adco vt difficillimè arteriæ perciperentur.  
Ceterum corporis magna erat impotentia,  
quam paraphrenesis comitabatur: demum  
nono die sequenti. ab initio agritudinis cõ-  
putato, diè suum obiit: agebatur enim dies  
duodecimus mensis Augusti, M. D. XLIX.

## S C H O L I A .

Tria pro hac complenda curatione, in dubium  
reuoantur. Primum, an biliosis febribus, sangui-  
nis misio per venæ sectionem conueniat. Secun-  
dum, an prædictis biliosis febribus laborantibus,  
syrupi frigidi rectè propinentur. Tertium, an in  
die critico pharmacum tuto agrotanti dari possit.  
Præ dubitationis causa Auicenna fuit, atque  
omnes eius collega, qui ardentissimas febres venæ  
sectione non esse curandas, earum efferuescentiam  
pertinentes contendunt: ita enim Auicenna Fen  
4. primi, capite de Phlebotomia tradit: In febr-  
bus autem à minutione cauendum est, scilicet in  
ijs, quæ vehementis sunt calefactionis, & inflam-  
mationis: cuius sententiæ rationem, etsi inibi clarè  
non reddat, ea tamen est, quam paulo inferius si-  
gnauit, ne videlicet bilis efferueat, vt ijs verbis se-  
quentibus apparet: quum dicat, Caue ne agrus ad  
viam durum perducas rerum, scilicet humorum

cholericorum ebullitionem, & frigidorum cruditate, quam Auicenna positionem omnes hucusque scribentes secuti sunt: veluti multi nostri temporis, qui se Aesculapios prædicant, nulla alia permoti ratione, quàm quia ita Auicenna dixit. Sunt autem ij adèò sanguisugi, vt prius egrum mori sinant, quàm hoc auxilium admittant, non recordati Gal. verborum libro Therapeutices non, Pauperes ditioribus citius & ocyus sanescere, hæc præcipuè de causa, quòd ex quo diuites in delictis ac desidem degunt vitam, plurimum sanguinis aggerare necesse est: quapropter venæ sectione indigent: quam tamen formidant, ac tremisunt: quòd potissimum in omnibus nostri temporis proponi posset, quum ampliori vtantur victu, quibus maxime venæ sectio conuenit. vnde Galenus concludit, Inter initia in febribus misso sanguine non pauperibus modò, verum etiam diuitum seruis, plurimi quidem s. aliquibus 7. crisis contigit, nemini serui. At diuites qui & sanguinis copiam & excrimentorum plusquam pauperes & serui habent, quum sanguinis mittendi prætermisere remedia, ac quotidie cum calido oleo perfundantur, tum lixantibus cataplasmatibus vtantur, phlegmonem mirum aliquam vel iccinore, vel ventriculo, vel liquorum isthic viscerum aliquo contrahunt. At in quarto, alij in quinto, omnes plane in sexto. At vt in totum ij cum Auicenna in hac parte citantur, Galenus medicorum diligentissimus, at se-

pietissimus accedat, cui aduersari aliud non est, quàm vniuersam subuertere medicinam. Scititur libro primo Aphorif. adèò in ardētissimis febribus sanguinis missionem, per venæ sectionem commendat, vt egrum vsque ad animi defectionem ducere non pertimescat. Eius enim ita habentur verba, enarratione vigesimatertia, In ardentissimis febribus si vsque ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur. Hæc Galen. quo bono nullum melius dari potest: quibus consentiunt eiusdem verba vndecimo libro de Morbis curandis, quem Methodum medendi appellamus, ad istum modum, Saluberrimum autè, vt prædiximus, est in febribus venam incidere, non continuis modo, verum etiam omnibus quas putrescens humor concitat: vbi præsertim nec ætas, nec vires prohibent. leuata namque corpus nostrum regit natura, exonerataque eo quo velut sarcina premitur, non egrè quòd reliquum est vincet: itaque proprii muneris haud oblita & coquet quòd concoqui est habile, & excernet, quòd potest excerni: quibus nihil clarius aut lucidius dici potest. In quoque suffragatur Hippocrates libro quarto de Ratione victus in morbis acutis, cuius verba ita habentur, In acutis morbis sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur, florueritq; egrotantis ætas, & virium adsuerit robur, quæ sane verba ibidem enarrans Galenus, ita inquit, Qui autem omnem de sanguinis

missione historiam intelligere voluimus, & gere sum  
 nostrorum, cum reliquorum medicorum libros potest.  
 Nunc verò summam ipsam in paucos tandem re-  
 latam scopos audi, sanguinem etenim primum de-  
 trahes, si magnus tibi videatur morbus. Tali autem  
 remedio vitur propter vehementes affectus. Hac  
 ex multis Hippocratis & Galeni locis sufficiant,  
 per quæ satis indicatur, quòd biliosus febribus san-  
 guinis missio per venæ sectionem conueniat. Non  
 est igitur quod Auicenna ac etus sectatores illi  
 contrarientur, & eo magis quia eorum ratiocina-  
 tio corrupta, ac inualida est. quum sanguinem in-  
 culpabilem secta vena vacuari, bile putrescente in  
 venis remanente, supponere videantur. Quod fal-  
 sum esse cordatus medicus nouit, quum bilis mixta  
 cum sanguine intra venas comperitur, nec vllibi  
 per se præter quàm in fellea vesica consistat, nisi  
 casu quoopiam ab impulsrice vi in partem aliquam  
 pellatur, vnde erysipelas, aut herpes oritur: ve-  
 luti si ad vniuersam cutim morbus regius pullu-  
 lat, quanquam & in decretorio sudore eam ex-  
 pellit comperiat: quanto magis iuxta Galeni  
 mentem, quando bilem putrescere, aut in corpore  
 dominari vidimus, biliosum sanguinem concipere  
 debemus, cum pro bilioso sanguine bilem vsurpa-  
 mus. Quum igitur bilis, & sanguis vnà consistent,  
 vt difficulter à natura vnum ab altero secerni  
 queat: admiratione dignum est, si secta vena si-  
 mul quoq; nõ exeant: & consequenter adhuc eadem

remauebit humorum proportio: effervescentia verò  
 minor, quum sanguis, quasi ebulliens, euacuatus  
 sit. At si asserat quis oppositum illi videri: quum  
 sanguis, veluti biliosi humoris frænum sit, quo des-  
 positio effervescentia maior redditur, & consequen-  
 ter corpus calidius & siccius, dico id falsum esse,  
 quum vacuato sanguine, qui vnà cum bile effere-  
 uebat, corpus refrigeratum manere necessum est,  
 & consequenter natura sic refrigerata, ac allentia,  
 residuum edomare, ac per notas vias pellere por-  
 terit, sicut iam diximus, & Galenus sepe opere  
 obseruauit. Ceterum ne sic in Auicennam debeat  
 chemur nec illum (vt in prouerbio est) de ponte dei-  
 ciamus, quum vir Philosophus fuerit, ac medicus  
 doctissimus, opere pretium erit viam inuenire, qua  
 illum à calumnia liberemus, & eo magis quia se-  
 primum Galeni sagacissimam sectatorem pollice-  
 tur: vnde illi aduersari in hac re minimè credendum  
 est, quum quando Galeno aduersari contendit, id  
 aperta fronte faciat: inquit igitur Auicenna, Fe-  
 bribus ardentissimis, ac biliosis morbis periculosum  
 esse sanguinem per venæ sectionem extrahere. Quod  
 axioma non sic in totum reiciendum puto, quum  
 in se veritatem contineat. Nam febris ardens ple-  
 runque æstus tempore, aut post elapsos maximos la-  
 bores gignitur, quo in tempore ex ambientis aëris  
 effervescentia inanita venæ ad sese succum biliosum  
 attrahunt: immo tum temporis, vt Hippocrati &  
 Galeno placet libro 4. de Ratione victus in mor-



bis acutis, multum prædicti biliosi humoris in extrema gignitur carne: quæ omnia vena sectionem prohibent, & eo magis quia in hoc tempore corpora sunt dissoluta, & minime sanguinis extractionem ferunt, quod si exequatur, & vena scilicet fiat, biliosi humores extra venas fluitantes, intrahantur: unde febres magis intenduntur, & ægri in vita discrimen veniunt, & hæc est ratio, à viri prudentissimi, propter quam Auicenna, ac post eum medici omnes docti tantopere sanguinis extractionem in ijs febribus timent: præcipue quando vrina cernitur subtilis citrina bilem vigentem omnino arguens. HIERONYMVS. Non igitur in ijs febribus biliosis, primò sanguinem per vena sectionem extrahere debemus? AMATVS. Ita Auicennam velle intelligo, & eo magis quando vrina subtilis citrina apparet, quæ bilem prædominari arguit, in quo casu, si venam secamus, bilis euocationem ad intra venas, quæ sanguinis feruorem facit, timemus: quo malo nullum maius dari potest. HIER. Quid igitur agere debemus, Amate, quum in has inciderimus febres cholericas? AMAT. Primò, minorans dictum medicamentum propinabimus: vt fluitantem bilem extra venas euacuemus, quæ parata est, dum vena pertunditur, ad venas renouari. Nam ea deposita, timor non est post vena sectionem, de humorum ebullitione effervescentiæ. HIERON. Ea de causa ante vena sectionem, omnium medicorum consilio

consilio, chyliterem immittendum iubemus. AMAT. Ita fit: sed in minorans hoc medicamentum validius & potentius est, & magis rei propositæ deseruit. HIER. Quum ex Auicenna, vt humorum ebullitionem fugiamus, primò minorandum astruis, abs te scire vellem, Amate amicissime, vbi nam apud eum hoc ita agendum lectitaueris. AMAT. Capite de Cause, vbi ita operandum clarissime docet, quum dicat, Et non phlebotometur: sorte enim inflamabit eos, & forte iuuabit eos, si fuerit illic turbiditas & rubedo (& subdii). Et indiget lenificatione in principio fortiori, & curatione diligentiore quam alteri febrium acutarum conueniat. Per quæ verba satis monct, quod qui biliosa febre laborat, lenitione magis indiget, quam qui altera acutarum febrium vexari solet: quia tumor est bilis ebullitionis, id est, attractionis bilis extra venas ad intra venas: quam medendi rationem ipse per longum tempus seruata habeo, & bene mihi senper successit. HIER. Nam & apud Indos, vbi diu artem Medicam exerceo, quum primum in illis biliosis febribus laborantes incido, sic exordium curationis præpono: quo maximam gloriam mihi comparavi, ac quæstum non vulgarem: nec vquam Arnaldum Villanovanum secutus sum, qui in similibus febribus tanquam timidus phlebotomiam trium vel quatuor vnciarum sanguinis, quam refrigeratariam vocat, adiicit. Secundum dubium propositum fuit, an biliosæ

febris laborantibus syrapi refrigerantes tuto propinari possunt? cuius quæsto breuiter respondemus, quod sic, non ea tamen intentione, vt bilem, subtilem humorem, crassiores reddamus, quam Galenus nunquam hoc voluit: sed hac potius, vt syruporum refrigerantium qualitate reſecta membrorum caliditas ac natura inde validior facta, expellat humores, & de nouo alios non gignat. Ceterum Auic. in hac parte perperam dixisse præterimitimus, veluti multa alia, quæ ad hanc rem faciunt. Tertium dubium est: ex eo quod quidam medici, 7. die ægritudinis, pharmacum ægotanti propinarunt, num in die critico pharmacum tuto ægotanti dari possit. cui dubio, nos breuitatem in hoc opere desiderantes respondemus, quod Hippocrates libris de Morbis populariter vagantibus, pharmacum die quarto, septimo, quariodecimo, & vigesimo præbet, quod Galenus non dubitat: immo variis in locis patrocinatur, nõ solum pharmacum prædictis diebus iudicatoriis præbendo, sed sanguinis missionem admittendo: vt lib. quarto de Ratione victus in morbis acutis, in quo pharmacum quarto die concedit, non minus libro Anusuratiua per venæ sectionem ad animam vsque de sectionem sanguinem misisse eodem die meminit, sed clarius libro nono Methodi medendi, ubi sanguinem esse quouis die mittendum, etiam septimo, si ille morbus atque vitæ suadeant, iubet: modo tamen in his crissimis diebus iudicium non ex-

peste

peſtetur: tunc enim secure & purgatio & venæ sectio fieri poterit. At si crissimis in diebus naturæ iudicium tentare videatur: tunc omnimoda artificialis euacuatio euitanda est: proinde quum ægotus hic de quo agimus, septimo decretorio die, à natura iudicium per secessum habuerit, toto cælo aberrarunt medici in pharmaco dando: quum incerta illi mors subsecuta fuerit, virium nimirum prostrationem imbecillitati addendo.

*Curatio nonagesima secunda de vetriculi antiqua erosione, & capitis destillatione, ac tussi ingenti sicca, & nonnullis aliis, quæ ægotam ad obitum traxerunt.*

**C**Atharina filia magnifici, & generosi Ioannis Gondulani, patritij Racusini, pulcherrima virgo, ætatis septemdecim annorum: quum à teneris annis apud monachas D. Bartholomæi ageret, non ea intentione, vt ipsa monacha futura esset, sed pater illi maritum virum probum affectans, interim apud illas commorari statuit. Hæc igitur quum apud illas ageret circa os vetriculi erosiones perferre cœpit, non eo tamen vt ex illis ingens perciperet nocumtum: grandior tandem facta, ægrius erosiones ferebat, quia magis ingrauesce-

bant, & caliditatem ingentem circa ipsum ventriculum, cum moribus illis patiebatur. Mala igitur qualitate per tam longum tempus in ventriculo impressa, necessarium erat inde alias per communionem quandam oriri: veluti fuit à capite destillationem in stomachum ipsum, vnde dolores intensiores facti sunt, & ad pectoris regionem, vnde tussis sicca, & ingens oriebatur: demum, vt paucis concludam, ob impressam malam intemperiem in ipso ventriculo, ob otium, mœrorem: quia tanquam carceribus retenta manebat, seminis retentionem & iecur calidum, pituita salsa orta est, vt in Scholiis indicabitur, quæ in caput obrepens, & per continuum adscensum debilius factum, pituitam ipsam discutere non valebat: vnde ad pectoris cavitatem per asperam arteriam, bronchum dictam, destillans, tussim siccam concitabat, & febrim quotidie per duas, vel tres horas, cum quodam membrorum tepore mouebat. Nam tussis frequentissima, vt dixi, erat & illa quidem sicca, ex salso humore exasperate membranam asperam arteriam intrinsecus ambientem, ex qua timor erat venæ rumpendæ, ita vt postea ita euenit, cum quibus, & ingens capitis dolor erat & membrorum grauitas, & sitis cum salso sapore cœ-

nua,

na, quinimodò parum dormiebat, & in stomacho intensam caliditatem, febris tempore sentiebat: & eo tempore quo non tussiebat, pectoris magnam constrictionem incurrebat, & difficulter spirabat, quod non aliunde euenire certus eram quàm à multo humore destillante, asperam arteriam repletam, & coarctatam habente. hic enim est tâtorum morborum & affectionum variarum concatenatio, cum quibus menses semper euisum suum solito tempore habuerunt. Pro quibus curandis varij medici accersiti sunt, quorum primus Guidus, qui nunc apud Fulginates ex conducto medicus agit, sanguinem per venæ sectionem illi extrahere fecit, cui ipse ac Federicus Seuerinus superadditi sumus, per duos longos annos in eadem perseuerantes curatione: quartus Ioannes Lucensis Reuerendissimi Cardinalis de Sancto Angelo, medicus doctissimus: quintus Hieronymus Fulginas, qui & nunc apud Anconitanos agit. Quia igitur morbus ex ore ventriculi originem habere cepit, circa eum primò animum aduertere ceteris non despectis opus erat, qui vt multis iudiciis percepimus, à multa pituita viscida crassa & tenace tenebatur: proinde ad oxymel, & hieram Galeni simplicem, ex seipsum rebus compositam confugimus, quæ

cti

etſi Galeni dicatur, ea potius tamen Andromachio tribuēda eſt, vt ab illo 8. lib. de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos colligitur, imò Andromachum ex Themiſone viro Priſco, & Aſclepiadis diſcipulo eam accepiſſe, Aetius refert, & Galenus non negat. Habet igitur hiera hæc Galeni ſimplex dicta ad iſtum modum, R. Aloes Indicæ drach. 90. maſtiches, cinnamomi, aſſari, croci, ſpicæ Indicæ, xylobaſami, ana drac. vj. miſce, & cum melle deſpumato fiat hiera picra ſimplex dicta, cuius drachmam vnā cum agarici ſcriptulo & oxymelite, catapotia parare faciebamus: quibus plerunq; poſt attenuatam cum oxymelite materiam vtebatur: quanquam & ſcammonium & fortiora nonnunquam prædictæ hieræ adiungebamus medicamenta. renitens enim humor hic erat, ac ſolutu difficilis, vt ad ſcillinum oxymel deuenire ſæpe quoque opus fuerit. Cæterum, quia à capite facta deſtillatio, multum vrgebat: quia ex ea ſtomachi affectio magis intendebatur, & tuſſis ingens ſicca oriebatur, & in ſomnis ægrotus perſeuerabat, circa eam multum ſolicitati quoque eramus: & eo magis quia humor deſtillans acutus & caſſus erat. Syrupum igitur hunc deſcripſimus; R. Syrupi violacei, iuiubini añ. vnc. ſem. papa-

ueris

ueris vnc. j. aquæ lactucæ vnc. iij. miſce. quætor igitur interpoſitis diebus, in quibus ieiuno ſtomacho in aurora, & quando ibat dormitum ebibit, ac de ventris reſpondentia habita ſolitudine, pharmacum hoc propinauimus, quod habet, R. pulpæ caſſiæ nouiter extractæ vnciam vnā, agarici boni nouiter parati drach. j. & ſem. ſyrupi roſati ſolutiuū vnc. j. decoctionis ſenæ vnc. iij. miſce, fiat potus vnus, detur in aurora, & deſuper dormiat per horam, quo rum per ſuperiora & inferiora multa eiecit, poſt hæc cæterum euacuationem, frictionibus, retractionibus, & ligaturis per longum tempus vſi ſumus: veluti cucurbitulis, errhinis medicamentis & aliis ſimilibus: ſed quum hæc agebantur, medicamenta materiam inſiſtantia per os dabamus, qualia ſunt, diaçodion, ſyrupus de papauere, de violis cõpoſitus iuiubinus, diatragacanthum cum bolo Armeno ad formam lupinorum redactum. eſt enim, vt obiter hoc dicam, bolus Armenus officinarū vera terra Lemnia apud Galenum deſcripta. Nam vero bolo Armeno nos carere dubium non eſt, dictis medicamentis addimus pilulas bechicas, quas Gal. ſub lingua quopuſq; diſſoluantur, vt in aſperam tranſeant arteriam tenere commendat, dauoneam, cuius deſcriptio hæc breuis eſt,

Rec

R. amyli vnc. iij. sacchari libram vnā, a-  
 quā violarum vnc. ij. ad ignem, vt decet, fiat  
 saūonea, nōn minus hoc conditum per plu-  
 res dies deglutiebat; Rec. Sacchari violacei  
 vnc. j. loch de altæa sine spec. drach. iij. dia-  
 tragacanthę frig. vnc. sem. sacchari candidi,  
 violacei drac. iij. syrūpi de papauere vnc. iij.  
 misce, si it conditum, quo vtatur ad libitū:  
 post cœnam quoque duas horas, vt somnū  
 conciliaremus, syrūpum de papauere con-  
 cedebamus; aliquando verō diacodium,  
 nonnunquam autem pilulas de cynoglof-  
 sa, veluti alia varia arteriaca medicamenta,  
 vt verō materia fluxa, & in pectore cōtenta  
 facilius reiectaretur extra pectus inungi fa-  
 ciebamus hoc, vel simili vnguento, R. Olei  
 violacei, amygdalarum dulcium añ. vnc. j.  
 butyri recentis, axūgię gallinæ, añ. vnc. s. ad  
 ignem misce, fiat vnguentum, quo pectus il-  
 linebatur: veluti sepe oleo ex amygdalis dul-  
 cibus solo. Ceterum, ne in huius morbi de-  
 scriptione amplius discurramus, scire decet,  
 vt cætera omnia optimè disposita erant: ita  
 tibus, qui huic iuueni offerebatur, optimi  
 erat nutrimenti: veluti pullorū carnes, per-  
 dicens, phasiani, & hœdī, lactucis, aut cicho-  
 reæ, aut papaueris albo semine aqua inco-  
 ctæ: veluti ex amylo parata panatella, & hor-  
 deacea pifana: sed vesperī cœna: prandio

minor semper fuit, quam veluti & prandiū,  
 caro cydoniorum cum saccharo parata sem-  
 per claudebat. A vino porrō unquam eam  
 abstinuimus, quia à paruis annis eo semper  
 in potu vsa fuit, quod mirum apud Lusitani-  
 cas mulieres dixerim, quę ac si illis per reli-  
 gionem vetitum esset, à vino abstinent, nec  
 nisi tempore parturitionis ex illis perpauere  
 illud gustant. Nam earum virgines adeo  
 antiquorum Romanorum mōrum serua-  
 trices sunt, vt malēt mori, quā vinum ol-  
 facere, ne dicam bibere. pura enim aqua  
 contentæ euadunt. Vtebatur igitur puella  
 hæc in potu vino non nisi aqua ex corian-  
 dri decocto parata, diluto, & eo quidem in  
 parua quantitate. Ceterum, dictis per longū  
 tempus vsa fuit: quæ nihilominus eisdem  
 citatis affectionibus vexabatur, scilicet ven-  
 triculi moribus, continua à capite destilla-  
 tione, tussi frequenti, capitis dolore, mem-  
 brorum grauedine & febricula dicta: vige-  
 bat autem tunc quum hæc agebantur rigida  
 hyems: sed quum hæc dicta medicamēta pa-  
 rum conferre videbantur, ad vesicatorium  
 medicamētum prope nucham admotū de-  
 uenimus, quod habet, R. Euphorbij, drach. s.  
 cātharidum drac. j. aceri parum, cum massa  
 fiat mixtio, ex qua nucis semiputamen ple-  
 num, loco per rasoriū ex pilis glabro facto,  
 admo

admotum est: sequenti verò die disrupta vesica, cicer intus indidimus, vt vlcus altius penetraret, & humor ad illum currendo retraheretur: iis autem tribus diebus, tussis diminuta est, & febris remissa: sed postea inualuit vt prius, & symptomata grauissima sunt facta, contra quæ vt decebat occurrebamus, modò vnum, modò alterum præbendo medicamentum, sæpe tamen syropus & pharmaca repetendo: tandem 45. die tussis adeò puellam istam infestauit, vt sanguinem subito excreauerit, spumosum, rubrum humiditati cuidam admixtum: quam vltimo paucus viuidus, nulli rei admixtus exiuerit, quæ ex vena pulmonis vel prope pulmonem existentem, effluxisse dubitabam. assidua enim humoris destillatione à capite in pectus vena quoquo modo corosa ingenti illa tussi aperta fuit, vnde sanguis ille effluxit, iuxta illud prouerbiale carmen:

*Assiduo illi durum. cauat vndulæ saxum.*

Tunc verò pro ipsò sistendo sanguine, ac claudendo orificio venæ disruptæ, hoc in nocte vsa fuit syrupo, R. syrapi myrtini, papaueris, ana vnc. j. boli Armeni orientalis drach. se. misce. in qua nocte nihil screauit, sed aliquantulū dormiuit. At in aurora sanguinem per nares concretionem emisit: vnde aliquis suspicari posset, sanguinem illum

totum per os emissum à capite fluxisse, non verò ex pectore: sed non ira se res habet, quum impetu tussis prædictæ sanguis ad caput eiectus fuerit: & postea per nares concretus emissus, vt quoq; Ferrariæ in iuvene quodam percepimus: cuius curâ vnâ cum Brasauola habebamus: sed pauculo interposito tēpore, puella hæc cū tussi verum sanguinem excreauit & maiorem persensit in thoracis medio dolorem: qua de re syrapi prædictū iterare fecimus, vt cochleari elambendo deglutiret, & exterius locus unguento de comitissa, vel de castanearū corticibus inugebatur: porro in iure capi amyli, & semen plantaginis infundi faciebamus, quod pro victu accipiebat. Cæterum, videtis puellam hæc in phthisim & hecticâ descendere paratam, & eo magis quia post hæc sanguinis reiectionem, præter febrem putridam intermittētem, quem pati diximus, altera de nouo in nocte affligēs illi superuenit, quæ cum ingēti rigore, & impetu alternis noctibus inuadebat, vt difficilem admodum tantorum morborum nexum quis dicere debeat: quia putridæ febres aperientibus indigent, destillatio verò & venæ ruptura constringentibus: hucusque tamen menses consueto tempore respondebant. Cæterum febris nocturna illa quæ alternis

noctibus affligebat, & præter aliam diurnam superuenit, tertiana appellanda est: cuius cum prima febris pituitosæ naturam sapiente complicatio, hemitritæus, febris orta est: quam semitertianam Romani appellant. ex quotidiana enim siue pituitosa febris, & biliosa tertiana hemitritæus resultat febris, quæ proculdubio malum portendit: tunc verò tantam humorum exuberantiam animaduertentes, eos quoquo modo ad expulsionem parare decreuimus, præcipuè syrupi bilem & pituitam respicientibus, hoc modo, R. Syrupi violacei vnc. i. oxymelitis sim. syrupi de endiuia an. vnc. sem. aquarum destillaticiarum vice, hoc decocto diluatur, R. Radicum endiuia, petroselini an. m. sem. capill. Veneris m. i. prunorum Damascenorum nu. 12 hordei pug. i. passularum absq. feminibus vnc. 2. in libris duabus aqua fiat decoctio secundum artem, cuius vnc. 3. prædicto syrupo pro vice infundatur, & miscet: ebibitis tandem nonnullis ex iis dictis syrupis, pharmacum ex rhabarbaro & agarico compositum obtulimus: sed non propterea pernecans morbus hic, ac carnifex cursum suum permutauit: sed in dies magis ingrauescebat, præcipuè tussis sicca illa quæ non uquam separabatur, ut credere par erat in pulmone vlcusculum aliquod esse: quam

quam sputa, si quæ erant, nullam indicabāt saniem: quia ubi est vlcus, ibi necesse est sit pus: inimo sputa in aqua mersa supernabāt & fundum non petebant. Elapsis tandem nouem mensibus, intentione habita ad destillationem, febrem & corporis ariditatem, sequens decoctum parauimus, R. Testudinum nemoralium num. 2. bulliant in aqua feruentissima demptis corticibus, deinde lauentur vino, ac postea aqua hordei, vel rosacea, tandem interanea pulpamenta dicta cum infra scriptis rebus coquantur, R. Florum boraginis, capillorum Veneris, seminum melonis, lactuce, an. vnc. s. radicum petroselini, boraginis, an. vnc. i. tragacanthi, gummi Arabici, amyli, glycytiræ, an. drac. sem. pinearum mundatarum, amygdalarum albarum, pistaciorum mundatorum, an. drac. 2. bulliant in libris sex aqua, ad consumptionem medietatis, & colentur: cuius uncias quinque cum vna syrupi violacei, quolibet die in aurora ieiuno stomacho bibat: spinam porò inungi ac renes costarumve regionem hoc unguento de lacte dicto fecimus, quod habet, R. Gummi tragacanthi, gummi Arabici, an. drac. i. infundatur in aqua rosacea per diem & noctem: & addatur olei violacei vnc. i. & sburyri recentis vnc. s. camphoræ drac. i. misce, & in mortario cum lacte

muliebris fiat vnguentum: hoc enim vnguentum optimum est, nec quicquam fertet ut aliud in quod medullæ ossium vituli, aut pinguedines ingrediuntur, quod ex lacte asinino, vel caprino parari posset: post ebitum verò syrupum totum, floris cassiæ nouiter extracti drachmas decem, in puluere dissolutas, per horam ante prandium dedimus, & bene contulit: quia febres nocturnæ dictæ, quæ plerumque nullum seruabant ordinem, remissæ fuerunt ita ut ex toto eradictæ visæ sint: sed tussis grauior & frequentior est facta: sed id in causam vertebatur quòd de obturatis meatibus à syrupo aperiente febres remissæ sunt: sed subtiliata materia magis fluebat & distillat, ac tussim frequentius mouebatur: at quia tunc thoracis strictura maxime vrgebat, fomentum sequens parauimus, quod habet, R. Rosarum rubrarum, chamæmeli, meliloti, matrum violarum, radicum alteæ, an. ma. i. seminis lini, sicuti Græci, an. pug. i. in libris decem aquæ fiat decoctio, facta decoctione & colatura, adde olei amygdalarum dulcium, lib. sem. misce, in qua filtrum imbibitum, ac optimè expressum, calidum pectori applicetur, & sepe inuouetur, ne sua frigiditate obstruat, ac pectori noceat, ut suadet Hipp. lib. de Rat. vitus in morb. acur. secundo & quarto, ubi de

de pleuritide agit. At interpositis nonnullis diebus in quibus ægroto ieiuno stomacho nihil præter ius capi cum pauco saccharo bibendum dabamus cassiam Aegyptiacam saccharo conditam, prout ab Alexandria, & Chairo ciuitate affertur, pro ventre mouendo concedebamus: sed cum iis morborum complicatio omnino perseuerabat. Nam tres febres inter noctem, & diem ægrotum inuadebatur & symptomata cætera aucta erant, pro quibus varia quotidie machinabantur, præcipuè elamberinum hoc, quod interdum deglutiebatur, & ita habet, R. Amygdalarum dulcium, seminis anguriæ, an. vnc. 2. iridis Illyricæ drach. 2. cinnamomi scrup. 1. succi violarum recentium vnc. 3. sacchari vnc. 6. & ut decet, paratur. Modus autem paranditalis est, primò sequens cõficiatur decoctum, R. Hyssopi siccæ drach. 6. tussilaginis, id est, farfaræ vnc. 1. & Sliquiritiæ, drac. 3. in libra vna aquæ fiat decoctio ad medias, & colaturæ adde prædictum succum violarum & saccharum & ad ignem lentum ferueat, quousque & decoctum, & succus consumatur: postea verò adde semina, & amygdalas optimè pistas, & vltimò cinnamomum ac pulueris radicis iridis Illyricæ, & misce ac fiat lambeinum: successu tamè temporis illum dolor illi superuenit, vnde dubium ortum inter



medicos fuit, an vlcus in pulmone haberet vel potius in pectoris regione, vel nullum horum haberet & tuberculum in intercostalibus musculis pateretur, vel forsan emphyematica esset: non enim rationes vnicuique pro sua astruenda opinione deficiebant: perseuerabant tamen tres dictæ febres, quæ interdiu & noctu cum tempore, & rigore affligebant: cōtra quas sepe pharmaca & potiones parauimus, frustra tamē. Non minus abrasis capillis capiti ceratum hoc admouimus, quod habet, R. Pulueris rosarum rubrarum, farinae hordei an. vnc. j. santalorum, an. vnc. se. seminis hyoscyami, lactucæ, an. drach. 3. pulueris baccarum cupressi, verbenæ, foliorum myrti an. vnc. i. croci scrup. i. mastiches, resinæ terebinthinæ, ceræ, an. q. suf. misce, & ad ignem fiat ceratum molle, cuius sufficiens quantitas in aluta extendatur, & sincipiti admoventur: propositum nanque fuerat de cauterio admouendo in commissura coronali, vel potius in brachio, quod negligentia prætermisissimum fuit: nec enim errores filere debet, quando Hippocrates diuinus se aberrasse in futurarum cognitione fateatur, ut apud ipsum est legere libro quinto de morbis populariter vagantibus Historia Autonomi in Omilo: demum suppressis mensibus

hat

hec pectus semper habuit, mēse tamē Februario, 1549. febrium rigores minui cōperunt, & symptomata solita: sed ecce tussis grauisima similis primæ superuenit, & ita intentā ut pectus dissumpi videretur: vigesimo tandem die eiusdem dicti mensis, menstrua quæ iam diū & per plures menses suppressa erant, fluere cōperunt, & ea quidem in bona quantitate, nigerrima tamen: auctis tandem omnibus prædictis morbis, ac decumbentibus viribus diem suum obiit. 28. die mensis Iulij anni prædicti, millesimi quingentesimi quadragessimoni.

## S C H O L I A .

Destillatio, à qua potissimum puella hæc obiit falsa erat: proinde quomodo humor falsus in corpore fiat, enarratione hic scire erit, ut praxi theorematata coniungamus: fit igitur humor falsus, auctore Galeno lib. 2. de Differentijs febrium, & libri de Facultatibus simpl. medic. duobus modis: altero, ob humorum putrefactionem: altero verò ob mixtionem serosæ humiditatis cum humore: ob humorum putrefactionē, quia illa ebullitione partes quedam terrestriores reddita humorem totum falsum reddunt. Sic enim puteales quedam aquæ ex longa ebullitione falsæ euadūt: ob serosam verò humiditatem humori coniunctā, quia serosa hæc humiditas præter quatuor humores in corpore reperta natura sua falsa est: ut in vrina percipitur, quæ

falsedinem humori, cui miscetur impertitur & falsus euadit: sed hanc secundam falsedinis causam Gentilis de Fulgineo, apud Galen. non recte nouit, vt ex suis verbis facillimè quis percipere poterit, quum Galenū præter rationē lancinet. Auicenna tamen hunc secundum modum generandi humoris falsi ad mixtionem bilis cum pituita redegit, qui sanè modus à Galeni citato non multum abhorret: modo per pituitam siue phlegma serosum hanc humiditatem intelligat: vel vt Auicenna à vitiligatorum morsibus defendatur, dicamus quòd quum bilis amara pituitæ mixtione quadam determinata à calore nostri corporis misceatur, inde neceffe erit falsus constetur sapor, vt Augustinus Niphus libris Meteororum, pro Auicenne defensione, adnotauit: vnde Manardi experimentum contra Auicennam adductum nullius est valoris, bonus Philosophus deprehendet. Inquit enim Manardus epistola quinta decimioctauæ libri suarum epistolarum, quum exigua aloes amara portione, aquæ misceret, inde aquam illam nõ falsam, sed potius amaram resultasse. Ficulneum enim experimentum hoc est: quia, vt diximus, non queuis: sed determinata potius à calore (vt falsus inde generetur sapor) commixtio requiritur. Maris porrò falsedo consurgit à quodam adusto terrestri illi admixto subtili à calore solis exhalato, quã quàm non desint alij qui mari falsedinem tribuunt, ob salis montes, in ipso Oceano mariu m patre re-

perios:

perios: quum videant alibi mare dulcibus aquis, & non falsis ornatum: sed hæc in præsentia dixisse sit satis. Ceterum, dubium non vulgare occurrit, & ad rationem curandi non parum faciens, Virū pituita salsa, calida sit, an potius frigida? Cui dubio nos respondemus, quòd Galenus quandoque eam calidam dicit, quandoque vero frigidam: sed id absq; contrarietate aliqua, quum pituita salsa, siue humor falsus, sua natura calidus, siccus, mordax, & acutus est: & eò calidior, mordacior, & acutior dicendus est, quòd falsior fuerit: vnde libris de Facult. simp. med. & tertio lib. Aphor. humorem falsum calidum absolutè esse dixit: quum verò humor falsus, parum falsus reperitur, parum calidus dicendus est: & ita parum calidus, vt eum Galenus quandoque frigidum dixerit, vt libro quarto de Ratione victus in morbis acutis, & secundo de Virtutibus naturalibus. Muriam enim parum falsam frigidam dicimus, nimis autem falsam, in qua ouum supernatat, calidissimam: hoc tamen semper verum est, quòd quanto magis humor falsus est, tanto crassior est, & calidior.

**Curatio XCIII. de ani proci dentia, & sedis hamorrhoidibus, ac pudendorum tumefactione.**

**M**Vlier nobilis Anconitana geminos pueros peperit, quorum pondere & labore partus tempore, vt plerunque par-

tum difficilem habentibus euenit, in ani  
 procidentiam, siue ani exitum deuenit: ve-  
 luti in hæmorrhoides, ac pudendorum tu-  
 mefactionem. Primò igitur de ano ad suū  
 locum reducendo solliciti fuimus, quod o-  
 pus facillimè adepti sumus: primò eum vi-  
 no calido lauando, ac sebaceo impellèdo,  
 quo reducto emplastrum sequens desuper  
 admouimus, R. Mastiches, thuris, sumac-  
 chiorum, rosarum rubrarum, corticum gra-  
 natorum, an. vnc. sem. balauftiorum, myrti-  
 lorum, an. m. sem. omnia, vt decet, pistentur  
 & vino rubro styptico excepta, ac calida  
 ano applicentur: libera enim iis ab hac fuit  
 affectione: postea verò nos vertimus ad pu-  
 dendorum tumefactionem, quæ cataplas-  
 mate composito ex chamæmelo, meliloto,  
 fœnu Græco, femine lini, hordeo, ac len-  
 tium farina discussa fuit: adiectis tamen o-  
 leis, vt fieri solet, chamæmelino, ac comple-  
 to rosaceo. Restabant autem hæmorrhoi-  
 des cæcæ magnum inducentes dolorem:  
 qui ita sedatus fuit, R. Matrum violarum,  
 rosarum siccarum, chamæmeli, meliloti, fœ-  
 ni Græci, sc. lini, phlomes, maluë an. m. 2. in  
 libris decem aquæ fiat decoctio, & mulier  
 pannis bene circumdata in sella regia se-  
 dens suffitum recipiat. At dum multum ve-  
 xabatur dolore, hoc illinebatur medica-

mento,

mento, quod habet, Recip. Opii scrup. j. bu-  
 tyri recentis vnc. vnam, vitelli oui, nu. i. olei  
 rosarum parum, misce: in mortario plum-  
 beo fiat linimentum: alteri verò cui hæ-  
 morrhoides apertæ erant, hoc vsi sumus  
 vnguento, R. Pulueris plumbi loti drach.  
 tres, vitelli oui num. j. olei rosacei, ceræ, an.  
 parum, fiat vnguentum.

*Curatio XCIII. de quodam asthmatis  
 co, suspirioso dicto.*

**S**imon iuuenis triginta annorum, natura  
 Asthmaticus, dictus anhelosus, siue suspi-  
 riosus, olim Gallica scabie infectus fuit, qui  
 præter volas manuum, & pedum plantas,  
 quas scabritie infectas habebat, nullum in  
 capite, aut alia totius corporis parte tuber-  
 culum, aut dolorem, scabiemque patieba-  
 tur: plerunque tamen grauissima ex asthma-  
 te incurrebat symptomata: at quum febris  
 continua corripere, cum qua multa ex-  
 puebat: die quinto deficientibus viribus ni-  
 hil amplius expuit, tandem initio septimi  
 obiit, non sine patrum & amicorum suo-  
 rum dolore. Fuit autem dies obitus deci-  
 mustertius, mēsis Februarij, millesimi quin-  
 gentesimi quadragesiminoni, quatuor ho-  
 ris ante auroram.

Curatio

*Curatio xcv. de dolore pedum.*

**I**uuenis Alutarius robustus, natus annos 25. pedū dolore corripiebatur, ita vt ambulare non posset: quū ad eum accederem, & causam vnde morbus euenire poterat interrogarem, respondet, Apud Illyricum in Zara ciuitate coria parasse hoc sequēti modo, Primò in aqua marina diu pro eluendis coriis & pellibus morabatur: postea inde subitò ad aquam dulcem tepidam se conferebat pro eisdem concinnādis pellibus, vnde morbum originem traxisse suspicabatur: & meritò sanè, quia ob motum & exercitium, ac tepentes aquas humores constricti marina aqua dissoluebātur: vnde quædam vnitatis dissolutio fiebat, & dolor oriebatur. Ab ipso igitur morbo curādi indicationem sumētes, primò sanguinem emisimus per venæ sectionem in brachij curuatura: deinde leui exhibito pharmaco ad balneum ex marina aqua paratum, eum traximus, quo pedes & crura lauabat, & ex toto intra decem dies sanitati fuit restitutus.

*Curatio xcvi. vbinam deficientibus brachialibus, arteriarum pulsus pro deprehendendo febris tangi medico debeant.*

Capitane

**C**apitaneo ob facinus commissum publicè Venetiis manus ambæ per brachialia abscissæ fuerunt, ita vt cum postea ægrotaret, pulsus arteriarum in ipsis brachialibus deprehendi non poterant: quæsitum tandem inter medicos præsentēs, vbinam arteria tangi deberet? Variè respōsum fuit: altero propè cor asseuerante, altero verò in temporibus: demum cum Galeno cōclusum fuit, quòd vbi pulsus carpi occultatur, tarsi arteria tangenda est, id est, arteria in pede ad secundum digitum post maximum sitam: vnde rectè eos medicos facere mihi visum est, qui quum de obitu, aut virium prostratione suspicantur, ad illam tangendam arteriam accedunt: quum cæteris pulsatilibus, prima deficiat, quia longinquior à fornacis calore sit. Sic enim doctissimus Galenus libro tertio de Anatomicis administrationibus inquit. Id autem inde liquidò constat, quòd carnosus nusquam in crure pulsus appareat, nisi in tarso id rectè ad secundum digitum post maximum tangimus itaque subinde arteriam inibi sitam, cum ea quæ brachiali subest, attingere, non potuerimus.

*Curatio xcvi. de carbunculo nato in oculi palpebra inferiori.*

Qui

**Q**ui ex Antibari Anconam venit mercator, carbunculum, Græcis anthracem dictum, in oculi palpebra inferiori passus est: tumebat autem non solum vniuersa ipsius affecti oculi particula: sed alterius quoque vniuersa regio, & collum, ac pectus, contra quem morbum atrocem, ac lethalem incedentes, illico sanguinis libram integram ex cephalica, capitali dicta vena, eiusdem lateris extrahere fecimus. (Nam ad animi defectionem vsq; Galenus libro Methodi medendi, 14. & 2. ad Glauconem non timet) & ea de causa, cum vires optime constarent, alteram ex eodem loco sanguinis libram fluere permisi, quum primum tamen prima sanguinis extractio facta fuit: ad crustæ & totius vlceris scarificationem nos diuertimus, profundis vt locus ferebat plagis, quas incisiones, aqua salsa calente, perfundere feci: & desuper hoc admouere emplastrum, Rec. Maluarum, violarum, radicum althææ, ana manipulum vnum: in aqua fiat decoctio, cui adde farinæ lentium, hordei, orobi, ana vnc. tres, butyri recentis vnc. salis vnc. sem. vitellorum ouorum, num. ij. oxymelitis quantum ad spissitudinem mediocrem sufficiat, fiat emplastrum: porro particula circumiacentes ex vnguento de bolo Armeno illinebantur: emplastrum ta-

mea

men de arnoglossa à recentioribus in hoc casu multum laudatur, quod habet, Recip. Arnoglossi, lentium, panis furnacei ana partes æquales, coquantur in aqua: & mea sententia, in oxymelite satius esset. Auicenna tamen gallas prædicto addidit emplastro, qui in eodem quoque casu, emplastrum probat, quod ex duobus constat malleis granatis, aceto, vel aqua acetosa coctis: remedium sanè à Paulo decerptum, quod ego parti laboranti nunquam admouerem, ni impetum multarum materierum oculum ad perniciem trahentium timerem: in hoc porro casu, factis scarificationibus, Ægyptiacum quandoque imponebamus, ac desuper emplastrum prædictum, quibus ex toto crustacea vlcera decisa sunt: & postea paucis aliis medicamentis cicatrici locus reductus, non absque tamen scedatione: nam depressa palpebra mansit, vt inuitè oculus lachrymat. Cæterum quum morbus hic seuerissimus sit, ac intra paucas horas, ne dicam dies, opus suum compleat, celeriter nulla interposita mora illi obuiandum est, præcipuè extremis remediis, quibus illicius venenum extirpat, inter quæ cauterium ex candente ferro laudare est, ac ex arsenico paratum, modò locus aut membrum id genus remediorum absque læsione ferre possit.

fit. Cæterum, quum hæc scribimus in mentem venit medicus quidam, qui quum in agrotum quendam carbunculo prope genu laboratē incidere, illi sanguinem per venæ sectionem in brachio extraxit, ex qua venæ sectione illico æger in obitum devenit: ob raptum enim sanguinis venenosi, & in carbone obstrusi mors subsecuta, ut videtur, fuit. Fit autem, ut obiter hoc dicamus, carbunculus, ex influente sanguine, nigro, crassoque, ac sæculento, eodēque feruente, atque impensē calido, qui semper cum crusta exoritur: aliquādo verò cum pustulis, ac vesicis similibus ambustis, quæ ex tenui quadam humiditate admixta oriuntur, & inde carbunculus cum pustula appellatur: ut in hoc casu interuenit, & frequentissimè contingit: nostro tamen ægrotanti syrupos ex nenuphare, & citri acetositate ad contemperatam supremam caliditatem illico in principio dedimus.

*Curatio XC VIII. de admotione remedium circa os ventriculi malè affecti.*

**A**Rchangela vxor strenui militis Edbardi, quum malè cibum concoqueret, & ob imbecillitatem stomachi, in vomitu

rum prona semper esset: nos rogat medicamentum illi demus, quo sana, & ab affectione dicta, libera euadat, cui obtemperans, multa machinati sumus, & an emplastra ad mouenda essent parti anteriori & posteriori ventriculi, in dubium à medicis assistentibus versum fuit. Cui quæsito ipse cū neotericis affirmatiuè respondi: alij verò anteriori parti ad mouendum cerotum vel emplastrum, aut quoduis aliud medicamentum tantum contendebant, quia Galenus (ut illi dicunt) nunquam pro ore ventriculi roborando medicamenta dorso applicuit: secus autem pro stomacho, gula, siue œsophago dicto, qui dorso spinæ secundum latus dextrum alligatur, & ea de causa vndecimo spondyli dorso linimentum, aut ceratum rectè applicari ad Galeni intentionem libro 16. de Vsu partium posse: vndecimo spondyli, diximus, septem colli computando, thoracis autem quatuor: cui loco stomachus subiacet, & os ventriculi continuatur. Locus autem Galeni, quo illi fulciebantur dicere, affecto stomacho, siue gula, aut œsophago dicto, cataplasmata, siue linimenta dorso spinæ esse ponenda: non verò ipsius stomachi ori patienti, ut lib. 13. Methodi medendi habetur: quem, mea sententia, non intelligunt: ita enim cap. 17. prædicti libri, textus

inquit: Voco hoc loco stomachum, gulam, quam propriè Græci stomachum appellât: nonnunquam enim ita etiam vocant os ventriculi: veluti quum stomachicè anima linqui aliquos dicunt, verùm in gula, quæ propriè vocatur stomachus, cataplasinata super spinam dorsi imponimus, non autem ad pectus, vel vt altera habet litera, non autem anteriori parti. Idem facimus, & quum os ventriculi phlegmone vrgetur, si quidem spinæ gula superiacet per collum, & pectus deorsum vsque ad ventriculum porrecta. Hactenus Galeni verba, quibus medici illi contra me mordicus contendebant, nullatenus dorso spinæ emplastrum vnum, vel alterum affecto ipso ore ventriculi imponendum esse: sed frustra sanè, quum Galenum non intelligant: quia tantum abest, vt hoc quod ipsi intelligunt, Galenus dicat, vt potius contrarium, si quis penitius eius sensum perceperit, eum dicere inueniet inquit enim Galenus, quòd affecta gula, quæ propriè stomachus vocatur, cataplasinata dorsi spinæ imponenda sunt, quemadmodum facimus, quum os ventris phlegmone vrgetur: nec in hoc dubium aliquod est, sed ij quum perfidia sua omnia euertere conantur, Galeni locos pertinaciter interpretantur: nec enim me latent, quæ

Cora

Cornarius Commentariis suis in libris de Compositione medicamentorum secundum locos, super hac re scripserit: quum reuera hæc nostra indubitata sit sententia. Sed iam age quòd Galenus nunquam de hac re verbum fecerit: nõne ratio ad hoc agendum nos inuitat? HIERON. Maximè sanè, quia prædicto loco spinæ, vt diximus, os ventris copulatur, & continuatur: vt ex corporum dissectione percipimus. A M A T. Quum igitur ventriculus membrum in corpore præcipuum sit, vt Qu. Sirenus eum totius corporis regem describere non vereatur, consonum est, vt quum malè sit affectus, ad eius restituendum robur duplici in loco inungatur, anteriori scilicet, & posteriori: & eo magis, vt duplici illa inunctione membra, quæ illum circundant, vt peritonæum, omentum, & membra ipsum circummunientia quoque recreentur, à quibus adiutus, ac instauratus, validior reddatur ad superandos, qui ipsum infestant morbos. HIERON. Ita fit, & quando mihi aliquis ventriculum debilem habens occurrit: semper auxilia anteriori parti ventriculi ad scuti formam, & posteriori thoracis spondyli quinto admoveo. A M A T. Miserrimi mea sententia dicendi sunt medici illi, qui alteri tantum parti remedia applicant: quum

virique etiam ad Galeni mentem admouere ea debeant, vt ex Aëtio, & Cornelio Celso quoque quisque percipere poterit.

*Curatio XCIX. de podagra, & chiragra, & nonnullis, quæ ad vena sectionem faciunt.*

**A**mbrosius Cratander Spoletanus, vir singularis doctrinæ, & qui cum eloquentia coniunctam sapientiam habet: anno sexagesimo ætatis suæ: quum aliàs articulari morbo laborasset, in chiragram, hoc est manus inflationem, & dolorem incidit. Solet enim morbus hic plerumq; ab humore calido & frigido ex capite præcipuè distillante oriri, vt Hippocrates diuinus ille adnotauit. Si enim ad pedes descendit, podagra dicitur: si verò ad manus, chiragra: si verò ad vniuersum corpus, arthritis morbus, id est, articularis absolute appellatur: quæ pati vidimus Antuerpiæ nobilem quendam virum iustitiæ protectorem, quem vulgò Burgimagistrum appellant. quum igitur nobilis hic vir, de quo agimus, post multam remediorum applicationem, œdematoso tumore manum occupante, liber euassisset, in febrem quandam incidit, quam comitabatur capitis dolor: membrorum laxitas, ac totius corporis pigrities quædam:

pro

pro quibus omnibus sanguinem in cubiti flexu extraximus, & illico melius habuit: omnino tamen querebatur, & meritò sanè. quia multa pituita in intestinis putrescebat, vt ex excrementis percipiebamus. quæ non nisi pituitosa, & mucosa semper erant: tandem pharmaco propinato, vniuersum corpus euacuante, & nonnullis adhibitis, ma-lam capitis temperiem, & iecinoris emendantibus, sanitati integræ fuit restitutus.

SCHOLIA.

*Quum varijs de causis articularis morbus ori-ri soleat: sic rarò pauperes inuadere ipsum videmus, vnde rectè Grecus Poëta podagram, deam μισηλωχην, id est, odio habentem pauperes appellat: quia ad eos nunquam vel rarò accedat: accidit quippe, ac sepe ad diuites, & otio viuentes visitat. vnde quidam disticho hoc eleganter podagra originem describens, ita dixit,*

*Λυσιμηλῆς βάνχη, καὶ Λυσιμηλῆς ἀφροδίτης  
Γινᾶται θυγάτηρ Λυσιμηλῆς ποδάγρα.*

*Quæ sic ad verbum verti possunt,*

*Soluere mēbra solet Bacchus, solet & Venus ipsa  
Soluere, & ex illis nata podagra solet.*

*Ita vt ex Baccho deo membrorum dissolutore, & Venere dea membrorum dissolutrice, filia podagra nascatur, membrorum dissolutrix. Caterum, quum in corona doctorum hominum essemus, & docto*



hic viro vena secaretur, in dubium versum fuit: num pertusa vena, illico digitum liceat superimponere, & sanguinis fluxum per paululum tempus cohibere. Secundò, an fluente sanguine, tuò potus aqua egrotò concedi possit, vel saltem illico post sanguinis missionem, demum vt omnes circa primum absolueudum comenère, ita circa secundum non parua orta fuit altercatio: quum enim secta vena est, vulnèri digitum superimponere optimum esse omnes astruunt: quia virtus discernens deteriorem sanguinem ad sectionem transmittit. Sed potissimum hoc fiat consulere, quando egrotus metu, terrore, vel stomachi demorsu in lipothymiam incidit, vel paratus est incidere: intercepto enim fluore virtus recreatur, & exinde euacuatio completa subsequitur: nec enim hoc tantum in principio fieri debet, sed ipso fluente sanguine, modo virium imbecillitatem timemus, proinde in quibus vires debiles sunt hac vti cautela in venæ sectione sanum semper erit consilium. Ad secundum verò dubium, quod est an medio sanguinis cursu aquam egrotò bibendam tuò dure possimus. Respondemus, quòd si non vrget necessitas, nec ager in lipothymiam paratus est incidere, quòd tunc nec aqua aut alterius rei potus offerendus est, immo ex toto abnegandus: quia eo fortè fluor interciperetur, sed in hoc maior dubij riu consistit, an facta venæ sectione: & fluxione cohibita, continuò febricitantibus conuenit dare frigide potum: quia multi

hodie

hodiernis medicis, id tanquam egrotis conuenientissimum moluntur, & in praxim ducunt, hac ful-  
tatione, quia quum bonum sit, sanguinè & humores intra venas contentos refrigerare, aqua in stomachum ingesta, à venis sanguinis missione inanius, attrahitur, & sic humores refrigerat: qui verò oppositum agendū contendunt Galen. adducunt libro nono Methodi medendi, & alibi dicentem: Cui sanguis extrahitur, interpositis duabus horis, cibus & potus nõ nisi exhibendus est. At mea sententia: qui febricitantibus aqua potum à sanguinis missione concedunt, multa sunt laude digni: nimirum, quia ratiocinatione verissima vtuntur, & à Galeni mente non aliena. Ceterum, quum in presenti de chiragra sermo incidere: in mentem venit Ludouicus Viues Valentinus, vir omnium suffragis doctissimus, vt eius attestantur monumenta, præcipue commentaria illa que super D. Augustini librū de Civitate Dei edidit. qui quum apud Antuerpienses ageret, ac chiragra laboraret, ab eo sui accersitus, ad ipsius bonam recuperandam valetudinem: tophaceas enim durities in manus articulis habebat, quas decoctum ligni guaiaci non rectè exhibitum firmauerat. Natura enim biliosus hic vir erat, qui ob contumacissimas durities illas, quas Greci poros, Latini tophos appellant, calamum ad scribendum vix arripere poterat: & ea de causa quum presens essem lacrymis persusus, decoctum guaiaci deplorabat, &

eo magis, quia post eius haustum, quae ipse commentarius meus prioribus super Dioscoridem in lucem editis de guaiaci natura, & temperamento scripsit, legerat: mirum enim in modum guaiacum exiccat: quo fit, temperatura siccis, multum obest, non igitur omnibus indiscretè guaiaci decoctum, præcipuè ex vino confectum offerendum est, quia inde insanabiles ægrotudines oriuntur: quare hie libentissimè admonerem, ut qui complexionibus calidas & siccas habent habitudines extenuatas, materiam morbi adustiores, ab hoc potu abstinerent: qui verò crassi sunt, natura pituitosi, humores lentos & frigidos habentes, securè eo uti possunt.

*Curatio c. de angina occupante laringem, & œsophagum, simulque quòd per clysteres iniecta in scula nutrire possunt.*

**M**ulier nobilis angina vexabatur, ita ut nec loqui nec cibum deglutire esset possibile, unde laringem bronchi, siue trachæe arteriæ caput dictum, affectam esse, simul ac œsophagi orificium certam est: unde quum sic ac emortua permaneret, per octo dies eam iniectis per anum iusculis, & pitana seruauimus: nec enim bonus medicus in hac re dubium committere debet, an in alium per anum in-

iecta

iecta nutrimenta in corporis substantiam verti possint: nouimus enim nos, non ex sophismatibus propositis, aut argumentis pro hac re adductis: sed ex ipsa corporis dissectione, quòd nutrimenta clysmatibus per anum iniecta optimè nutrire possunt, ut in hac percepimus muliere: quia ex ipso iecinore ad crassiora intestina venulæ quædam propagantur: per quas indigentia tempore icinori ipsum ad se nutrimentum per anum iniectum ex ipsis crassioribus intestinalis atrahere potest, quod noscens Cornelius Celsus lib. 3. suæ medicinae, cap. 19. minime de hac re dubitauit, veluti post eum Abinzoar gloriosus: ac cæteri Mauritani, nec Galenus vnquam hæc si non astruxit, saltem negauit, ut libro secundo de Composit. medic. secundum locos, capite de Cephalæ cura, & tertio de Symptomatum causis percipi potest. Cæterum, quum de clysteribus loquor, memoriæ occurrit, quòd quum probus quidam vir ileum, siue iliacum morbum (quem recentiores medici Miserere mei Deus, Latiniore autem, Volvulum appellant) pateretur, & per superiora multa euomeret: per inferiora verò nulla remitteret, post plures iniectos clysteres, ac oblongas glandulas, quas Hippoc. longitudinis decem digitorum in latitudine,

quandoque immitti suadet, quibus nihil egressit, ad hoc artificium deuenimus quo scopum obtinuimus, & ægrum ab orci faucibus liberauimus: ita enim artificium habet: follem fabrilem, quo passim ignem accendimus, optimè concinnatum ano indidimus, & eo flatum in ventrem immisimus: quo extracto infusum emolliens cum trochiscis alandaal paratum, per clysterem æneum, syringam dictam, subito eiaculari fecimus: quo stercora illico dissoluta, ac colliquata fuere & demum educta: sic enim in hoc morbo operandum suadet Hippocrates libro 3. de Morbis, cap. 15. quem legere ne pigeat oro: sunt enim pulchra ibi ab eo scripta & ad rem medicam utilissima: & sic primæ centuriæ est finis. Anconæ Anno M. D. XLIX. Kalen. Decembris, Romana Sede Pastore vacante, & Carolo Quinto Cesare imperante.

FINIS PRIMÆ  
CENTVRIÆ.

AMATI LVSI-  
TANI MEDICI PRÆ-  
STANTISSIMI CV-  
RATIONVM MEDI-  
CINALIVM  
\* \*  
★

CENTVRIA SECVNDÆ,

IN QVÆ METHODVS  
& canon propinandi decoctum  
radicis Cinarum, Iulio III. Pont.  
Maxim. compositus, vberius de-  
scribitur, quàm in prima habe-  
tur Centuria.

ILLVST



## ILLVSTRIS-

SIMO, ET REVE-

RENDISS. D. DOMI-

no Hippolyto Estēsi, Ferra-

rię Cardinali amplissi-

mo, Amatus Lu-

sitanus, Me-

dicus

S. D. P.




AGNUM, ac difficile negotium est, Antistes Reuerendissime, ali- quid in lucem edere. Nam præter- quam quod scriptores à nonnul- lis frequenter malè audiunt, nemo iam non audet aliena reprehendere: & absentium opera carpere, mordere, ac lancinare. Qui si tunc a- lessent facile se tueri possent, ac sua scripta ratio- nibus defendere. Sed, nullo respondente, perfacile est, quem vis reum peragere: atque erroris eum ar- guere, qui se à detractoribus tueri non valet. Cuius rei causa sapientissimi autores excogitârunt suas vigilias, & labores clarissimis principibus dicere: ut eorum numine, & authoritate libera, quo vel- lent, eorum ôpera à vitiligatorum (vt aiebat Cato) maledicentia prodirent: quod fecisse per multi clarissi

clarissimi viri inueniuntur. Inter quos & Graeci, & Latini celebrantur, qui sua studia præstantissimis Principibus nuncupârunt: quorum his- toriam texere esset nimis longum. Nam, vt vitis sine ridica, aut pedamento humi serpit, & Cælis & animalium cuius iniuria est obuia: ita liber absque principis alicuius splendore, & tutamine omnium detractioni, & ronchus exponitur. Quod infortunium ipse effugere studens, huic meæ Cu- rationum Centuriæ secundæ in lucem proditura, defensorem quærebâ: cûnque multi sese mihi obii- cerent, tu clarissime præsul potissimum occurristi, vt qui inter purpuratos patres gloria, & splendor sis: immo vniuersæ Christianitatis tuta columna. Quis enim nescit, quàm regia, quânque excelsæ tua sit Ferrariæ Estēsis familia? neque id sanè alio nomine, quàm ob multas easque egregias vir- tutes, & res domi, militiæque prudenter, & sæli- citer gestas. quam vt præteream, patrem suum ~~hunc~~ Alfonso silere non est. Quis rogo vni- quam principum illo prudentior fuit? & ad be- ne gerendas res aptior, ac felicior? quis facundior? qui constantior? quis bellicosior? quis denique in omni artium genere subtilior? Hinc enim factum est, vt eius æterna, & apud mortales immorta- lis sit memoria: cuius virtutes, & dotes in te, Princeps iucundissime, præsulque amplissime po- tissimum rigere videmus. ob quas, non solum Ro- me, sed in vniuerso orbe ab omnibus amaris, vnicè diligaris

diligeris, & pro speculo humanitatis haberis: unde audeo tibi parem aliquando pontificatus dignitatem, Iulio post longum tempus ad cœlum misso, vaticinari. Non quod ego sim vates, sed ductus quadam vera ratione. Non ex syderibus, aut auguriis, sed prudentiæ ordine deprompta hæc modo prænosco. Quam ob rem Antistes maxime colende, meritò meus libellus sub celsitudinis tuæ virtutum umbra, in lucem prodit, qua mirificè protectus, non solum tutus, sed tuo fulgore ornatus per orbem vagabitur: & curationes suas maximo ægrorantium commodo diffundet, neque tu pro tuam signi humanitate, oblatum tibi munus, licet tenuè aspèrnabere. nam hoc exiguum donum si hilaritè acceperis: ad meliora tuis auspicijs accingar. Interea verò *Amatum Medicum Lusitanum,* qui se celsitudini tuæ devotissimum dicit, tuo favore complectere. Vale  
 præsul amplissime. Roma  
 Kalend. Maij,  
 M. D. L. l.

A M A



# AMATI LUSITANI MEDICI PH.

SICI PRAESTANTISSIMI curationum medicinalium Centuria secunda.

*Curatio I. in qua agitur, de destillatione calida.*



ILLUSTRISSIMA Domina Iacoba de Mõre, Iulij tertij Summi Pontificis soror dignissima, Anconæ destillatione calida laboravit. Testabatur autem notæ multæ destillationem hanc ab humore pendere calido & subtili: prima, quia quum à capite humor descendebat, palatum, fauces, guttur, laringem, hoc est tracheæ arteriæ caput, & iis reliquas affines particulas vrebatur, exasperabat, vexabat, ac mordebat. Et igneum quoddam excorians descendisse aliquando lamentabatur. Secunda, humoris citrinitas, qui color bilem attestatur: tertia salsus sapor, quæ in ore percipie

cipiebat nõ adeò tamen intensum, caliditatem vtcunq; præ se ferens. Quarta febricula illam interdum detinens. Quæ omnia, vt noſtis, caliditatem & humoris acuitatem arguunt. Porro humori ſubtili bilioſo, craſſiuſculus pituitoſus erat mixtus, vt ex ipſius humoris ſubſtantia per ſputum deiectione videbatur. Quin & eius ætas ita eſſe clamabat: duos enim ſupra ſexaginta ætatis ſuæ annos agebat, dominabatur tamen (vt dixi) humor bilioſus, ſubtilis, qui per palatum in fauces & ſtomachum deſluens, cibum in eo sæpe corruppebat, quem poſtea aciditate infectũ euomebat. Qui deſcenſus Græcis catarrhus, Latinis verò propriè deſtillatio dicitur, nec minus humor hic in aſperam arteriam deſtillabat, qui maximam ac infeſtam concitabat tuſſim: quem deſluxum Græci branchum, Latini verò raucedinem appellare ſolent. Huius quoque humoris portiuncula in nares currebat, aliarum affectionum ſalubris ſanè deſluxus, & quem Græci Corizam vocant. Latinioreſ verò Grauedinem. Cæterùm, morbus hic à mala cerebri intemperie calida materiali pendentiam habet, pro qua extirpanda remouenda ve ſanguinis extractione opus erat: præcipuè ex vena cubiti exteriori, quæ cephalicam vocamus. Sed quũ nonnulla impedi-

mento

mento eſſent, eam prætermiſimus: cuius vice cucurbitulas ſcapulis admouere fecim⁹, & ipſis ſanguinẽ per vulnuſcula extrahere.

Errhinorum medicamentorũ vice, aqua violarũ erat, quæ nares dilatat, & viam reddit liberam materiæ per eas effluxuræ.

Humores quoque exuberantes à capite deorſum delati ac retracti fuere extremitatum ſtriſtionibus, & ligaturis.

Syrupus excellentiſſimæ huic dominæ oblatuſ, violaceus erat & iuiubinus, cum aqua violarum & hordeacea dilutuſ, quo craſſiuſcula facta eſt materia, quam pilulis, aureis & aggregatiuis purgauimus, veluti poſtea manna, caſſia ſiſtulari, & aliis ſimilibus. At poſtea diatragacãthum cũ bolo armeno illi offerebamus. In nocte verò pro conciliando ſomno ac craſſiori reddenda materia, ſyrupum papaueris pōdere duarũ vnciarum cum totidem aquarum lactucæ vnciiſ bibebat: aliquando verò ſyrupi huius vice, diacodion ſolidiori forma paratũ in ore tenebat vt oris caliditate eliquatum per aſperam arteriã laberetur ſupinè cubãdo. Nam alio in tempore præſertim ſomni, ſupinum decubituſ fugere oportet: dormire autem in vëtreſ magis, vt catarrhuſ in nares deſtuet expedit, iis annectere eſt pilulas bechiças, ſaccharum Candum, viola-

D

ccum, diatragacanthum frigidum, præcipue eo modo quo in Italia album trochiscorum modo concinnatur: & esus apparatus ita habet, R. Gummi tragacanthi boni, ꝑnc. 2. gummi Arabici ꝑnc. 1. & drac. 2. amyli drach. 4. liquiritiæ mundæ drac. 2. omnia subtiliter puluerizentur, & libris quatuor sacchari optimè cocti & clarificati, adiiciantur. Postea in mortario marmoreo tam saepe tractentur cum farina amyli quoad massa fiat apta, vt ex ea trochisci sigillati formari possint. Hoc enim diatragacanthum vulgare vniuersæ Italiæ est, quod albidissimum ac ægrotis placidum admodum est, secus autem illud alterum coloris ciueritij à Nicolao in suo Antidotario descriptum: tamen si maioris efficacij esse non sit diffidentum.

Conditum quoque delicatissimum citare est, quod ex succo violarum ac floribus ipsis violarum contusis, & saccharo exceptis componitur. Paratur autem ad ignem ac rotularum figura redigitur, quod & in ore vt cætera artheriaca tenetur.

Sed & decoctum sputum facilitatis interdatum sorbebat, quod ex zyzphis, id est iuubis, myxariis (sebesten hodie officinæ vocant) floribus violarum, hordeo mundo, & pille veneris, glycyrrhiza, vna Sole exiccata,

ta, seminibus frigidis, & iis similibus aqua incoctis constabat: adiectis tamen penidiis ac saccharo: cuius vice, aqua hordeacea saccharata interdum vsurpabatur, quum multum existeret peccoralis, sicuti iulep violatum quæ omnia cochleari sumi debent: & paulatim deglutiri vt portio eius assumpti in asperam arteriam deerret. eodem facit elegma sequens, quod habet, R. Manne electe ꝑnc. 1. penidiarum ꝑnc. 1. & sem. olei amygdalarum dulc. drach. 6. oxymelitis sim. syrupi violacei an. quantum sufficit, misce: fiat electuarium, in formam loch, & hoc sequens, R. Butyri recentis, drach. 2. syrupi violacei compositi quantum ad spissitudinem & formam loch sufficit, misce, & elambendo vt cætera accipiat. At thorax foris oleo violaceo, aut butyro recenti, vel oleo amygdalarum dulcium inungebatur, nec ad emplastra, aut cataplasmata ex mucilagibus seminis lini, foenigræci, cum maluis & matribus violarum, adiectis oleis prædictis, vt parari solent, deuenire opus fuit. Sed dum hæc tractabantur, illustrissima domina malè habebat, & morbus grauius eam affligebat, & fluxio siue destillatio perseuerabat: ex qua tussis, vt dixi, oboriebatur contumax ac difficilis, pro quibus amouendis curandisve pro-

positum à medicis fuit: anceratum ex taspia concinnatum: vel emplastrum de stercore columbino, aut emplastrum rubicás vt synapismum, aut huiusmodi alterum capiti admouere esset optimum: de qua re Scholia legere est. Cibus huic oblatas capi contusum cum ptisanæ optimè concinnatæ parte dimidia: veluti amygdalarum seminibus frigidis paratum.

Potus, vinum subdulce hordeacea aqua dilutum erat, cuius vice, sæpe aqua mellis utebatur. Sed morbo iam inclinante, inter cibos porrum vnum vel alterum adnumerare est, quod aqua coctum, ac recenti butyro exceptum, acetarij vice concedebamus. Eo enim multum se delectari aiebat. Nam porrum nimium pectori valere, omnes auctores astruunt: quod & Nero Imperator olim non negabat, qui quum bene cantaret, porris multum debere se fatebatur: vt memoriæ commendauit Platina libro suo de Obsoniis, siue de Honesta voluptate. Qua de re hodierni medici, porrorum decoctum tanquam pectorale ad multa concinnanda arteriaca medicamenta vsurpant. Sed & fabas illi offerre inter nos conuentum fuit: præcipuè quum iam meliusculè haberet, & materiam spueret. Sed quum dissidium ortum esset, an cum cortice, vel sine

co fa

eo fabæ coctæ dādē essent, ideo ab eis abstinimus: pro qua re inuestiganda paulisper hic immorari nõ pigebit, & eo magis quia hæ sunt res de quibus scire iustum est.

## S C H O L I A.

*Duo in hac curatione desiderantur: primum, an laboranti catarrho ab humore subtili pendente, emplastrum de taspia, vel ex stercore columbino confectum, aut huius classis rubricans aliud, admodum securè eius capiti debeat vel possit? Cui dubio Galenus respondet, quòd quando ab humore subtili calido destillante vene ruptura timetur, vel hominis suffocatio, aut pulmonum exulceratio, vel horum aliud simile malum, tunc illico in principio ceratum ex taspia vel medicamen, quod ex paulumbis stercore constat, capiti apponendum est: vt ex historia libri quinti Methodi medendi quisque percipere poterit, cap. præcipuè 13, vbi de curatione quam Romæ in splendida muliere peregit, tractat. Hoc enim remediorum genere nititur Galenus materiam destillantem sursum retrahere, vt sepe in vniuersa eius doctrina legere est. Institutum enim à nobis est, in hoc scribendi ordine, non auctoritates aggerare: prout hodie multi ad doctrinæ ostentationem faciunt: sed res vno vel altero loco signare, vt studiosi postea maiori cum ocio eas inuestigent. In Galenum porro Alexander Trallianus, vt grauissimus debacchatur. Qui libro secundo sue medicinæ, capite quinto, in quo curationem eo-*



rum, qui ob acreis humores sanguinem spumit, percurrit, ita inquit, Nec possum non demirari, quod Galenus mirificus ac summus medicus, inter medelas huius mali, nihil frigorificum, nihil item eorum quæ humectant recensuit: sed contraria omnia fecit. Nam intra initium confestim calorificis, siccisque usus est: quibus mali causam magis inflammavit, magisque exiccavit: pulchrè nimirum excretionem sanguinis ab erosione ortam gnarus: proinde rebus ita se habentibus, præstat illico frigorifica & humectantia adhibere potius quam intendendæ qualitati causâ insistere: quod si ampliorem *νακροχυμια* subesse coniectaueris faciendâ est euacuatio, qua fiat humorum maximè acrium & biliosorum euulsio, ne intemperie sua & caput & pectus maiore acrimonia adsiciant. Radebat ille egri caput, & imponebat mendicamen ex stercore agrestium columborum, ducens in laconicem & balneum siccum languentem exhibuitque theriacam & taphiam (illam nonnunquam quum petendus esset somnus.) Neque permittebat olei quicquam, neque capiti, neque pectori, neque reliquo corpori profundi. Quæ sanè omnia ampliorem acredinem inducunt, & abrasionem longè spaciosiorem efficiunt. Nec enim placant, & fluentem materiam sedes vellicando corrodendove non prohibent: quum tamen satius sit acredinem temperate sedare, & quicquid suis reprimere. Quædam

tuffo

tuffis, quæ sanguinem quoque extundit, mitiganda est. & omnium præterea membrorum temperamentum bonum (quo non est aliud præstantius adiniculum) studiose tueri expedit. Quibus omnibus ad unguem observatis, utendum est his quæ desiccandi vi cicatricem contrahunt: mea utique opera complures ad pristinam statim reuersi sunt valitudinem, nulla adhibita, neque theriaca, neque alijs quibusdâ antidotis: vsi perpetuò non vellicantibus medicamentis: præcipuè verò coccinatis, è lapide hematite, Hactenus Alexander. Qui paulo post subdit: Docuimus autem his qui propter abrasionem ex distillatione quam *κατάπυον* Græci dicunt factam, vel ob calidam intemperaturam sanguinem proijciunt, minimè utendum esse calfacientibus & exiccantibus, vel aliqua acrimonia præditis medicaminum prædictis, sed contra ijs potius quæ nihil, neque acredinis, neque mordacitatis in se continent medicaminibus curationem esse machinandum, & eventus felicissimè conatibus respondere. in cuius utique penuria succenturietur lapis armenicus. Ex ijs igitur Alexandri verbis, quæ sic in longum citare placuit, satis claret, eius animum esse in catarrho frigido periculum minante, optimum esse & ceratum de taphia, & medicamen ex stercore columborum agrestium, capiti apponere: veluti alia calida attrahentia medicamina: secus autem in catarrho à calida & subtili pendente materia. In quam sententia

tiam Aetium quoque ire audimus, qui cōtra Galenum subobscurē sermone octauo suae medicinae, cap. 53. ita loquitur, Melius autem erat, meā quidem sententia, velut fontem malorum excindere sanato videlicet capite: quod si impossibile sit facere ob vehementiam naturalis intemperiei, omnino tamen eius saluti consulere oportet. Indicatione ex figura ipsius accepta quomodo ei subueniri possit. Non enim mox veluti aliqui medici omnibus capitibus semper ex tapsia & sinapi cataplasmata adhibent sic & te facere volo. Etenim si à calida intemperie caput vexatur, omnia calida pharmaca nocua existunt: oportet itaq; ipsos balneis multis calidis, potabilium & dulcium aquarum consulari, simulq; generatos in capite vapores calidos discutere, & temperaturā omnem in melius mutare. Nocuius autem est eis vsus aquarū natura sua calidarum, &c. Hæc Aetius. Qui eodem octauo sermone, capite autem 60. in quo eorum pertractat curationem qui ob destillationem sanguinem expuunt, non alijs quā Galeni vitur verbis à nobis ex lib. 5. Methodi medēdi superius adductis: quibus nec Paulus Aegineta quicquam, vt solet, dissidet, vbi de cruentis sputis, libro suo tertio sermonē facit, capite scilicet 31 quibus verbis. Aui cenna, vt solet, ad stipulatur Fen. decima libri tertij sui Canonis, tractatu tertio, capite sexto, vbi vt obiter hoc attingam, ineptē admodum interpret, pro tapsia, r. am syluestrem vertit. Caterū, nos

tamen

tamen si periculum esse nouimus inter tam graues, ac precipuos authores iudicium facere, id tamen quod longa experientia obseruatum habemus, referre minime grauabimur Vbi enim catarrhi materia est frigida, intemperiem cerebri frigidam corrigimus, eumq; sacculus ex salvia, maiorana, stœca de, betonica, origano, pulegio, milio, thure, sale, melanthio, & similibus, roboramus: quin & id laudate mandamus vino aromatico vel maluatico, adiectis caryophyllis, nuce moschata, utroq; cardamomo, & galanga, immo & lixiuio capitalibus plantis apparato: quod si votū non responderit, ad synapsimum, vel ceratum ex tapsia, aut medicamentum confectum ex fimo columborum agrestium, deuenimus: modo morbus nobis inducias det: quod si à principio illico periculum secum trahat, nulla interposita mora, ad hæc dicta confugimus medicamenta, veluti ad vesicatoria, & candens feramentum, cauterium dictum; commissuræ coronali imponēdo. At si catarrhus à materia calida, subtili, & acri, eueniat, à qua suffocationis periculum impendet, aut excoriatio, vel venæ ruptura cum tussi aspera, & insomnia, tunc omnibus machinamentis materiam expellere sollicitamur, & eam refrænare, ac frigidis & humidis medicamentis crassiores reddere: ad pilulas de cynoglossa, & opiata medicamenta vsque deueniendo: exterius verò olea frigida, & vnguenta refrigeratoria admodum: quod si non profuerint, aut morbus non

venietur tunc ad vesicatorium suscipiti ad summam devenimus, cerata & emplastra calida omnino fugientes. Si morbus tamen inducias præbet, in brachio, primo non procul à capite corui loco humero insito, cauterium affigimus, in eo præcipue brachio, versus quod partem capitis catarrhus magis affligit. nonnunquam verò apertionem post aures facimus. Cauterium verò commissuræ coronali verò in calida affectione admittimus: quanquam Arculanus, ac ferè omnes præctici indiscriminatum in utroque catarrhotæni frigido quam calido, cauterium hoc summè laudant: præcipue si per longum tempus apertum vlcus dimittatur, quia per id copiosa & multa materia vacuatur: meatamen sententia in calido catarrho cauterium fugiendum est: quia membrum magis inflammat: & materiam fluxibiliorem, & acutiore, ac magis acrem reddit, quod experientia comprobatum habemus. Et Alexander Trallianus non sinit libro secundo sue medicinae, capite quinto, ubi ita inquit: Cognouimus verò quempiam, qui propter mali & noxi humoris fluxum in pectus (frigida intemperie) hoc malum incurrit, cauterij caput inuisisse, atque omnibus illico symptomatis caruisse: ita sanè ut ipsa qua tenebatur humorum officium facientium plenitudine penitus exhausta, rursusque sublata, excretionibusque exustionis beneficio fluxu destitutis, sanitatem recuperarit. Ita porro affectu thermae summè

summo remedio sunt, quemadmodum contra, qui ex calida intemperatura in morbum incidunt: his colorifica sunt aliena, & frigida expediunt: ex quibus Alexandri verbis satis manifestum euadit, quam pueriliter Hieronymus Cardanus, medicus Mediolanensis in suo de Malo medendi vsu libello errat: quum absolute nulla habita caliditatis aut frigiditatis ratione, in distillationibus actualia cauteria prohibet: absque enim hoc remediorum genere clarissima hæc domina intra dies triginta ad sanitatem integram fuit restituta. Nunc demum secundum dubium restat, An fabæ excretionibus pectoris & pulmonis conueniant. Secundo, an cum cortice, vel sine cortice, danda sint fabæ. Pro quo absoluendo, primò notum omnibus esse arbitror, fabam, (de sicca enim loquimur) frigidam & siccam ferè in primo gradu esse, ut tradit Galenus libro septimo de Facultatibus simplicium medicamentorum, ex qua edulium adeò flatulentum paratur, ipsam flatulentam arguens, ut si per tres dies quis eam coxerit, nunquam ab hoc flatu exollabitur, ut refert Galenus libro primo de Vitis ratione in morbis acutis, enarratione decimo-octaua, dicens, Psisanam si valde coxeris, cibum handquaquam flatuosum efficies, idv & autem fabaceum, (ita Græci vocant,) neque si tribus coxeris diebus, flatu viduum orbatumque reddideris: nempe ex propria substantia quod flatuosum est, habet, non autem eb diminuat, aut coctionem velut

ptisana: eodem pertinent que ipse libro de Attenuante victus ratione, capite de fabis, tradit, in-  
 quiens, Fabæ coctus sunt difficiles & multum flatulente, proinde gladiatoribus olim cibus erat, ut meminit lib. primo de Aliment. facult. ijs enim de fabis præcitis, quod difficultis concoctionis sint, ac nimis flatulente, ad dubium reuertamur: An pectoris & pulmonis excreationibus conueniant fabæ? Cui dubio, omnes tam Græci, quàm Arabes respondent, quod sic: nimirum docente id primo Galeno libro septimo citati voluminis, vbi ita inquit, Porro, ut edulium flatulentum est faba, ac coctus difficile, si quid aliud: ita excreationibus ex pectore & pulmone idonea: & cætera. Sed an cum corticibus vel sine eis coquende sint, ut excreationibus prosint, hoc opus hic labor est. Galenus citato libro septimo, de Facultatibus simpl. medic. inquit: Caro eius paulum quoque abstergentis facultatis continet, sicut putamen nonnihil abstringentis. Qua de causa, medicorum nonnulli totam fabam cum oxycrato decoctam dysentericis, cæliaci, vomentibus, quos iquirixus nominant, exhibuerunt. Ex quibus verbis satis constat carnem fabarum depositis putaminibus coquendam esse, ac pectoris affectionibus & vitijs laborantibus propinandam esse. Quod Galenus ipse ita faciendum præcipit libro septimo de Compositione medicamentorum secundum locos, capite primo, in quo de affectionibus circa partes respirationis contingentibus agit.

Inibi

Inibi enim inter reliqua pectori conuenientia, fabam fresam elixam, numerat: est autem faba fresca, absque corticibus fracta, alba que reddita, prout hodie varijs in locis venalis habetur. In quam Galeni sententiam Auicenna vadit, ac post eum omnes practicas scribentes. At Paulus Aegineta, ut solet, libro septimo suæ Medicinæ Galeno subscribit, libro tamen tertio, capite de Raucitatis curatione, longè dissidet, quum fabas suis corticibus elixas, tanquam valentius abstergentes, concedat. Hac enim sunt Pauli verba, At si humor in particulas se receperit, transeundum est ad ea que valentius abstergunt: cuiusmodi est faba cum corticibus suis elixa, & que ex melle preparantur. Ob hæc autem Pauli verba dubium hoc à nobis propositum fuit: que ex directo omnibus authoribus aduersantur. immo sibi Paulus contradixit libro septimo, vbi Galeni verbus subscribit. Proinde, ut paucis rem absoluaui, non aliud certè crediderim, quàm mendam subesse huic Pauli textui, aut potius Græco exemplari, quò pro ea locutione, cuiusmodi est faba absque corticibus suis elixa, dixerit, Cum corticibus suis elixa. Non me latet tamen hodie ex fabarum corticibus aquam per campanam extillari, que summopere urinam ciet, & apprimè diuretica est: quod opus potius absterisionem quàm constrictionem arguit: quanquam eos cortices, utpote abstringentes in vnguento de corticibus, castanearum dicto, & de comitisa, ingredi-

nos

*nos non lateat. Si quis tamen meliora adduxerit, non grauabor sententiam mutare.*

*Curatio secunda, in qua agitur de occipitio fracto.*

**P**Ver natus annos sex per scalam cecidit, & in occipite ita fortiter percussus fuit, vt illico euomuerit, ac tanquam mortuus per dimidiam horam prostratus iacuerit: ad quem accersitus, iubeo chirurgum in ea occipitis parte, magnam in crucem facere apertionem: indicabant enim prædicta symptomata caluariam dissectam esse, ac cerebrum læsionem pati: quæ omnia, secunda curatione ita esse apparuerunt, non sine tamen assistentium omnium admiratione: erat enim occipitis os, quod densissimum & firmissimum est, maximam rimam à medio lambdoeidis commissuræ incipientem versus primam vertebra[m] habens: quam rimam assistentes chirurgi futuram existimabant, ignorantes alioquin quòd sicut sagittalis futura è medio lambdoeides aliquando ad nares vsque, tam in masculis, quam in fœminis, protendi visa est, ita à medio lambdoeides versus primam vertebra[m], nunquam nec in valde puerulis: sed esto quòd futura esset, per eam sanguinem ingredi credere par erat, qui postea putrescit,

& ægrum ad obitum trahit: ob quam causam, inibi cranium ad duram vsque meningem perforare opus erat, nec vereri est, quod Hippocrates libro de Capitis vulneribus, agendum suadet: scilicet quòd futuras ipsas perforare non debemus, sed scedendo in propinquo osse perforationem faciamus. Nam tamen vera ac indubitata hæc Hippocratis sit doctrina, ob duram substantiam meningem: plerunque tamen cogimur, quòd futura plus iusto aperta est, super eam radere pericranium primò: inde vnguib[us], vel vt melius fieri poterit, separando: à qua operatione nullum malum oriri lucis que vidimus, sed magis mortem nonnullis superuenisse, ob id quòd futuram aperire chirurgi timebant, obseruauimus. Vidimus autem nos Ferrariæ magnifici Anronij Luceij medici illustrissimæ Renatæ Ducis Ferrariæ vxorem, quæ cum è plastro cum prædicta illustrissima domina caderet, in capite vulnere vno vel altero affecta fuit, præcipue circa squamosam siue mendosam futuram. Pro cuius curatione, quum varij medici & chirurgici præsentessent, nos resonante voce squamosam illam plus iusto disunctam esse diximus: per quam apertionem sanguinis portiunculam subintrasse timebamus, idcirco rasorio, aut

scalpro ad duram vsq; meningem cranium perforare, quum inde nihil nisi faustum & bonum euenire poterat, contendebamus, quod si non fieret, multa inde mala orti posse, prout postea eueniūt, testati sumus: in grauiissima autem symptomata magnifica hæc Domina incidit, ex quibus illi mox subsecuta est. Rimā igitur in puero de quo agimus, conspectam, secundum profunditatem ad duram vsque meningem perforare fecimus, terebellū fugiētes, ac oleo ompnacino, & oui vitello ad aliquot dies videntes, ad mel rosaceum collatium deuenimus, superadditis vnguētis necessariis, quibus intra quadraginta dies sanitati fuit restitutus. Solide scit autem caluaria fracta plerunque trigintaquinque diebus.

## S C H O L I A.

Cum omni capitis esse robustius sit os occipiti, mirari est quomodo ex casu fissuram adeptum sit. Item, quum pueri esset os, quomodo non plicatum fuit, non verò disruptum, aut scissum. Quibus dubijs respondemus. Primò raro contingere occipitium ob sui duritiam frangi, quia tamen obnoxium, vt cætera ossa erat, frangi non est mirari: quibus addimus, quòd quia durum est, scissum fuit. Non si molle, vt sincipitis esset, fortè plicaretur: nec nam aut fracturam patretur, vt alijs euenisse visum est puerulis, & nos Centuria prima happu  
mitu

medicarum curationum meminimus. Porro de crani fracturis, legito Galenum, libro sexto Methodi medendi.

*Curatio tertia, in qua agitur de quodam, qui ob capparum multorum esum, in quadam symptomata grauisa deuenit.*

**M**onachus Recinensis, qui apud cœnobium diui Dominici, pædagogi officioungebatur, quū morbo ex meatuum circa iecur obstructione iandiu laboraret, medicorum consilio, in prandio & cœna nullo alio acetario quàm oxelæo paratis, capparibus utebatur. Ille verò credens citius ab affectione illa se iri liberatum, si plures in cibo acciperet: scutelam capparibus plenam præcipuè in cœna esitabat. Ex quibus succus quidam genitus fuit ipsum in stomachi rosiones, & insomnia quædam trahens. Qui quum sic per aliquot noctes in somnis afflictus, absque febris tamē, perseueraret, ad me venit, medicamentum, quo morbum profligaret, petens. Porro quum de victu, & cibariis vti solitis ab eo quærerem, plures cappare singulis diebus comedissememinit: à quibus humorem illum falsuginosum, ac porri virorem referen-

tem, ortum traxisse coniecto: id quod ita esse postea inueni: ab eis enim ut in totum abstineret suasi. Demum expulso humore illo, per bolum ex cassia fistulari, & pauculo agarico confectum, ab illis affectionibus liber, & immunis euasit, nec amplius in easdem rediit.

## S C H O L I A.

Tameis capparum radicis cortex, & eius fructus, virium proportionem respondeant: ad omnia tamen cortex quam fructus & folia, potentior est. Caterum capparum ex diuersis pugnantibusque constat facultatibus, ut meminit Galenus lib. 7. de Facul. simp. med. Nam sua amaritudine capparum extergit, purgat & incidit: acrimonia vero excofacit, incidit, ac degerit: porro acerbitate contrahit, densat, ac constringit. Unde lieni indurato, ac icterico obstructo maxime opitulatur. Præterea ad collapsam appetentiam incitandam capparum accommodatissima sunt: quibus ut medicamento verum quam alimento sale (ut ad nos importari solent) conspersis uti solemus: oxaleo tamen, aut oxymelite paratis. Siquis tamen illis liberalius, quam deceat, utatur, & vice cibi eisdem vescatur, ex eisdem serosum, vel biliosum, aut melancholicum gigni humorem certum est: ut nostro interuenit agrote, & Galenus confirmat libro de Cibis boni & mali succi, capite secundo, in hunc modum dicens, Necessè est enim crudos, crassosque humores, vel concoqui, ut

tique in sanguinem, vel in putredinem labi non secus ac quæ calidis in locis diutius manserint. Quamobrem inuenta à medicis medicamenta sunt, quæ salubria appellantur, tenuandi scilicet vim habentia. Ea namque adstrictos meatus obstructionibus liberant: ac si quid lenti humoris infixum vas, hærensque fuerit abstergunt: crassasque humiditates attenuant, ac dissecant. Quod si in quispian vberius utatur, ea vel serosum, vel biliosum, vel melancholicum procedente tempore efficiunt sanguinem. Hæc Galenus: per quæ satis constat capparum hoc efficere posse. Nam, Auicenna auctore, capparum secundo gradu calida & sicca sunt, quæ inter salubria citata medicamenta merito reponi debent. Nam sua acuitate sanguinem biliosum, & melancholicum, is qui vberius eis vescuntur, efficiunt. Quinetiam eorum substantia salis causa paruum præbet nutrimentum: quod in totum dixerim biliosum, & salsuginosum: ex quo aucto, non nisi intestinorum, & ventriculi rofiones nascuntur. Capitis dolor: per vniuersum corpus pruritus: ac vrina difficultas: ob quæ insomnis homo plerumque euadit. Animaduertant igitur medici, qui principum curam habent, ne liberalius quam deceat, capparibus eos vesci permittant. Parcè enim capparum comedi debent: & (ut Galenus tradit) medicina tantum ratione: quia medicina cibalis dicuntur. Quæ omnia de asparago, & cretano, fœniculo dicto marino, dicta pu-

tato. Nam plus iusto comesti, praesinam bilem gignunt: vt nos ipsi experientia compertum habemus, & plures frequenter obseruauerunt.

*Curatio quarta, in qua agitur de quodam, qui ob errorem commissum in pleuritide, mortuus fuit.*

**Q**uidam Anconitanus natus annos quinque supra viginti, fortis & robustus, pleuritide correptus fuit: ad quem vocatus, illico ex axillari vena eiusdem lateris, vbi dolor erat, sanguinem extrahere feci: quem postea egri resumptus viribus, ex eodem loco fluere feci: ita vt intra quartum diem, dolor ex toto sublatus fuerit: & eger post multum sputi reiectionem se sanum diceret. Sequenti vero nocte, quum suo & aliorum iudicio bene valeret, cum vxore rem habuit: vnde dolor intensissimus, & symptomata grauissima illum denuò inuaserunt, adeò vt intra biduum eum interfecerint: obiit autem ultimo sexti diei.

*Curatio quinta, in qua agitur de coccyge osse, cauda dicto, recuruo: ac inflammatione prope ipsum oborta.*

**I**oannes Cordella, Anconitanus, natus annos vigintiseptem, inflammatione cum ingenti dolore circa podicem laborabat: ex

qua & febricitabar, & ita querebatur, vt remedium applicationem omnino pertimesceret: nec quicquam super eum locum admitteret. Clauum enim, aut spinam inibi infixam se habere clamabat. Ego vero causam vnde morbus oriri poterat perquirens, cum Gallis iter fecisse, ac eorum more succursatore equo equitasse, respondit: quo audito in mentem venit, forte fortuna huic coccygem os, quod communiter caudam dicunt, plicatum, ac ferè contractum fuisse: quod aliquando euenire solet iis, qui ex alto cadunt: vel qui plus iusto concutiuntur, vt ab equis, qui concutiendo seorsum gradiuntur gradariis oppositis, saepe fit: potissimum iis qui extra consuetudinem talibus equis vtuntur. Apposito igitur maturante medicamento, ac disrupta phlegmone, & multo ex ea pure deposito aeger melius habuit. Protinus igitur assistens chirurgus, nostro consilio indicem digitum manus sinistrae per aegrotantis anum immisit: ac (vt praedixeramus) coccygem male affectum inueniens, in suum locum dextra manu reduxit. Et paucis postea admotis idoneis medicamentis, intra paucos dies sanatus fuit restitutus.

## S C H O L I A.

*Coccyx os est cauda dictum, ab osse sacro ortum*



habens, quod tam hominibus quam simijs, tribus constat ossiculis chartilagineis, potius quam ossis. In quo Gal. libro de Ossibus, nonnulla paria nervorum reperiri, ac per id disseminari tradit: quod verum esse in simijs sciatu velim: secus autem in homine: quum nulli in eo videantur, nec foramina percipiuntur illa, per quæ nervi propagari, aut disseminari aliqui possint. Quibus addere est, quod spinalis medulla ossi sacro terminatur, nec ad coccygem descendit: a qua nervi originem (ut nosti) trahunt. Proinde in homine coccygem nullis ornari nervis certissimum est: nec minus, ut obiter hoc attingam, de osse sacro à Galeno dicta intelligi debent. Ex tribus enim particulis os sacrum constructui capite undecimo dixit. Quod in simijs verificari novimus. Nam humanum os sacrum ex sex constructum est ossibus. Porro coccygis male affecti curationem breviter, sed doctissime, ac artificiosissime attingit Paulus Aegineta libri sui sexti, capite 98. à quo nos in hac curatione edocti sumus. Sed unum præterire non licet, quòd inibi quando de osse sacro loquitur, propriè de coccyge sermonem facit: quum dicat, Ceterum osse sacro contracti index sinistra manus digitus in anum demittendus est, &c.

*Curatio sexta, in qua agitur de puero comitiali morbo laborante, quem Epilepsiam vocamus.*

Puer

**P**Ver natus annos undecim, vlcus in crure habebat, quod quum diligentia pluribus elapsis mensibus curaret, & ad sanitatem reduceret, in Epilepsiam morbum comitalem dictum, incidit. Qui cum ad me veniret, & consilium de propulsando morbo peteret, inter cætera insinuat, morbum ortum post vlcus sanationem esse. At ipse quærens, An antea quum malo corripere, & in paroxysmum deveniret, aliquid per corpus obrepens sentiret: ille illico respondet, A crure prope vlcus auram, seu spiritum frigidum sursum ferri, ac caput petere, persensisse. Qui quum caput attingebat, illico in terram concidebat: nec mente constabat. Quibus auditis, morbum per consensum fieri, & eius curationem in vlcere antiqui apertione consistere, in mentem subuenit. Proinde habitis syrupis, pituitam respicientibus, vniuersum eius corpus purgavimus: ac supra vlcus erodens, siue causticum dictum medicamentum admouimus: per quod adaperitum sanies, & ichores retenti, olim soliti descendere, fluere coeperunt. Demum ligato crure, & vinculis parte in superiore intercepto, ac constricto, instituto optimo victus ordine puerum intra duos menses in pristinam reddidimus valetudinem.

E 4

*Hanc pueri curationem Galeno acceptam referimus, libro tertio de Locis affectis, cap. 5. & Rasi Arabum facile principi libro suo nono ad Regem Almanforem dicato, capite vndecimo: quos per otium legito.*

*Curatio septima in qua agitur de Paralyfi, id est, nervorum resolutione & spasmō, id est, convulsione, ac oris distortionē.*

**M**ulier ob sui pulchritudinem ab omnibus formosa vocata, quum utero gereret, oris tortura, ac nervorum retractione corripit: quæ indies magis ac magis vexabatur, & accessione quotidie pluries detinebatur. Hæc puellam optimè peperit: & menstrua, vt decet, responderunt. Paucis tamen interiectis diebus paralyfi oppressa fuit: adeo vt eius brachium, & dextrum crus immo totum illud latus non moueret. Contra quam ægritudinem nos variis remediis pituitam; caput, & nervorum originem infestantem respicientibus, vsi sumus. Eam primò extenuando, & incidendo sequenti potu, R. Mellis rosati colati, vnc. i. oxymelitis simpl. vnc. i. aquarum betonicæ, saluix; an. vnc. i. & semis, Misce,

fiat

fiat syrupus. Quatuor verò ebibitis, catapotia hæc deglutienda dedimus, quæ ita habent: R. Pilularum de hiera. scrup. 2. de agarico, asseieret. añ. scrup. i. diagridij. gra. 3. cum melle rosato formentur pilulæ quinque: & eas deglutiat quatuor horis post coenam. Sic enim paralyfi affecti leuiter tractandi sunt, præsertim quando morbus dat iuducias. Postea tribus interpositis diebus, in quibus & antea, quod aluus responderet clysteri vel balano admodum solliciti eramus, potum istum concessimus, R. Betonicæ, saluix, stœchados, hyssopi, maioranæ, saturiæ, chamæpitys, manip. semis, polypodij quercini recentis vnciam 1. vuarum passarum absque granis, vnc. 3. seminis anisi, sceniculi añ. drac. 2. In libris sex aquæ fiat decoctio ad medias, & coletur. tunc R. prædicti decocti vnc. 4. syrupi de betonica, de stœchade añ. vnc. 1. Misce, fiat syrupus, & sexies teratur. Postea verò iis catapotiiis aluus: subducta fuit, quæ habent, Pulu. scetidaram Mofux, cocciorum Rasis ana scrupu. 2. diagridij gran. 3. cum syrupo de betonica, formentur pilulæ quinque, & inauratas hora prædicta deglutiat: post quas melius habere cœpit. At quum morbus diurnus, & longus est, repetita euacuatione opus habet. **Qua**

de causa iteratis syrups, ad prædictas pilulas devenimus, veluti de sagapeno (serapinum officinarum mangones appellant) de opopanaco, non omittentes tamen agaricum in pasta recens paratum. Nam trochiscatum, quod officinis prostat, plerumque vetus est, & si recens paratum est, suas quoque in præparatione amittit vires. Sed unum scire tyrones decet, quod in paralyti & affectibus partium remotarum, pilularis forma aptior est: quia sua in ventriculo longiore mora pilulæ à remotis partibus attrahunt. Item scire decet, quod est acetum crassam pituitam tenuet, & lentam incidat, quæ paralyti mater est: quia tamen nervis maximè obest, quorum affectus paralyti dicitur, eius usus abnegandus est: veluti omnium frigidorum, & mordacium. Si tamen acetum concedi debeat, melli rosaceo admixtum esse debet, quum mel rosatum eius infringat noxas, vel saltem quod passulis parari solet, & acetum passulatum dicitur: quod & ad iniunctus usurpari posset.

Sed interim dum hæc agebantur, materiam per exterius digerebamus, hoc est resoluebamus: & cerebrum neruorum originem, ac spinalem medullam, veluti partes ab hac materia læsas roborabamus. Pri-

mis

mis igitur diebus, mitia explorauimus, vt oleum chamæmelinum, anethinum, de vermibus, liliaceum, irinum. Deinceps ad valentiora accessimus, vt vulpinum, costinum, rutaceum, laurinum, de castoreo, de lateribus, siue saxo, & philosophorum hodie dicto, de piperibus, de euphorbio, de terebinthina, quibus addere est aquam vitæ, & similia, vice, quorum vnguenta quoque apponebantur: & vnguentum Agrippæ, marciatum, aragon, vel hoc à nobis paratum, quod habet ita, Recipe Summitatum rutæ, sauinæ, cucumeris asinini, maioranæ, saluicæ, menthæ, roris marini, hyssopi, ebulorum ana manipulum semis, radicis brionicæ, cucumeris syluestris asinini dicti, ireos ana vnciam i. syleris montani, storchados, betonicæ, chamæpitys, chamædrys ana pugillum i. olei anethini libras tres, rutacci libras duas, axungie gallinæ, anatis, taxi ana vnc. semis, vini quantum sufficit, omnia triturandis trituratis, fiat vnguentum molle ad ignem, secundum artis ministerium cum sufficiente cera. Hoc enim & prædictis membra inungebantur, manibusque fricabantur, quæ postea lana succida operiebantur: sed caput & ceruix pelle vulpina fasciabantur. At post multas totius corporis euacuationes, inter quas

airu

hirudines ano amotas numerare est, pluribus diuersionibus vsi sumus, materiam, quæ ad spinalem medullam defluebat, auertentibus: vt frictionibus, errhinis, sternutatoriis, apoplegmatismis, gargarismatis, & huiuscemodi aliis. Victus ratio in vniuersum calida & sicca erat: ac attenuatoria. Erant autem cibi boni succi & concocti faciles, potius assii, quàm aqua cocti, potissimum auicularum montanarum carnes, perdicum, phasianorum, & similia. Cæterum oua forbilia, amygdalas, & pini nucleos, ac uiam passam, & ex oleribus fœniculum, petroselinum, hyssopum, maioranam, saluiam, mentam, cheresolium & satureiam, in vsu habebat, non minus quàm cappareas & asparagos: fructus porro frigidos, & humidos ac pisces illi in totum prohibebamus. A potu eam, quantum possibile erat, arcebamus: imò siu quantum ferre posset, sustineret, consulebamus. Erat tamen potus aqua mellis: cui saluia aut cinnamomum erat admixtum. Thermarum aquæ, hoc est, sulphureæ, aluminosæ, sulfuginosæ, & similes, tametsi huic conueniant morbo, eis tamen vsi non sumus, quum prædicta suffecerint: ita vt intra duos menses sanitati fuerit restituta. Cæterum, quum bene valeret, &

extra

extra domum hinc inde exiret, ac nonnullos fructus virides comederet, in eundem morbum relapsa est: & ita ab eo affligebatur, vt omnibus esset admirationi. Nam decies & amplius paroxysmo in die apprehendebatur, in quo corpus è cubili ferè eleuabatur, & membra omnia contranaturam mouebantur, conuellebantur: ac in contrariam partem trahebantur. Nam, quòs in totum contorquebatur: & spumans, ad nucham ferè venire percipiebatur. Quin, & oculi ita sedes suas occupabant, vt eos foras prosilire assistentes timerent. Morbus rarus is est, & à paucis visus. Multi porro assistentium, à dæmone malo agitari contendeant: & ob id nullis proficientibus idoneis adhibitis præsiidiis, Religiosis fuit commissa. Quæ postea paucis interiectis diebus diem suum obiit. Quum tamen paroxysmus eam inuadere vellet, miserè acclamabat, persentiens nonnunquam à pede vno vel altero, aliquando à manibus auram ad caput ascendentem, raro tamen à particulari loco: quod à medico summo perire animaduertendum esse Galenus commendat.

SCHOLIA.

Eodem in corpore & paralytim & conuulsio-  
nens

nem fieri posse, pro varia neruorum affectione docuit Galenus variis in locis sua doctrina: precipue libris de Locis affectis: ab eadem tamen materia pituitosa & frigida uterque morbus originem suam trahit. Sed in paralyysi neruorum fit dissolutio, siue resolutio: in conuulsione vero eorum fit retractio, siue ob repletionem, siue inanitionem fieri contingat, ut exempla passim adducta satis testantur. Ceterum cauendum est, in paralyssi initio fluente scilicet materia, calfacientibus multum, materiam colliquemus, & eam per viam à calore eodem latiores redditas, magis fluxibilem faciamus. Sed dubium hic occurrit, cuiusnam parti oris tortura medicamenta admoeri debeant quod etsi à nonnullis propositum sit (à nemine tamen, quod sciam) hucusque satis discussum est. Proinde non paucis rem habendam secundum Galenogmata, & veritatem ipsam nunc edocere conabimur. Oris distortio duplici modo fieri solet, aut paralyssi, aut conuulsione, spasmo dicto. Quando enim paralyssi oris distortio oborta est, tunc neruorum resolutio præcessit in parte precipue opposita: verbi gratia, Dissoluuntur & laxantur nerui, & musculi labri dextri: tunc necessum est neruos & musculos sinistri labri retractionem facere, ut refert Gal. libro quarto de Locis affectis, capite de Faciei affectionibus. Cuius rei causam retulit libro de Motu musculorum, quem oro per

otium

otium legatis. Difficile sanè quæsitum videtur. Si vniuersum corpus in duas dissectum est partes, secundum duorum ventriculorum cerebri diuisionem: & in vnaquaque parte nerui suum munus obeunt, hoc est dextri in dextra parte, & sinistri in sinistra, cur resolutis neruis & musculis labri dextri non fit retractio ex eadem dextra parte, & non ex aduersa, ut tradit Galenus? Nos Galeni doctrina muniti, huic dubio dupliciter respondemus: primo quum nerui, & musculi in faciei, aut labri parte altera resoluuntur, ex eadem parte ob ipsam neruorum resolutionem attractio fieri non potest: quia in totum nerui resoluti, laxati, ac exangues sunt facti. Secundo respondemus, quod nerui utrique parti faciei inserti, ipsam faciem rectam stare faciunt: non minus ac fieni habent æquales, equum recto capite ambulare sinunt. nam si earum alteram dissolui, aut laxari, vel dirumpi contingat, ad contrariam partem caput equi retrahi necessum erit. Proinde quum altera faciei in parte neruus resoluitur, oppositæ partis neruus retractionem omnino faciet. Nec minus in brachio hoc euenire videmus. Si enim interni brachij musculi, & nerui sunt incisi, in syluestrem partem brachium labitur, non tantum sui pondere, quantum neruorum & musculorum syluestrium retractione. Si vero syluestris partis brachij musculos, & neruos præscindi contingat: tunc ad interiorem partem, domesticam dictam, brachium

brachium flectitur: quia interni nervi, & musculi ad se brachium trahunt: vt Galenus latins libro ad nobis citato, de Muscularum motu, meminit. Sed iis presertim, ad institutum sermonem redeamus. Oris tortura à paralyti: id est nervorum dissolutione orta, duas habet notatu dignas partes, alteram dissolutam, laxatam & suis functionibus destitutam, quæ omnino remedium exposcit: alteram attrahentem, in quam tortura tendit: cui etsi remedia admoueri debeant, non ea tamen diligentia, qua dissolutæ parti prædictæ. Quando verò oris tortura ab spasmo conuulsione dicta, quæ plerunque euenire solet, originem trahit, tunc parte attrahenti medicamen præcipuè applicandum erit. In vtraque tamen affectione nervorum origo roboranda, ac instauranda est. Sed quæret diligens medicus, & qui egros sic affectos præ manibus habet, Quomodo discernere sciam facile torturam euenientem à paralyti, ab ea quæ per conuulsionem fit? Cui nos respondentes dicimus, Easde ferè inter vtrasque has affectiones, dissimilitudines reperiri, quæ inter apoplexiam & epilepsiam reperiuntur. Nam paralyti particularis est apoplexia: in qua cerebrum magis patitur & consequenter nervus magis leditur: ita vt plerunque cum adest paralyti, motum membri affecti, aut sensum, interdum vtrunque deperdi contingat. Quum igitur torturam à nervorum resolutione paralyti: dicta euenire contingit, in ea potissimum

mum parte quæ resoluta est, & affici non apparet, alterum trium (vt dixi) reperiri necesse est, aut sensus, aut motus, aut vtriusque amissionem: vt refert Gal. lib. 1. de Symptomatum causis, cap. 4. & lib. 3. de locis affectu, cap. penult. In ea verò tortura, quæ ab spasmo siue conuulsione fit, nullum horum trium deperdi necesse est. Propterea hæc exercitatio medico opus habent: vt qui quoque consideret, an affectiones hæc per primigeniam affectionem, vel potius per consensum fiant.

*Curatio VII. in qua ostenditur, quomodo dignosci debeat imbecillitas virium per oppressionem facta, ab ea, quæ per dissolutionem contingit.*

**P**aulus Racanus nobilis Anconitanus, ætatis suæ anno secundo supra sexagesimum, caufoni de laborare cœpit. Ad quem quum accederemus, & alij præsentessent medici propositum fuit de virium vitalium imbecillitate, in quam ille intra duos dies inciderat. An per oppressionem morbi grauationem passæ, vt multi dicunt, vel potius per ipsarum solutionem & dissipationem imbecilles factæ essent? Cùm in hoc totius curationis scopus consisteret, non quòd à viribus indicatio delumpta in curaticum indicationum numerum ingrediatur: quum ab affectibus ipsis, medici primò medendi

indicationem sumere debeant, viribus tamen non neglectis. Ita enim Galen. libro nono Methodi medendi capite tertio decimo inquit, Prima omnium indicatio est, quæ à virtute sumitur. Verùm non sic prima, vt quæ curationem doceat: quum et numero curatricum indicationum non sit, sed (vt ita dixerim) vitalium, siue quæ ad vitæ custodiam pertinent: Nam neq; vt valeamus, nec vt à morbis liberemur, ab ea quicquam primum desumimus: sed vt viuamus. Additum autem in sermone est illud primum, quod ex accidenti aliquando virtutis roboratio ad affectus curationem conducit. Hæc Galenus. Quæ ad institutum nostrum multum facere videntur. Ex medicis igitur assistentibus, alter virium imbecillitatem per solutionem siue dissipationem esse nimirum hominis ætatem senilem, ac morbi malignitatem, quam contemplaretur, factam, dixit: Alter verò per oppressionem, siue morbi grauationem potius ortam contendebat: quia tametsi homo in ea constitutus esset ætate dicta, optimi tamen habitus erat, & robustus. Vnde credere par erat hominem tam paruo temporis tractu, non ita valenter resolui potuisse: sed magis ob morbi acumen, & materiarum multitudinem, virium imbecillitatem conti-

cōtigisse. Præualuit tandem hic, qui ob oppressionem, virium imbecillitatē subortam esse acriter contendebat. Ac tenui adhibita victus ratione, & factis debitis euacuationibus, ex forti caustionide tertia continua non admodum acris reddita est. Tandem intra quatuordecim dies morbus ex toto solutus fuit: & æger ad pristinam valitudinem regressus. Elapso verò anno, quū simili morbo, me absente, torqueretur, obiit.

## S C H O L I A.

Deridet Hippocrates sui temporis medicos, vt qui virium imbecillitates discernere nescirent libro secundo de Ratione victus in morbis acutis, textu quadragesimo octauo. Ex quo virium robur tripliciter imbecillitari deprehenditur. Vno modo per inanitionem: hoc est post largas habitus euacuationes, vt sanguinis, vndocunq; ex corpore fluentis, alui excrementorum, vomitus, sudoris, & alias: quibus in eam adiungere est: sed quæ per halitum fieri contingit: veluti ea quæ ex morbis longinquis & diuturnis oriri solet: in quibus spiritus delitescunt, & resoluuntur. Secundo modo, ob morbi malignitatem, qui spiritus lancinat, ac breui ipsos in halitum dissoluit: qui modus ad primum imbecillitatis ordinem reduci neceretur, quum in vtraque imbecillitate spirituum maxima contingat dissolutio: & ob id resfectione, sic affecti indigent, ac

cibari quamcelerrimè expostulant. Tertio modo virium robur imbecille euenit per oppressionem, seu morbi grauamen. Id quod ex pleibora, vel humorum multitudine sepe fieri deprehendimus: quæ virium imbecillitas euacuatione maximè indiget, & curatur. Vnde Galenus hæc enarrans, citato libro, enarratione 49. succinèlè admodum, tres hos imbecillitatis modos complexus est. Vbi (vt obiter hoc attingam) ab Hippocrate & Galeno ipso conclusum est, quod medicus imbecilles vires ob dolorem, ac morbi acumen, seu per oppressionem diætas habenti, victum copiosorem quam decet si porrexerit, arbitratus imbecillitatem illam per solutionem, ac inanitionem euenisse, grauius errat, quam si imbecilles vires ob inanitionem & dissolutionem habenti, putans per oppressionem factas, inediam permiserit. In vtroque enim casu error cõmittitur: sed in primo grauior, quia, quod plus est, oblationes interdum inuitabiles factæ, quia eius, quod ingestum est, superfluitatem auferre difficile est. nec est in manu nostra eam expellere, & eo magis, in morbis acutis. In altero vero casu, vbi minus quam opus erat offerebatur, & vires labi videbantur, non ita difficulter error emendatur, immo malum hoc facillè corrigitur, imbecilli factò nutrimentum tribuendo. Quamquam errores commissi in hoc secundo casu grauiores ab Hippocrate censentur, quam in primo casu contingunt: vt laxius libro primò

Aphor.

Aphor. quinto differitur. Caterum querunt medici, quibus notis imbecillitas vna ab altera dignosci possit? Cui quæsto respondent aliqui, quod imbecillitas per dissolutionem facta in longo plerumque sit tempore, quæ vero per oppressionem, siue virium grauationem euenit, breui & quasi subito fit. Sed mea sententia responsum hoc tametsi verum sit, in vniuersum non arridet: quia vel pinguis Mineruæ medicus, imbecillitatem ex longo morbo contractam, aut ob aliquam notatu dignam euacuationem ortam, dignoscet: & eam quomodo tractare debeat, sciet. Sed longè quæsitum nostrum aliud est: in quo proponitur, si febriliter acuta laboranti, vires breui, & repente imbecilliter sunt redditæ, quibus notis dignoscemus imbecillitatem illam esse factam per oppressionem, vel potius per dissolutionem: quia in hoc totius curationis scopus consistat. Nam si imbecillitas per dissolutionem & spirituum resolutionem ob morbi malignitatem facta sit, spiritus victi, & potius quam citò resciri postulat: & ab euacuatione omni moda recedamus, clamât: præsertim dum vires resicelle non fuerint. At si virium imbecillitas ob dolorem, siue morbi acumen, hoc est per oppressionem, contingat, tunc à cibarijs, & edulijs quam maxime abstinendum erit. Et circa molliendas euacuationes vniuersa medendi cura dirigi debet. Sed quia Hippocrates summus medicus, citato libro de ratione victus in morbis acutis, nec ubi



(quod sciamus) hæc non dislinxerit, librum alio-  
 qui promittens de morbis acutis, in quo hæc ad  
 amissim ab eodoceri deberent, qui & si forte ab  
 eo inscriptus fuit, ad nos tamen non peruenit, nec  
 hodie extat: idcirco veras & indubitatas notas  
 hucusque medici plures non tenent: quibus saltem  
 imbecillitatem unam ab altera discernere queant.  
 Nec Galenus medicina ditissimus Oceanus, im-  
 bi, aut enarrator aliquis vera signa per que dissi-  
 militudo, aut disparilitas inter unam & alteram  
 imbecillitatem deprehendi posset, unquam memo-  
 ria euocauit. Propterea nos lectori gratum facere  
 putantes, minime grauabimur ad presens signa  
 hæc, quibus virium hæc imbecillitates discernuntur,  
 paucis exponere: quum vera & indubitata, ut pote  
 ex Galenianis dogmatibus decerpta sint libro sue  
 introductionis in pulsus: vbi potissimum de causis  
 pulsuum agit. In quo ita pro epitome, inquit, Por-  
 ro causarum omnium præter naturam, alie qui-  
 dem vires vitales veluti soluent, & dissipant: alie  
 autem veluti premunt, & grauant, ac solunt qui-  
 dem alimēti inopia, morborum malignitas, eorum  
 que aut diuturnitas, aut vehementia. Præterea  
 affectus animi immodici, necnon vacuationes im-  
 moderata. Opprimunt autem tum ipsa materia  
 copia, tum instrumentorum affectus, inflammatio-  
 nes videlicet, scirrhi, tumorum moles, abcessus,  
 & corruptiones variæ. Solutæ itaque vires par-  
 tum, languidum ac frequentem pulsus efficiunt.

Pressa verò pulsus mutant, quum in reliquam  
 omnem inæqualitatem, & ordinis confusio-  
 nem, tum in eam que in vehementia spectatur &  
 magnitudine. Nam inæqualitates hæc oppressa-  
 rum virium maxime propria existunt. Quin-  
 etiam in eiusmodi affectibus, motus quidam firmi-  
 ditus pereunt, aut intercidunt. Caterum qui in-  
 tercidunt, minorem: qui pereunt, maiorem læ-  
 sionem indicant: &c. Hactenus Galenus. Quis  
 paucis vs citatis verbis rem ex toto comprehendit:  
 iudicetque, vbi virium imbecillitas ob dissipatio-  
 nem, ac resolutionem est facta, quod tunc pulsus  
 continuus est parvus, languidus, ac valde frequens:  
 vbi verò virium imbecillitas ob oppressionem,  
 sue grauationem comperitur, tunc pulsus varius  
 est, ac confusus, quia aliquando funditus perit,  
 aliquando intercidit, aliquando subleuatur: nec  
 minus illi euenit, quam baiulo onus ferenti, qui  
 quum plus à pondere, quam pro virium suarum  
 ratione grauatur, aliquando opprimitur, aliquan-  
 do intercidit, aliquando subleuatur: interdum  
 in varios torquetur motus. Hæc enim sunt, sin-  
 gna, quibus medianibus prædicta discerni de-  
 bent imbecillitates. Quæ diligens ac exercitatus  
 medicus ante oculos signata habere debet. Caterum  
 verò notas huic rei facientes, tū ex ipso morbo, tum  
 ex egrotantis corporis raritate, aut densitudine de-  
 cerptas cōsulto prætermitto. Quæ & si fallaces no-  
 tæ sunt, à pulsus tamen desumptæ, quàm verissimæ, &

et indubitata, firma, et rata habentur. Porro quum de virium vitalium robore cum doctissimo Galeno haecenus tantum locuti sumus sic opere precium est, quum primum ad egrotantem accedit medicus, et naturales et animales vires maxime contempletur.

*Curatio IX. in qua agitur de quadam spasmi, siue conuulsionis specie, Emprosthotono dicta.*

**V**ir quinquagenarius ad me venit: qui caput & ceruicem in pectus ita contracta habebat, ut ea attollere, vel ad vnum, vel alterum latus mouere non erat possibile. Dicitur autem morbus hic Graecis *Σπασμὸς ἐμπροσθίων*, Latini oribus vero tensio, siue ad anteriora conuulsio. Qui quum remedium peteret, eum aliis commisimus medicis. Iter enim in Florentiam parabamus, vbi primam harum medicarum curationum nostrarum centuriam typis excudendam dedimus. Caeterum, morbum hunc nunquam antea, ut ingenuè fatear, videram: cui eadem, quae spasmo, id est conuulsioni curatio debetur.

## S C H O L I A.

*Spasmus siue conuulsio is morbus dicitur, quum nervi ac muscoli, praeter voluntatem conuelluntur, in eamque dispositionem veniunt, quam et in moti-*

in motibus secundum arbitrium factis assumpserunt. Cuius tres sunt species, prima *τάτανος* dicta, quam Latini distentionem vocat: Celsus vero rigorem. Et est quum ceruix una cum reliquo corpore immobilis manet, et in neutram inflectitur, sed iuxta in utranque partem recta, intenditur. Secunda species *ἰσθιδίωνος* vocatur: Latini vero tensio ad posteriora. Tertia, de qua agimus, est *ἐμπροσθίωνος* dicta, quum caput, ceruix, reliquumque corpus in pectus contrahitur, quam Latini tensionem ad anteriora appellare solent. De quibus, quum dabitur occasio, plura dicenda sunt. Sed ecce, quum haec scribimus, Racanensis quidam vir ad me venit, consilium pro quodam similem morbum patiente, petens, nam ad thermas eum mittere contendebat.

*Curatio X. in qua agitur de quadam muliere per vuluam stercus emittete.*

**V**Xor nobilis viri Antonij Brindizes, quum per quatuor annos cum latiore stercore sanguinem emitteret, ac parum de hac re sollicita esset, quia nullum inde dolorem perferiret: tandem corrosis intestinis, ac perforatis, per vuluam stercora miserè emittere cepit: quae sic nullo praesidio cõterente, foede conspurcata longam vitam duxit, & tandem obiit.

## S C H O L I A.

Morborum initijs obistere necessarium est. Nam quum morbi suas complant arunt radices, difficulter à medicis auelluntur, vt saepe Galenus monuit. Fuit enim morbus hic, ex quo mulier hæc decessit, diuturna dysenteria: quam Latiniore intestinorum tormina appellare solent. Proinde credere par est, intestinorum erodentia vlcera, non solum intestina ipsa depasta esse, sed etiam vrinæ viam, ex quibus quoque sanguis affluabat.

*Curatio undecima, in q̄ a agitur de quodam, qui ob lapsum vrinam retinere non poterat.*

**Q**uæ pressum arborem altam ascendit iuuenis, vt ex ea baccas pro decocto colligeret, ex ea cecidit. At quum grauius ex lapsu ipso affligeretur, & multa pati diceret, inter cætera, vrinam continere non posse meministi. Cui occurrens, subito venam mediam nigram brachij dictâ percutere, & sanguinem fluere ad vncias octo feci. Sed quum ad dies aliquot bene haberet: lotium tamen retinere non posse conquirebatur. Quam affectionem eum intimius adverterem, mæti occurrit, quod quia super spinam iuuenis hic lapsus est, eius vltima vertebra male fuit affecta: ab qua nervus vesicam constringendi vim habens

bens originem ducit: qui attritus, ac laxatus fuit. Vnde consequens fuit ob nervum istum attritum ac laxatum, vesicam quæ laxari, & vrinam non retineri. Debitis igitur medicamentis vesicam, ac laxatum nervum roborantibus applicitis, paulatim conualescere cœpit, donec integra in consecutus fuit sanitatem.

## S C H O L I A.

Huic similem historiam citat Antonius Beuenius Florentinus, libello suo de Abditis morborum causis: quam in muliere confecisse quadam tradit.

*Curatio XII. in qua agitur de imbecillitatis ventriculi curatione.*

**I**uuenis natus annos 25. ab omnibus obleuius raras dotes in pretio habitus: nam trium linguarum peritissimus erat, & cum eloquentia ipsa sapientiam coniunctam habebat, in stomachi debilitatem, ac dissolutionem (vt sæpe studiosis euenire cõtingit) incidit. In eo plerumq; dolorem sentiebat, parum concoquebat, nauseabundus perseuerabat: & cibum, vt vnicò concludã verbo, raro capiebat, adeo vt in atrophiam ipsum deuenire timor esset. Ad quem quum conuenissemus, illi per plures dies mel rosaceum

ceum colatitium, cum æquali miuæ cydoneorum completæ portione, absque alicuius rei alterius mixtione propinauimus. Tãdem triplicata purgatione per hierã picram Galeni, assiduo potu vini ex absinthio confecti, & nõnullis foris admotis, stomachum roborantibus medicamentis, integrã sanitati, intra mensem fuit restitutus.

## S C H O L I A.

*Familiaris admodum studiosis stomachi imbecillitas est, quæ ipsos plerumque insequitur, ut vmbra corpus. Ad quam consequuntur ciborum cruditas, ructus acidi, nausea, vomitus uidosi, fastidium, & atrophia, id est totius corporis summa macies, morbus. Quam stomachi imbecillitatem non aliter Galenus, quam in presenti nos describimus, curat, ut ex libro de Locis affectus, quinto capite, de orũ ventriculi affectionibus, & libello de Theriaca ad Pisonem in curatione Arria cuiusdam sibi charissimæ, ac Platonica philosophiæ maxime dedita mulieru, colligi poterit.*

*Curatio x i i i. in qua agitur de quodam, qui ob suppressum sanguinis fluxum per hæmorrhoides consuetum, in sanguinis scrotationem, a iuob-fluuij Graci dicunt, deuenit.*

Pe

**P**ER hæmorrhoides probus & singularis doctrinæ vir Angelus de Prato, sanguinem copiosum emittere solebat, cui quum multa peracta essent remedia, & sanguis ex toto cohibitus: consequens fuit sanguinis reiectio veris statuto die illi superueniret. Qui quum grauer morbu ferret, & phibitis aduentum timeret: nos ad se accersiri fecit, remedium pro hac curanda affectione inquirens. Cui nos mox multa contemplantes, sanguinem extrahere ex interna brachij vena fecimus: & bene habuit. Cæterum singulis sequentibus annis, antequam morbus ipsum inuaderet, venis ani hæmorrhoidalibus dictis, hirudines nostro consilio admouere faciebat, ac sanguinem per eas, quoad hirudines deciderent, & sanguis ex se cohiberetur, fluere, nobis persuadentibus, permittebat. Qua sanè diuersua euacuatione, homo absq; sanguinis ex pectore reiectione sanus & incolumis perseuerabat.

## S C H O L I A.

*Huic similes affectiones Galenus curasse meminit, ut libri de vena sectione, & Methodi mendandi: veluti quinto de loci affectu, capite primo, apud ipsum legere est.*

CVR

*Curatio decimaquarta, in qua agitur  
de Catalepsi, id est, congelatio-  
nis morbo.*

**Q**uasi in somnum solutus decumbe-  
bar iuuenis, ad quem celeres inuisen-  
dum, accessimus. Cuius oculi patebant, &  
eorum cilia immota ac rigida permanebat.  
Nec ab assidentibus incitatus respondebar,  
aut mouebatur: immo immotus & incon-  
nientibus oculis (vt dixi) manebat. To-  
tus rigidus ac congelatus stabat: vt merito  
iuuenem hunc catalepsi, hoc est, congela-  
tione premi dicere consentaneum sit. Au-  
xius igitur pro hoc ad salutem reducendo  
iuuene, in mentem subit, morbum hunc,  
Galeni sententia, ab intemporie cerebri, fri-  
gida sicca fieri. Et ea de causa, calidis mode-  
rate & humectantibus sumptis, & admo-  
curari: vt luci in unctione olei sesamini, sam-  
bucini, lilini, & chamamelini, adiecta in-  
terdum in singulis horum libris, vncia vna  
euphorbij, aut castorei, aut ex his confe-  
ctis oleis, prædictis admixtis: vt rutaceo  
quoque, ex spica confecto, costino, lauri-  
no, & similibus. Item, quia morbus hic ca-  
pit posteriorē potissimum occupat par-  
tes, illis subuenire maximè solliciti eramus.  
Depositis igitur capillis, vniuersum eius ca-  
put

put prædictis oleis inungi fecimus; à debi-  
litionibus initium sumentes, præcipuè à lili-  
no, quod proprietate sua innatum calidum  
viuificat, & contra morbum istum singu-  
larem vim obrinet. Deinde verò ad deco-  
cta pro foru, ex stœchade, saluia, rose ma-  
riño, maiorana, meliloto, & chamamelò,  
in vino parata deuenimus: **Q**uæ omnia an-  
tecesserant frictions & cucurbitulæ prope  
hucham: & scapulas admota. Nam & na-  
ribus castoreum vino maluatico dissolu-  
tum, applicabatur. Quibus ad se rediit: &  
tanquam mortuus reuixit. Cui postea con-  
ditum hoc propinauimus, & ita habet, Re-  
cip. Specierum, pliri sarcotici, aromatici ro-  
sati, diacinnamomi, diambra, lactificantis  
Galeni, ana scrup. vnum, piperis longi, nu-  
tis mofchata, caryophyllorum, ana drach-  
semis. Cum tribus vntijs sacchari, in aqua  
rosis marini dissoluis, fiant orbiculi, & oru-  
la dicta. De quibus in aurora, & interdum  
gustet: & desuper vinum maluaticū, aut por-  
tens aliquod fuluum, aut pallidum bibar.  
Testatur autem Galenus libro tertio Simpl.  
cap. 19. huiuscemodi vini potum, catalepsi  
laboranti summopere conuenire: quod vi-  
num Græcis *υλπερ* dicitur. Et id Auicenna,  
capite de venenis frigidis commendat: quæ  
vim quandam viuificandi, obtinere tradat.

Cæterum

Cæterum is quum bene habere cœpit: cum ne in comitiales morbum eaderet, eo modo quo melancholici curantur, tractauimus: & secure perseverauit.

## S C H O L I A.

Catalepsis Latiniorebus detentio, & depressio dici potest: à recentioribus congelatio appellatus morbus: qui subito euenit, & mentis & corporis sensum & motum priuat: ac in eadem figura agrum finire permittit, in qua ante accessionem erat. Verbi gratia, si prius ager sedebat, sedens permanet: si genua flexa habebat, genibus flexu permanet: si os apertum habebat, apertum manet: plerumque tamen oculus apertus ager manet, quia musculus crassus, palpebram superiorem aperiens, contractus, ac rigidus, & gelatus est redditus. Quippe animalis spiritus concretus in temperie frigida & sicca, non solum in cerebro, sed omnibus corporis partibus, efficitur, quo fit, ut uniuersum corpus sensu & motu priuetur, quia quum concretus sit, ineptus ad illustranda neruosa corpora est redditus. Et hæc est causa, ob quam somnus in hac affectione non fit. Quia spiritus animalis à neruis in cerebrum non reuocatur: ceterum manet in hac affectione veluti in caro subetica passio dicta, respirandi quedam facultas, ab illæsis adhuc spiritibus quibusdam, ob vitæ necessitatem respirationi potissimum seruientibus. Cõuenit igitur affectio hæc cum apoplexia in hoc, quod communiter

sensus & motus priuationem habent. Sed differunt, quia in hac, de qua agimus affectione, spiritus concretus ac congelatus ob intemperiem frigidam & siccam sunt: & proprijs suis locis intercipiuntur, ac quieti manent: immo ad sensum & motum præbendum ineptissimi. Vnde membra rigida ac stupore affecta euadunt: & eundem seruant situm, ac figuram, quam ante accessionem habebant. In apoplexia verò neruorum fit obstructio, & obstaculum quoddam: ob quæ spiritus ipsi quasi carcere detinentur: vnde ad corpora neruosa permeare non possunt: & consequenter nerui laxantur, & resoluuntur: ac mouendi, & sentiendi membra facultatem amittunt. Vtunque tamen in apoplexia detenti spiritus, integri nulla concretionem affecti sunt, vnde corpus alterum situm, & figuram, ab ea, quam in accessione habebat, desumere poterit. Solet autem affectio hæc in morbum comitalem, Epilepsiam dictum, aut hoc grauiorem apoplexiam terminari: quæ affectio quia ab intemperie frigida sicca, ut Galeno libro secundo, Aphorismo tertio placet, fit, hoc morbo correpti tanquam melancholici tractandi sunt, ut in hoc molitum fuit iuuenes.

Curatio decimaquinta, in qua agitur de catocho, id est, sopore vigilante, sine dormitione vigilante dicto morbo.

**P**eropportunè hic occurrit Nicolai mulier facie venusta, octo supra decem nata annos: quæ quum febrî maligna & pestilenti affligeretur medicorum iudicio, catochos morbus illi superuenit. Nam & dormiebat, & vigilabat. clausos nauque habebat oculos, & interdum interrogata eos aperiebat, ac turbulentè loquebatur, nec rectè respondebat. Sed quicquid primùm in buccam occurrebat, effuriebat. Eius pulsus frequens, celer, ac paruus erat: lotium verò turbulentum iumentorum lotij similitudine. Cui pro eius recuperanda valetudine, quater sanguis extractus fuit, & cucurbitulæ scapulis admotæ, veluti propinata medicamenta tum alterantia, tum purgantia, ac roborantia. Quibus omnibus ac variis admotis topicis medicamentis, intra viginũ dies sanitati fuit restituta.

## S C H O L I A.

Tametsi catalepsîs & catochæ Græcæ vocæ, communi vtriusque significatione deprehensionem, siue mentis detentionem indicent: morbi tamen inter se satî sunt differentes. Est enim catalepsîs morbus, quem iuicres medici congelationem appellant: de quo superiori curatione sermo habitus est, & de eo Paulus Aegineta lib. 3. suæ medicinæ, cap. 10. ad hunc modum tradit. Dicunt etiam priuatim, diuersum quæ à vigili comate catochon pen-

ciam simplicem non mixtam habebit causam, mirum frigidiorè sicciorèmq; materiam: quæ posteriori cerebri ventriculo repleto malum hoc excitarit: quo qui corripitur repenti, in illo permanet habitus, quo correptus est: stans scilicet, vel sedens, clausis oculis, aut respiciens. Quam ob causam antiquiores Græci hoc detentos morbo catochos, vel catechomenos, quasi dicat occupatos, deprehensurum nominauerunt. Recentiores affectum feminino genere catochen, & catalepsim, veluti detentionem & deprehensionem, & cetera. Galenus porro hac laboranti affectione, in Ssagoge, siue in pulsus introductione, talem describit pulsum, quum dicat: Pulsus κατόχου, (Veteres enim τὸς λωβήχου, id est irretitos ac detentos κατόχος appellabant. Iuniores autem affectum ipsum nominant κατόχου ἢ κατάληψιν) cetera quidem lethargicis sunt similes, magnitudine, tarditate, ac raritate: quemadmodum & totus affectus à lethargi specie non multum discrepat. κατόχου tamen pulsus non imbecilli, nec molles: sed in quibus vel multum dissident. Quemadmodum cerbè & quod in lethargicis quidem totus habitus est. solutus, ac tumens: catochis verò contractus ac coactus. Simili modo & inæqualitate, ac equalitate inter se discrepant. Nam κατόχου pulsus est equalis: lethargicorum verò inæqualis. Archigenes autem ait, locum arteriæ peculiariter in ipsis calidiorè inueniri: quomodo in quibus, qui cum

cataphora conuulsionem sunt incurfuri. Hæc enim Galeni in totum catalepsi, hoc est, congelationi morbo recentioribus dicto, conueniunt: unde Andreas Lacuna, Secobiensis, contemporaneus noster, vir omnium votis doctissimus, ac ingeniosissimus, in Galeno à se in Epitomen verso prudentius fecisset, si hæc catalepsi, morbo congelationi dicto conuenientia dicasset, quàm catocho, hoc est vigili comati. Primo enim Galenus libello citato, ac libro quarto de Causis pulsuum, de catocho, id est comate vigili, siue dormitione vigilaute sermonem facit: deinceps verò ad catalepsim, siue congelationem morbum accedit. Cui tamen ipse Lacuna in totum aduersatur, alterum pro altero describens morbum: ut quisque marginalis annotationes suas legens facile deprehendere poterit. Sed errorem hunc, ut ingenue fatear, typographi potius incuria, quàm tanti viri negligentia irrepisse putarem. Facili autem lapsus est, quæ vni debentur loco, alteri collocare præsertim in marginalibus annotationibus. Ceterum catochæ, vel catochæ, coma vigilans, ut dixi, interpretatur: vel, ut alijs placet, dormitio vigilans: morbus in quo eger & dormit, & vigilat, quia ex duobus contrarijs constat morbus, lethargo scilicet, & phrenitide, ut testatur Hippocrates libro quarto de Morbis popularibus non longe à principio: vbi morbum hunc stupidam insomniam appellat. Quippe à bile flaua largiore cum

pituita

pituita etiam largiore in cerebro permixta sit. Quorsum illa, quum calida sit & sicca vigilias inducit: hæc verò quum frigida & humida somnum conciliat magis & minus, pro vincens materia: quantitate & qualitate. Potissimum autem in utroque hoc morbo catalepsi & catochæ, posteriora cerebri magis molestantur: ut tradit Galenus libro quarto de loci affectibus. Qui, sepe pestis tempore euenit. Et ab Itali malum de maluco appellatur: ab Hispanis verò malum de modorra, aut modorilla. Medicus est enim morbus hic (ut dixi) inter phrenitim & lethargum morbum. Nam quum lethargi morbi materia superat, sopor vigilans morbus dicitur, Græci catochæ: quum vero phrenitidu, vigilans coma siue vigilans sopor appellabitur à Græcis verò ἀγρυπνία. At si æque utraq; materia patientis cerebrum afficiat, nomen novum excogitare decet: quum nullum hucusque nec à Græcis, nec Latinis illi impositum sit. Plerumque tamen in hoc morbo vrine apparent perturbata: quales sunt iumentorum: ut refert Hippocrates libro quarto Aphorismor. septuagesimo. Hoc tamen morbo affectus, pulsus tales insunt, quales Galenus libris citatis describit: quum tradat, iam etiam alius est affectus, qui siue medio locoponendus sit: inter lethargum & phrenitim: ut qui cum neutro in totum conueniat, siue communis esse ambobus existimandus, ut ex phrenitidus speciebus, & lethargi mixtus, suo loco consi-

G 3



derabimus. Nam de eius hic pulsibus agemus. At ne quasi enigma quoddam propositum sit, per signa que cum eo sunt connexa, cum ibi oculos ponam: conuenient ferè oculis: somnolenti sunt: atque stertunt: rursus oculis fixis, ac incommittentibus diuissimè, vt catochi, (intellige vt catalepsi affecti) intuentur, & si quid roges; atque ad colloquium compellas, difficiles sunt, & tardi ad respondendum. Plerumque etiam stulte loquuntur, nec rectè respondent: ac temerè nugantur. Is est affectus quem dico; qui ex signis sibi adiunctis defectu proprii nominis cognoscitur. Pulsus eius celeres sunt, & crebri perinde vt phreniticorum: minus tamen. Et roboris item minus, ac illi obtinent. Latè autem sunt & breues, externum motum non habent subito truncatum: sed alio modo veluti intro se propicientes subterfugiunt, ac concitant contractionem, & quasi suffurantur distentionem: verum in ea pulsus phreniticorum non sunt similes; quod truncatione illa careant. Hæc erga Galeni signa in totum respondent illis, que inueniuntur in hoc patiebatur morbo. Caterum Leonardus Fuchsius Germanus in sua de Curandis ægritudinibus praxi, de catalepsi & catocha, magna in aduertentia, sub eodem capite, quasi de rano tantum morbo agens, sermone commisit. Sunt enim reuera longè diuersi morbi, vt ex dicto liquèdè constat.

Curatio

Curatio decimasexta, in qua agitur de quodam; qui quum à scabie per linimentum curatus fuit, in quadam faciei & labiorum incidit scedam affectionem, simulque de propinanda aqua lactis.

PERuenit annos quinque, quum scabie scateret, eius mater ipsum linimento quodam inunxit: à qua inuentione quum mundus, & scabie liber euasisset, ad eius faciem humor quidam calidus rucere coepit, ipsam vnà cum labiis, & narium parte, inflatam & tumore leuatam reddens. Quæ inflatio sæpe pustula prope nares oborta delitescerebat. Sed postea interposito tempore, repullulabat. Nullis igitur adiutus praesidiis, sic hac affectione ad iuuentutem vsque molestus peruenit. Qui quum ad nos accederet: & remedium contra morbum diuturnum, faciem scedatam peteret, ipsi temperatura bilio sum notauimus. Ac multis iam vsum pro morbo propulsando medicamentis, inter quæ & guaiaci decoctum citabat: & thermarum aquas, veluti plures sanguinis missiones, vt cucurbitulas scapulis ad motas, ano hirudines, masticatoria, erthina medicamenta, & huiusmodi diuer-

siones alias. Protinus igitur ad opus accedentes hunc seruauimus ordinem, quem in medium afferre non grauabimur, vt deinceps alij pro similibus deponēdis affectionibus exemplum habeant. Instabat autem veris initium, quum hæc moliebatur, & optimo victus ordine instituto sic incepimus: Rec. Syrupi endiuix, cichoreæ, lupulorum ana vnc. semis. Decoctionis senæ vng. 4. misce, fiat syrupus: quem in aurora bibat. Ebibitis autem tribus syrupis, sanguinis ex vena nigra brachij dextra ad vncias octo mittatur. A qua sanguinis missione, singulis tribus diebus sequētibus, singulos quoque syropos iteret: ac sequentem bolus die sequenti deglutiat: qui habet. Recipe floris cassiæ recens extractæ vnc. i. & semis, cum saccharo fiat bolus, quem ieiuno stomacho ante prandium per horam cum dimidia comedat: post hæc verò ad aquam lactis deuenimus, in cuius propinatione hunc seruauimus ordinem, Rec. Aquæ lactis caprini vnciam i. Syrupi acetosi multæ acetositate vncias 3. Misce. Et ebulliat ebullitione vna, quam manè postquam è lecto exiuerit, & omni superfluitate expurgatus fuerit, deambulando per integram horam paulatim, more aquarum medicatarum sumat: & cibum ad quatuor horas tardet.

Singu

Singulis diebus prædictam quantitatem sumendo. Elapsis verò quinque prioribus diebus à feri potu computando cephalica dextri lateris secetur, & ad libram mediam sanguinem fluere permittito, ac ad decimum quintum diem in huius feri potu perseueret, in fine quorum prædictum cassiæ bolum eo modo dicto repetat. Et post purgationem, totam iecinoris regionem, ac lumbos secundum longitudinem, vnguento rosato recēti eiusdem anni inungat. Item per totum annum condito rhodosaccharo, & buglosæ ad vnciam vnam in aurora natur. Et quanto frequentius assumpserit, eo melius erit. Non minus rhabarbaro semel in hebdomada saltem vtatur: ipsum mandendo, ac deglutiendo pondere semidrachmæ. At initio Augusti ad balneas ipsum misimus, ex aquis potissimum frigidis ferreis, quales sunt Lucenses, ac Calderij, in agro Veronensi. Sed Septembri mense purgatio, ac lactis aquæ propinatio, repetitæ fuerunt. Quibus omnibus, intra duos annos sanitati fuit restitutus, nec amplius in hanc eandem incidit affectionem.

## S C H O L I A.

Inter ea medicamenta, quibus olim antiqui pro cienda aluo vsus est, aqua lactis adnumertatur, cuius dosis ad berrinas hoc est libras quinq.

accedebat. Proinde mirari non est, si nos hodie quoque ad Priscorum imitationē, pro hac leuanda affectione, & corporis mala intemperie domanda, ea dicto modo vsi simus: habita egrotantis etate, caliditē temperie, affectione, ac temperaturā. Valet autem aqua lactis ad inueteratas papulas, & varos: linthos, & vitiatos sub cute humores, velut lepras, scabies, vlcera vetera & efferata. Quae & puero, & mulieri, & seni, citra omne periculū exhibetur. Et in tunicula estibus intrepide datur: quia natura sua lenis, ac frigida est, vt in nostro abunde diximus Dioscoride. Ceterum aqua lactis varijs alijs modis contra cutaneas affectiones parata obitur, vt floribus sumiterra, horragini, buglossesena, lupulorum, rhabbarbaro & similibus admixta. Sed potissimum aeri nocturno exposita, in qua Galenus scammonium immittebat: & clanculum inuitos homines purgabat, & sanabat: vt libro decimoquarto Methodi medendi, capite septimo decimo legitur.

*Curatio xviii. in qua agitur de muliere enixa, qua sanguinem menstruum per nares, & os emittebat.*

**V**Xor hominis Germani, qui ad tabernam habitat, vterum gerebat septimo mense, magno capitis dolore cruciabat: pro

pro, quo leuādo, cucurbitulas scapulis cum scarificatione, affigi fecimus. Sed vesperi puerum peperit, & febris ardens illam inuasit. Nihil purgabat: multum stiebat: anxie agebat: res in dubio erat. Sequenti vero die, quum saphena pedis vena scissa esset, & sanguis exiret, interpositis paucis horis, per os & nares, sanguis menstrualis illi copiosissime effluxit. Post cuius fluxum capitis dolor remitti, cepit, & symptomata omnia minui. Sequenti vero die cucurbitulis feminibus admotis, & syrupo de bisanthis sine aceto, saepe ebibito, ac alijs retrahentibus adhibitis, sanguis diuerti & retrahi, cepit: ac sic rectam viam securus fuit. Quum vero menses fluxissent sanam dixit, & haesicē perseuerauit: ac eius puer obit.

*Curatio decimoquarta in qua agitur de quodam, qui re Veneris vii non poterat.*

**S**Alapharinus, Hebraeus, natus annos Squadrageinta, boni habitus vir, ex Bruzia propē Constantinopolim incluta ciuitate Anconam venit, remedium quaerens, quo potissimum liberis operam dare posset. Cum vxore etoam, ob genitaliū membrorum imbecillitatē, rem iandiu non haberē quorebatur: & eo magis gaaliberis cartabas quos

quos summopere optabat. Inſita enim vni  
 cirque eſt animali ſibi ſimile quaſi à natu-  
 ra ad perpetuandam ſpeciem & propagan-  
 dam ſobolem inſtigatio, producere, ſed po-  
 tiſſimum hominibus: & ex iis, Iudæis, qui  
 in hac re, vt variis aliis, ſuperſtitioſiſſimi  
 ſunt: credentes vtiq; eorum animas poſt  
 obitum, ſaluas fieri non poſſe, niſi maſculos  
 dimiſerint, qui ad Deum optimum maxi-  
 mum præces fundant, vt parentum animas  
 in cælum euehere dignetur. Huic igitur vt  
 ſuum aſſequeretur ſcopum, hanc illi præſcri-  
 pſimus methodum, Primò per pharmacum  
 corpus optimè purgetur, & optimis vtarur  
 cibariis & potu commedauimus. Nam abſ-  
 que Cerere & Baccho Venereſc frigere om-  
 nes norunt. Vtarur capis, gallinis, faſtaniſ,  
 turdis, merula, pullis gallinacis, auiculis  
 ſylueſtribus, ſed potiſſimum paſſerculis ſa-  
 lacibus: quos Græci ſua lingua *ψυγίται* ap-  
 pellant, ex quibus cerebella, ac quæ propè  
 renes partes ſunt, primatum obtinent. Ex  
 quadripedibus hædus, & veruex præcipuè  
 numerantur. Sed & piſces in lege admiſſos  
 concedimus, modò tamen calidos & bene  
 paratos comedat: quanquam multi corio  
 reſti, veluti toſta cooperti libidinem incite-  
 rent. Sed quia huic per religionem vetus ſunt  
 eos ſilentio prætereſc latius eſt. Cicer ex le-

gum

guminibus ad rem multum facit, veluti ex  
 herbis menta, rapa fatina, eruca, porrum,  
 cepa, naſturtium, orminum, ſatyrones,  
 vrtica, crocus, carduus, pinea, ſcolimos  
 dictus, cuius tam radix, quam calyx chi-  
 chophilos dicta expetitur: bulbus eſculen-  
 tus de quo Martialis dicere ſolebat:

*Cum ſis anus coniuæ, & ſint tibi mortua mēbra,*

*Nihil aliud bulbis quam ſatur eſſe potes.*

Quibus addere eſt eriſimū, cephalionem  
 encephalum dictum, noſtris palmitem, vel  
 palmæ caput: de quo capite de Elate in no-  
 ſtro legito Dioſcoride. Ex fructibus verò,  
 quos illi concedebamus, ſunt vua, ficus,  
 amygdalæ, piſtacia, pini nucleï, vua ſole  
 exiccata, nux Indica: & alij plures ſilentio  
 prætermiſſi. Sed ex cõditis hoc potiſſimum  
 parare fecimus, multum ad rem faciens &  
 ita habet, Recipe amygdalarum albarum  
 libram ſemis, pinearum recẽtium albarum  
 vncias 3. carnis ſcincorum renes amplecten-  
 tis vnc. 2. Radicum teſticulorum canis, &  
 vulpis in aqua primò coctarum vncias 3. ſe-  
 minis erucæ vncias 2. piperis longi, carda-  
 momi, ana drachmas 2. mellis quantum ſuf-  
 ſecerit, ad ignem ſecundum artis miniſte-  
 rium fiat conditum molle, & cum drach-  
 mis duabus ſpecierum diamoſchi aroma-  
 zetur. Cuius ſemiunciam quãdo vadit dor-  
 mitum,

mitum, comedat: & de super parum vini mal uatici ebibat. Sed & membra debilitata facta, hoc iungebat vnguento; R. olei lili ni vncias 6. pulueris stellionis vnc. i. casto rei scrup. i. nucis moschatae, pipetis lögl ana vnciam semis, ceræ citrinæ, quantum pro ratione linimenti suffecerit, misce, & ad ignē, vt decet, paretur. Cæterum multa, & varia pro hac complenda operatione excogitari possunt, tam condita, quam vnguenta. Ex conditis autem prostat in officinis confectio dialatyron dicta: quæ recens parata primas in hoc loco tenet. Sed ex citatis simplicibus, marsipanes parari possunt. Veluti rotulæ, conseruæ, electuaria, & huiusmodi alia: de quibus & inunctionibus variis, si quis multa scire desiderat: legat Aetium, sermone vndecimo suæ medicinæ, capite trigesimo quinto: cui titulus est, de iis qui re Venerea vri nõ possunt. At Aucennam Fen. vigesima libri tertij, capite 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & vigesimo. At hodie Turcæ libidinosi suo amphione ad incitandam libidinem, in cibo fabæ magnitudine vtuntur, qui succus herbæ cuiusdam est, non verò papaueris, vt quidam putant. Cuius Theophrastus herbam quandam, verè libidinis irritamentum vocatam, de qua nos quoque olim mentionem fecimus.

mus. Sed Indi nostros Lusitanos docuerunt chryfocollam (boracem officinis dictam) ciceris magnitudine in ovo sorbili ebibitam, hominem in priapismum trahere, & tentiginem eiere. Prædictus enim Iudæus hic (vt qui ad nos ex Constantinopoli redierunt: testati sunt) filios genuit, & hilariter cum vxore agit.

*Curatio decimanona, in qua agitur de quodam, qui ex lapidea scala cecidit: & illi brachium & sinistrum cruris absque motu permanserunt.*

**E**X scala lapidea cecidit puer obesus, Brudorum viduæ filius, natus annos quinque. Qui quum super dorsum cecideret, nucham, & spinam malè affecit. Vnde & nervos malè affici credendum erat. Is verò à lapsu, veterno, hoc est profundissimo somno, per noctem & diem oppressus est. Cui occurrens medicus quidam, dextri brachij venam tundere & sanguinem extrahere, ac brachio & cruri malè affectis, medicamenta admouere fecit. Sed quum puer ad quinque dies, cum illis admo-

admotis medicamentis nullum iuamen  
 perferiret: sed potius absque motu prædi-  
 cta membra manerēt, ad eum inuisendum  
 sum vocatus. Cui præsens considero, huic  
 nullum inesse vulnus, nullum tumorem,  
 nullam membri fracturam, aut liuiditatem.  
 Quibus de causis, in mentem reuoco simi-  
 les à Galeno casus citatos, quibus median-  
 tibus doctus euado, iudicans huic nervos,  
 & musculos malè esse affectos: & ita malè  
 affectos, vt per eos spiritus motum præben-  
 tes permeare non possent: quum transitus,  
 & via illis intercepta esset. Proinde ad ner-  
 uorum originem occurrens, caput, occiput,  
 & vniuersam spinam ipsam hoc linimento  
 illini fecimus. Et intra quinque dies, mem-  
 bra motum recuperârunt, & paucis aliis in-  
 terpositis, integram adeptus fuit sanitatem.  
 Haber autem linimentum sic: Recipe Olei  
 chamæmelini, vulpini, vermium terrestrium  
 ana vnc. 2. Pulueris vermium terrestrium  
 vnc. i. ceræ paruum: ad ignem fiat linimen-  
 tum: quo neruorum origo & spina inungat-  
 ur, & desuper pellis vulpina imponatur.

## S C H O L I A.

Non multum ab isto casu abhorret historia  
 Galeni de Pausania Syro Sophista, quam lib. 3.  
 de locis affectis, cap. 10. citat. Et paulo antea lib. 1.  
 cap. 6. Proinde decet medicum in Galeni doctrina

optimè

optimè esse versatum: quia omnia, quæ contingere  
 possunt, in eo facillimè est inuenire.

Curatio x x. in qua agitur de impostu-  
 ra quadam, videlicet quòd medicus  
 quidam leni quodam clystere puel-  
 lam interfecerit.

LEO Hebræus pædagogus quum mul-  
 tos sanctam linguam doceret, medi-  
 cus quidam cognomento Calaphurra, vt  
 linguam quoque calleret, ad eum accede-  
 bat. Cæterum huic Leoni filia erat annos  
 nata circiter octo, quæ sæpe ventriculi &  
 intestinorum erosionibus cruciabatur. Is  
 quum semel natam afflictam animaduer-  
 teret, medicum præsentem rogat præsidium  
 facile paratu, quo filiam à symptomate li-  
 beret, excogitasset. At medicus magistro  
 obtèperans officio suo fungi cœpit, doctè  
 sanè puellæ tēperaturam natiuā, tum æta-  
 tiuam considerans. Quæ dubio procul pi-  
 tuosa erat: quibus addebat tempus hyber-  
 num ac rigidam hyemem præsentem, in  
 qua ætate & cœli constitutione, morbi fri-  
 gidi plerumque nascuntur. Vnde comesta-  
 ri cœpit morbum hūc ab humore frigido,  
 & flatuoso ortum trahere: qui per circui-  
 tus quum mouebatur, non continuo, sed

interpolatim puellam affligebat. Sed coniecturam suam firmabat, quod tortiones illæ, ac ventriculi murmura nullam secum sebrim trahebant. Quæ omnia, quum vniuer saliter morbum frigidum indicent ac testentur, porissima tamen ac indubitata in ægrotante Hebræa sunt, quia Hebræi melancholicis & flatuosis, ac actu frigidis vescuntur cibariis: à quibus humor gignitur quidam frigidus flatuosus, cholicas affectiones plerunque producere natus: quæ res indicio est, quod Hebræi ob hunc aggestum humorem in cholicum affectum sæpe incidunt. Hoc igitur ratiocinio usus, doctè medicus contra hanc affectionem hunc descripsit clysterè, qui habet, R. Chamæmeli, anethi, an. m. i. rutæ m. semissem. cumini pug. medium, in libris tribus aquæ fiat decoctio quousque maneât libræ duæ. Facta decoctione, & colatura, decoctis adde oleorum chamæmeli, rutæ, anethi an. vnc. i. Vini parum misce, & ter ex prædicto decocto & oleis ac vino mixtis, clysteres parentur. Ita vt quilibet clyster decem tantum contineat vncias. Ab iniecto verò primo clystere puella angî cœpit: ac intra horam mortua fuit. conqueruntur parentes: medicum detestantur: populum conuocant: ad iudicem currunt: obitus vindictam quærunt.

quærunt. Tandem prædictum medicum in vincula coniiciunt, & sub iudice lis pendet: Anconam gubernate illustrissimo Vincentio de Nobilibus, Iulij tertij Summi pontificis, ex sorore nepote: ac locum tenente. Quæritur an puella ob clysterem iniectum obierit, an ab aliqua alia causa mors illi superuenerit? Primò quod ab infuso mors subsecuta non fuit, ipsum componentia satis testantur: quum omnia ferè quotidie in victus vsu homines habebant à chamæmelo herba sic dicta, quod mali odorem referat, incipientes: quam Aegyptiorum sapientissimi ob raras eius dotes soli consecrabant. vt testatur Galenus libro tertio de Facult. simpl. med. cap. 9. De cuius tēperatura ac viribus sic lib. 6. prædictivoluminis idē dixit, Anthemis, id est, chamæmelon calfacit, & desiccatur in primo ordine, estq; tenuium partium. Ac proinde digerendi, laxandi, ac rarefaciendi vim obtinet. Hæc Galen. cui omnes hucusque medici subscribunt. Non est igitur quod ob chamæmelum vel chamæmalum dictum, infusum hoc noxium aliquid contraxerit, quis dicat. Veluti nec à bene olente anetho: quod pro ornandis olis, ac præparando acetario culinis familiare est. Excalfacit autē in sine secundi gradus. & exiccat in eiusdem

initio: & ob id in oleo decoctum digerit  
 dolorem sedat: somnum conciliat, & cru-  
 dos humores cōcoquit. Quę omnia de sic-  
 co intelligenda veniunt: nam viride humi-  
 dius, & minus calidum est. Itaq; magis cō-  
 coquit: & somnum conciliat, sed minus di-  
 scuit. Sed & ruta à multis conservanda sa-  
 nitate, & morbis profligandis frigidis, ac  
 interficiendis vermibus, sæpe manditur  
 quæ Galeno auctore, capite de vitice sen-  
 agno casto, calfactoria & exiccatoria tertio  
 in gradu est. Cuius oleum auxiliatur his,  
 quos tortiones ac cholicus dolor à frigido  
 humore ortus discerniat, ut meminit Gale-  
 nus in fine libri 12. Methodi medendi, velu-  
 ti sexcentis aliis suæ doctrinæ locis, præci-  
 pue ubi de seipso historiam narrat: quibus  
 affectionibus cuminum multam quoque  
 valere omnes norunt: quum spiritum fla-  
 tuosum dissolvat, & ipsum in halitum red-  
 dat, ac ob id ex medicinis ventositates car-  
 minantibus, practici ipsum primatum obi-  
 nere contendunt. Non est igitur: quod quis  
 contumax, aut cervicosus insciūse, audeat  
 dicere, ob clysmum componentia ornan-  
 tiave, obitum puellæ superuentū esse: quū,  
 tametsi potentiora essent medicamenta,  
 eorū vire: in aquæ coctura infringerentur.  
 Nec enim subterfugere est ad vinū, quum

per

per se solum similes curat morbos, ut Gal-  
 sapes testatur, & Angelus Politianus vir nū-  
 quam sine honoris titulo nomina adus lib-  
 suarum Epistolaram illi suffragatur, quum  
 locum quendam deprauatum apud Pliniū,  
 ubi de cicuta agit, restituat. In idem valet  
 infusi ipsius parua quāritas, quæ quum de-  
 cem ad summum uncias contineret, vix suf-  
 ficiens erat secundum ex crassioribus atin-  
 gere intestinum. Nūquam enim infusa per-  
 clysteres ad intestina ventriculo proxima,  
 perueniunt, ut memoriæ commendavit Ga-  
 lenus libro quinto Methodi medendi, &  
 eiusdem voluminis 13. nec enim ignoro,  
 apud ipsum Galenum, libro sexto de Sym-  
 ptomatum causis legi, nonnullis clysteres  
 adeò ascendisse ut ipsos postea vomitione-  
 reicerent, quemadmodum stercus per le-  
 thales voluolos emitti solet: quum id ven-  
 triculi attrahere non est, sed duntaxat susci-  
 pere ea quæ ob intestinorum compressio-  
 nem violenter sursum feruntur. Sed de his  
 satis, quum multo plura huic rei facientia  
 Centuria prima medicarum curat, nostrarum,  
 ad illustrissimum Cosmum Medicum  
 secundum Florentinorum Ducem dicata  
 dixerimus. Ut igitur receptui canamus, lu-  
 ce meridiana clarius claret, clysmum hunc  
 nullam noxam aut vim, nedum mortem,



huic afferre posse. Est enim clysterium, vt Auicennæ placet, medicamentum nobile, quod ideo nobile dicitur (vt mea fert opinio) quia securum, nullum præcipuum membrum quod vellicare possit attingēs: à crassioribus enim intestinis potissimum materiam deponit, non verò vniuersaliter ab omni corpore, vt doctè admodum Antonius Musa Brasauola nobis pyladæa amicitia coniunctus, Galeam in pristinum nitorem reddens, Aphor. secundo libri quarti Apho. adnotauit. Sed ne lectori nauseam in re tam facili sermonem in longum duccendo moueamus: vnde mors huic puellæ subsecuta fuerit, breuiter dicamus. Primò scire licet, quòd puerorum substantia omnium facillimè digeritur, ac dissipatur, vt testatur Galen. libro nono Methodi med. Propterea quòd est omnium humidissima, ob quam humiditatè, ac concretos in eis frigidos humores somnolenti maximè sunt, & veterno, hoc est sopore ac profundiori somno maximè apprehenduntur. Quum igitur puella hæc pluribus huiusmodi humoribus frigidioribus scateret, ac cæli status rigidus & niuosus esset, consequens erat, vt non solum stomachi & intestinorum rorsionibus obnoxia esset, sed quod magis est, catalepsi, id est, congelationi,

tionis, & apoplexiæ. Fortè enim fortuna prædicti humores caput præcipuè eo tempore occupabant, ac in eo sedem habebant, qui ad cerebri obturandos meatus paratissimi erant: vnde credere erat puellam vel nullo remedio aut præsidio adhibito, intra paucas horas morituram: sed quum clysmus dissoluendi ac rarefaciendi vim haberet, factum est, quòd eo materiæ illæ fluxibiliores redditæ cerebri meatus implerent ac coarctarent: vnde apoplexia orta est, morbus sanè perniciosus, ac lethalis: à quo puella hæc mortem traxit. Non est igitur quòd medico imputerur huius obitus, quando non sit in medico (vt ingeniosus Poëta Ouidius ait) semper releuetur vt æger. Quum interdum bonam artem præualeat malum: immo nonnulli sæpe reperiuntur morbi necessariò interficiētēs, inter quos hunc à quo puella diceffit, adnumerare est: non erat igitur medicus ob hæc rem accusandus, nec inuitè ad iudicium deducendus, quoniam post deum Aesculapium, quem in serpentis formam ad pestem sedandam, Romam decem Legatitæ Epidaurum traxerunt: medicis concessum fuit, vt inuiti in iudicium deduci non debeant, vt habetur apud legem, Medicos, C. de profes. & med. Obiit igitur, vt iis

finem imponamus, puella prædicta apoplexia detenta, quum, ut assistentes testabantur, tora rigida post obitum mansit: necesse quòd quis in hac re amplius dubitet ancepsve sit: ita enim sentio ego Amatus Doctor medicus Castellii albi Lusitanus, in quorum fidem hæc scripsimus: Anconæ decimo septimo die mensis Maii 1550.

*Curatio XXI. in qua agitur de muliere quadam, per mammas sanguinem menstruum erittente.*

**M**ulier nobilis, quum puerum lactaret & ut fieri solet, longo tempore menses suppressos haberet, ecce per mammas sanguis illi effluere cœpit copiosissimus: à quo præter fluxionis tædium nullū capitis dolorem aut noxam percipiebat. Facta tandem ex saphena pedis vena, sanguinis copiosa extractione, ex mammis sanguis illico retractus fuit: & mulier ab hac fœda affectione libera quæ medicorum iudicio in infantiam ventura esset, iuxta Hippocratis dictum libro quinto Aphorism. quæ dragesimo: quod habet, Quibuscūque mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorẽ significat.

SCHOLIA.

*Tametsi Galenus hoc nunquam vidisse testatur,*

tur, nos tamen cum Hippocrate, sanguinem per mammarū papillas effluere in duabus nobilibus, altera Lusitana, altera vero Italæ hucusque servatum habemus: quarum nulla in furorẽ, aut insaniam devenit: sed potius sanguine ex saphena misso, illico sanitati restituta fuerunt. Ceterum, Antonius Musa Brasavola refert à se mulierem visam, cui sanguis per vbera fluebat: quia gemellos nutriebat: qui cum vehementer exurgerent, sanguinem in lac conuerti non sinebant. Et ita huic contingebat, ut is qui nimio vtuntur coitu, quibus sanguis exit qui in semen conuerti non potuit, ut citato habetur Aphor.

*Curatio XXI. in qua agitur de papulis quibusdam circa brachialia, & manus, ac utriusque pedis astragalum, Talum dictum, repente erumpentibus.*

**S**enex Abenaser, quinque supra sexaginta natus annos, boni habitus & sanguineus, quum Maij tempore veste pellibus sulcata vestiretur, & cothurnis ac ocreis ex suberis cortice paratis, calciatus incederet, scabiosus ille aeris ac vestium caliditate, de pedum nimio calore querebatur: tunc intra crepidas eos continere non possent.

pe inculcaret: huic igitur calore extraneo affecto, & iecur supra modū calefactum habenti, repente papulæ quædam nigerrima manus præcipuè & brachialia ac pedum astragalum inficientes superuenere, quæ natura sua pruritus excitabant, & carnem corrodebant: ut potè ex sanguine superaffato, & atrabiliario reddito ortum trahentes. Cui malo occurrens, depositis per balanum fecibus, sanguinis uncias sex secta dextra basilica, fluere fecimus, qui in totum ater ac putredine affectus erat: quæ de causa vesperi, ex sinistro brachio sanguinis extractio ad uncias 8. repetita fuit: Sed ad iecoris, & membrorum interiorum refectionem syrupum hunc in dies bibebat, qui ita habet, R. Syrupi rosati, cichoreæ scendiuiæ an. vnc. 6. aquarum cichoreæ, endiuiæ, boraginis, buglossæ an. vnc. 1. Miscete. Cæterum papulas, quia ex excedentibus erant genere, scarificare fecimus: ex quibus sanguis ater effluxit, quas tunc marina aqua lauare fecimus. Nam in herpetas devenire timor erat. Sed postea ichores citrini cum quadam nigritie inde exhibant. Super quas unguentum hoc admouere fecimus, quod habet, Vitelli oui num. 2. olei rosacei, butyri recentis, succi duorum limonum, an. vnc. 2. sublimati. drach. 6. Miscete. Fiat

Fiat linimentum, quo papulæ prædictæ exsiccatæ fuerunt: & ipse leni pharmaco eopoto, intra paucos dies bene habuit. Sani tamen colophonem addidit, quum per octo sequentes dies conseruam hanc gustauit: & desuper aquam hanc destillatitiam subscribendam bibebat. Habet autem conserua, siue conditum sic, Recip. Conserua ex floribus herbæ sumi terræ cum saccharo paratæ vnc. 1. De boragine, de rosis, de buglossa ana vnc. 1. & 1/2. cum miua cydoniorum absque speciebus, fiat conditum, & folio auri in auretur, quod in sex partiatur partes: & ieiuno stomacho, singulis diebus (ut dixi) portiunculam comedat, super quam aquam sequentem ebibat, Recip. Aquæ cichoreæ, endiuiæ, lupulorum ana unciam vnam, Miscete.

## S C H O L I A.

Decet autem medicum, egrotantis opulentiam, vel pauperiem perpendere: quum secundum egrotantis possessionem, ita à medico pretiosa, vel parui valoris medicamenta parari debeant, ut commendat Galenus libro sexto de compos. med. per loca: ad hunc modum dicens, Quemadmodum enim pauperes, medici exilem apparatus laudant: sic oporet etiam diuitibus permittere, ut cōfectiones pharmacorum pro opulentia suâ dignitate comparent. Satis enim scio etiam ipse non solum pauperes esse medicos

medicos, sed & qui ab ipsis curantur. Quibus salu-  
est, ubi egrotant, alicam cum aqua mulsâ ac-  
cipere, & mundum panem habere, aut aliquam fan-  
nam utilem ad cataplasma. Verum eum qui cu-  
randi tractationem scribit, omnis materia memi-  
nisse operæ pretium est: quo tum diuitibus copia sit  
ipsis artificiosè utendi, tum pauperibus electio sit  
illarum tantum, quibus vnusquisque pro opportu-  
nitate abundet.

*Curatio vigesimatertia, in qua agitur  
de vermium curatione.*

**P**Verò ad quos diuertimus, vermiū motu  
su lancinabantur: nam caput dolebant,  
tremore corripiebantur, & frigore, ac inor-  
dinata febris affligebantur. Ex quibus non-  
nulli nares scalpebant: digitos in os mitte-  
bant: & quæ comedebant, euomebant: om-  
nes verò sanitati restituti sunt sequenti  
ordine describendo: ij præcipuè qui aliquid  
iam comedebant. Alij verò lactentes tan-  
tùm alia excogitata via incolumes quoque  
perseuerarunt. Primis igitur semen lumbricorum  
saccharo incrustatum pondere di-  
midix vncix comedendum dabamus: cum  
quo non febricitantibus, vinum pauillum,  
& generosum bibendum dabamus. Febricitantibus verò aquam portulacæ, grami-  
nis, aut in qua coriandri semen incoctum  
fuit.

fuit. Postea verò media interposita hora,  
singulis singulas semuncias diasclesten in  
bolo, aut rhabarbari scyptulom vnum, vel  
alterum propinabamus. Quibus medica-  
mentis omnes per secessum emittebāt ver-  
mes, & sanitati pueri omnes restituebantur.  
Qui verò lac tantùm sugebant, eorum nu-  
triciis prædictas dabamus medicinas, ci-  
tato ordine, sed aucto pondere: vt ad lac  
earum vires vtrunque potentes accederēt.  
Sic enim nos docuit Hippocr. lib. 6. Epide-  
miorum, dicens: Mulier, capra, cucumerem  
agrestem comedentes, pueris purgatio. Cui  
postea subscripsit Galenus lib. 3. Alimento-  
rum, cap. 12. & lib. 5. de tuenda valetudine.  
A quibus omnes postea medici mutuati  
sunt, & libris suis inseruerunt.

*Curatio vigesimaquarta, in qua agi-  
tur de erysipelate phlegmonoso.*

**P**istor qui iuxta diuersorium, cui serpens  
pro symbolo & insigni est, habitabat,  
erysipelate phlegmonoso in manu sinistra  
versus cubitum corripì cœpit. Ad quem,  
quom quidam ex iis, qui omnia quæta ef-  
fentia, & oleis per sublimationem extra-  
ctis, curare profiterentur, diuertisset, ipsum  
scorpij ictu percussam fuisse contestabatur,  
occasionem aliqui quærens, vt sua expe-  
riretur.

riretur olea : sed non vti nam hominis vitæ dispendio. Quum enim prædicto morbo sua superadderet olea, quæ non minus erant, quàm igni addere ignem, factum est, vt intra tres dies in insaniam, ac rabiem ægrum duxerit. Qui, & si postea à doctis medicis inuisus fuit, omnia morbo remedia conuenientia adaptando, nihilominus tamen in fine sexti vitam cum morte commutauit. Videant igitur ægrotantes quibus se concedant medicis, ne dicam carnificibus. Nam vt artificiali coniectura, quæ media est inter exactam scientiam, & omnimodam ignorationem, vti medicus debet pro internis affectionibus dignoscendis, ita pro externis & iis quæ sensui subiiciuntur curandis, firma & indubitata medendi methodo vtatur necessarium est. At hodie, vt Plinius ait libro vigesimonono Naturalis suæ historiæ, capite primo, Nulla est lex, quæ puniat inscitiam capitalem medicorum, nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis nostris, & experientia per mortes agunt. Medicisq; tantum hominem occidisse summa impunitas est, quando hercule in hæc artium sola eueniat, vt vnicuiq; medicum se profitemi statim credatur, &c. Quæ Plinius ex diui Hippocratis lege in suum opus mutuatus est.

## S C H O L I A.

*Elapsis quindecim diebus ab obitu prædicti pistoris, Spatarius quidam simili morbo, & in eadem corporis parte afflictus fuit : ad quem quum prædictus medicus conuenisset, & vſitatis medicamentis vſus eſſet, intra ſeptem dies ipſum interfeſcit. Nouit autem hæc vniuerſa Ancona, noueruntque doctiſſimi tres medici aſſiſcentes, Hieronymus Fulginas, Federicus Seuerinus, ac Iul. Perſul, ſed hæc & ſimilia, nõ aliunde eueniunt, quàm ob gubernatorum & rectorum inaduertentiam: qui omnes Agyrtas, circumforaneos nugiendulos, ac barbitonſores promiſcûe humanæ ſalutis curam habere permittunt.*

*Curatio vigesimaquinta, in qua agitur de eryſipelate puro apud Auicennam Spina dicto.*

**V**icinus meus vir probus, & cui filiam piratæ in navi immaniter interfece-  
runt, eryſipelas in crurè paſſus eſt, ignitâ ſcilicet rubedinẽ per crus diſuſam cû dolore: quâ comitabãtur febres & rigores de tertio in tertiu affigentes, cui illico occurrẽs optimo prius inſtituto victus ordine ad frigidũ & humidum declinante, ac ex toto vino abnegato, ſuper ipſam ignitam rubedinẽ ſucos ex pluribus & variis herbis expreſſis apponi

poni, ac sæpe commutari fecimus. Sunt autem herbæ hæc, semperuiuum, lactuca, portulaca, endiuia, tarraxacon, umbilicus Veneris, lenticula aquæ, solanum, plantago, cucurbita, utrunq; nenuphar, & huius temperaturæ & rationis similes herbæ. At quia purum erysipelas hoc videbatur, curis solam superficiem occupans, à venæ sectione Galeni consilio abstinuimus, & medicamentum bilem purgans, Græcis cholagogon dictum, bibendum dedimus. Quibus intra quinque dies sanitati fuit restitutus, ut canonicus sancti Ciriaci, & alij. Solent autem morbi ij potius alterantibus, quam purgantibus medicamentis sæpe curari. Quo fit, ut Auicenna aquæ frigidæ perfusionem, irrigationemue summopere laudet.

## S C H O L I A.

Erysipelas Latiniorebus sacer ignis dicitur, purum tamen apud Auicennam spina appellatur. Quod ex bile flaua vel sanguine seruida & subtili, ac consistentia tenui ortum habet: per solam cutem se diffundens, nihil inferiorem carnem molestando, ignitam quandam rubedinem præ se ferens, quam Hispani colubrellam, quasi colubrum diminutina voce appellare solent: alij verò Amonte morbum, quod est rusticum, videlicet immanem, nostri præcipue Lusitanum vocant. Fit igitur erysipelas exquisitum ex flaua bile naturali

quas

quam sanguinem subtilem ac consistentia tenuem medici vocamus. Vnde Galenus lib. 2. ad Glanc. cap. 1. Erysipelas ex pusillum, & verum ex sanguine tenui & seruente fieri tradit. Libro vero primo Aphor. Aphoris. 2. ex flaua bile gigni dicit, veluti sexcæis alijs locis. Caterum, si bilis prædicta pura & simplex, utpote naturæ suæ limites transcendens, nulli alteri humori mixta sit, & membro hæserit, tunc herpes faciet, quos recentiores pustulas malas cholericas appellant. Si verò prædicta bilis concretior, & pro ratione sua crassior, ac maiori acrimonia fuerit prædita, tunc altius ad suppositam vsque carnem exulcerat, appellaturque affectus hic herpes esthiomenus, id est, herpes excedens neoterici verò exulceratum erysipelas. Quale pustor ille, de quo supra mentionem fecimus, passus fuit, qui primò erysipelate phlegmonoso laborauit, & medicorum imperitia in herpetem esthiomenum lapsus fuit: à quo, ut diximus, obiit. Solent autem curari huiuscemodi ulcerationes unguento albo, unguento de lithargyris, de plumbo, ac alijs varijs pro ratione loci, & morbi: exiccantibus tamen, non verò humectantibus, ut Auicenna putat, & neoterici in vulgatis Auicenna erroribus notarunt. Si verò bilis minus calida & acris quam dicta fuerit, exiguas pustulas milij granis similes in superficie cutis excitat, nominaturque morbus hic herpes miliaris. At ut ad erysipelas reuertamur, scire decet, quòd quādo

I

bilis sanguini miscetur, & membrum obsidet, si bilis præualet, erysipelas phlegmonodes, siue phlegmonosum dicitur: si vero sanguis excellit, phlegmone erysipelatosa appellabitur. At si equaliter bilem & sanguinem commisceri contingat, tunc vitium hoc, medium quoddam particeps phlegmonis & erysipelatis vocabitur. Si vero bilis pituita miscetur, tunc erysipelas œdematodes affectus nominabitur. Si autem atra bili, tunc erysipelas scyrrhodes, seu scirrhosum vocabitur. Ab humore autem in mixtione exuperante præualescente uero vitio nomen dandum est. Plura uero si quis de ijs rebus scire cupit, legat Galenum libro secundo artiæ medicinalis ad Glauconem: & decimoquarto methoꝝ medenli: ac Tagaultium institutionis sue chirurgicæ libro primo, capite octauo. Quo nullus hucusque, quem nouerim, nec copiosius, nec doctius de hac re literis mandauit.

*Curatio uigesima sexta, in qua agitur de Caro, id est ueterno morbo, quem Arabes Subet appellant.*

**A** Ethiopissa, quæ quatuor supra triginta annos inferuierat, & sæpe in capite percutiebatur, lenta febri laborare cepit: cum qua somno profundissimo & graui ita opprimebatur, ut stimulatæ (etsi sentiebat) nihil tamen dicebat, nec oculos aperiebat: qui

qui affectus Caros Græcis dicitur, Latinioribus uero Veternus. Arabes autem sua lingua hunc ipsum Subet morbum appellare solent. Qui plerunque à frigido, crasso, aut omnino uiscido fieri solet humore. Ceterum hæc quum eius parua cura fuit habita, intra paucos dies obiit. Huius tamen morbi curatio eadem ferè est, quæ apoplexiæ, aut cephalalgia pituitosæ debetur.

*Curatio uigesima septima, in qua agitur de comate febrem sanguineam comitante.*

**A**B obitu prædictæ Ethiopissæ tres dies, eius domina Michaelis Musici mater, febri sanguinea correpta fuit: quam insequebatur ineuitabilis dormiendi cupiditas: quæ uocata utcumq; respõdebat, sed iterum oculos claudebat, & ad soporem reuertebatur. Affectus sanè coma dictus, qui à vaporibus calidis & humidis ex sanguine putrido ad caput delatis, & ipsum implētibus, originē ducebat. Proinde rebus in ordinē dispositis, à sanguinis missione orsi sumus. At quia dextri brachij uenæ latebant, ad sinistrū nos diuertimus, & internam secare fecimus: ex qua integram sanguinis libram fluere permisimus. Qui quum ater & corruptione

affectus appareret, & vires utcumque constarent, sequenti die ex eodem facto vultu octo uncias extrahere fecimus. Sed interdum sincipiti oxythodinum admovebatur: & cordi epithemata refrigerantia, & roborantia. Caterum pisanam, & amygdalarum pro victu huic porrigebamus. Sed ut alius responderet, per clysteres refrigerantes procurabamus. Tertio verò die post frictiones adhibitas, cucurbitulæ quatuor scapulis profundioribus vulnusculis scarificatis affixæ fuerunt. At syrupos & hordeaceam aquam non gustabat, sed fontanam tantum pro potu ad extinguendum usum, qua maxime cruciabatur, admittebat. Quarto verò die rigore se affligi, ac sua membra refrigerari dixit. Sed rigor ille illico evanuit. Sed quinto pharmacum hoc illi vel inuitæ dedimus, quod habet, Rec. Syrupi rotati solutiui unc. 3. rhabarbari boni drach. i. diapheniconis drach. 3. spicæ celticæ gra. 3. decoctionis florum, & fructuum cordialium uncias tres, misce, fiat potus, quo multa egest. Si quæ enim rhabarbaro spica adiungenda est, celtica sit oportet, ut in nostro diximus Dios. At septimo die rigor illi intensissimus per duas & amplius duras horas superuenit: quem febris parua secuta fuit. In qua aquam ad satietatem ebibat: postquam

quum parum euomuit, vniuersum eius corpus copiosissimo sudore irrigatum fuit: post quem sudorem, à febris immunis permansit. Sed octauo in ventris fluorem leuem incidit, & sana fuit: veluti eius filia decem nata annos, quæ simul cum matre in eundem lapsa fuit morbum. Quum tamen puella aquam acetosæ & boraginis, in quibus olei vitrioli guttas tres infundi fecimus, ebiberet, per inferiora vermes quatuor eiecit, & sana facta est. Putredini autem hoc oleum sic exhibitum aduersatur, & membra omnia roborat, ac vermes interficit, & calorem febilem infringit.

## S C H O L I A.

*Passim in libris medicorum voces hæc leguntur. somnum significantes, scilicet cataphora, coma, caros, lethargos: quas Galenus in libris Prophetici abundè exposuit. Et nos ad præsens præsequemur, citabimusque. Est igitur cataphora delatio, siue in somnum inclinatio, verbum delatum ab eo, quod qui sopiuntur κατάφωρα, id est, deorsum feruntur: quo iam dormientium caput deorsum fertur, & inclinatur. Medici tamen in malam partem cataphoram semper accipiunt verbumque hoc tanquam genus, ad malam somnum constituit. Vnde ipse Galenus libro de somno sibi adscripto, & in isagogis, veluti eius summa Paulus Aegæta, & Aëtius*



lethargum per cataphoram definiunt: quum dicant, Lethargos, est cataphora, id est inclinatio in somnum inexpugnabilis cum discoloratione & tumore ventoso, cum debilitate ipsarum solidarum partium: & nullatilis spiritus. facta omnino in debili & maligna febre. Vnde satis claret cataphoram genus esse ad alias affectiones somniculosas. At coma intensa est somni deprehensio, vel Galeno teste libello de comate. Coma profundum soporem & diurnum significat, aut vigiliam imaginatione frequenti obturbante, ac interpellante somnum: ita tamen, ut ea affecti surgere nequeant. Et quando soporem profundum significat, tunc simpliciter coma nominant. Si autem vigiliam, tunc ἀγγυρον λῶμα, id est vigilans coma appellant: de quo supra mentionem fecimus. Ut tamen Aetio ex Possidonij autoritate placet, accidit hoc consequens sanguineam febrem, coma dicitur, ut apud ipsum quivis legere poterit Sermone sui sexto eiusdem numeri capite. Nec sane immerito, quum, λῶμα communi estimatione, ut poëta placet, dormitionem significat: ut verò Græci medicis immensam somni deprehensionem. Et ista coma in malum quietem semper accipiunt. Cuius verò profundissimus somnus est, quo oppressus, & si stimulatus fuerit: nec oculos aperit, nec sentit, nec respondet. Vocant autem affectum hunc Romanis Veterum: Arabes verò Subet: qui à p̄luita & lentis humoribus caput occupantibus se-

pe fit. Et ipsum lenta quadam febricula, ut Aetio placet, semper comitatur: quem Cornel. Celsus capite de Lethargo, torporem post longas febres accidentem (ut ego sentio) vocat, nam alibi de caro mentionem non fecisse puto. Hoc nostrum iudicium ex Paulo Aegineta corroboramus: qui caron post præcedentes vehementes febres euenire tradit. Cuius sententia ab ea quam Corn. Cels. de torpore tradidit, non multum abhorret. Nam præcedentibus diurnis, aut vehementibus febribus caros, si superuenerit, ipsum tamen imitabitur febricula quadam lenta, ut Aetius optime sanè dixit. Vocant autem morbum istum Latiniore, ut dixi, Veterum, & eo correptos veterinosos, de qua re alibi contra Grammaticos satis diximus. Lethargos morbus cerebri est, phrenitidi contrarius. Qui ideo lethargus dicitur, quod oblivionem inducat. Ab eadem autem materia qua caros fit, enenit, & in eodem loco situm habet. Lethargus tamen remissior est: quia eo morbo affecti lethargici dicti, interrogati oculos aperiunt, & respondent, & ad inexpugnabilem somnum revertuntur. Vnde lethargus à Galeno ita definitur, Profundus sopor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas est. Cuius Aetius aliorum relatione, duas facit species: alteram per primogeniam affectionem factam: alteram verò per consensum. De reliquis verò vocibus somniculosas affectiones significantibus supra (ut reor) à nobis abunde scriptum est.

*Curatio vigesima octava in qua agitur  
de Erysipelate in iecore orto.*

**V**XOR Azizæ proxenete nata annos tres supra quadraginta, boni habitus mulier, & quæ nunquam nisi partus tempore menses videbat, tertiana continua laborare cœpit. Cui occurrens medicus, primò minorans, quod aiunt, medicamentum purgatorium propinauit, ac postea demisso sanguine per venæ sectionem, quarto die menses illi copiosi fluxerunt: demum præfidiis idoneis adiuta natura, intra decem dies hæc sanitati fuit restituta. Cæterum interpositis decem diebus, iterum in morbum lapsa est. Nam acuta febris afflicta: tur: siti intentissima cum linguæ ariditate, & nigredine cruciabatur. Stomachi subversionem maximam absque vomitu patiebatur: & circa iecinoris regionem querebatur: totam noctem insomnis transigebat: cibum non gustabat: sed avidissimè gelidam bibebat. Quibus omnibus comprehensis iudicatum fuit, hanc in iecore inflammationem pati: & illam quidem erysipelas dictam. nam quum supra iecur manum admouebamus, magnam inibi percipiebamus caliditatem, & ægrotans dolorem, de quo potissimum querebatur. Nul-

lus tamen inibi erat tumor, aut inflatio aliqua: Sed iecur malè affectum vicinitatis cōsortio, ac per consensum stomacho morbum impartiebatur. Vnde in continua erat subuersione. Sed nihil vomebat: paucus autem humor peccans erat, sed biliosus, acutus malignitatem quandam præ se ferens. Qua ratione alterantibus potius, quàm euacuantibus vti consentaneum erat. Protinus igitur eam secare fecimus venam, quæ inter digitum annularem, & paruum mediat: ex qua sanguinem fluere permisimus ad uncias quinque. Ac ægrotanti syrupum hunc ebibere dedimus, qui habet, Emulsionis seminis melonis cum aqua cichoreæ extractæ vnc. 3. syrup. cichoreæ vnciam 1. n. nupharis vnc. semis, misce. Vt verò interdum aliquid gustaret, sic descriptum fuit, Recipe Conseruæ de acetositate citri vnc. 3. ex qua ad lubitum gustet. Item vt sitim effugiat, & calorem febrilem exstinguat, Recipe Aquarum cichoreæ libram 1. endiuie, lib. semis, acetosæ, portulacæ ana vnc. 3. syrupi de acetositate citri, vnc. 1. & semis, iulep violacei vnc. 1. Misce: & cum succo granatorum acetosorum, clarificetur, & cum puluere santalorum citr. aromatizetur. At iccortii, circa quod vniuersi conatus nostri dirigebantur, sic exterius consultum fuit, Re-

cipe Succii lactucæ, portulacæ, semperui-  
uæ, endiuicæ, cichoreæ ana libram semis a-  
ceti rosati vncias 2. Misce: & in eis pannus  
lineus intinctus iecori admoueat, & te-  
pidus sæpe immutetur. Sed vltimo empla-  
strum hoc illi superimposuimus, quo vni-  
uersa clausa fuit curatio, Rec. Farinæ hor-  
deacæ vnc. 2. santali albi, santali rubri ana  
vnc. semis, herbæ lichenis vnciam 1. summi-  
tarum absinthij sicci, rosarum rubearum,  
mastichis ana drach. 1. Omnia pistentur, &  
vino granatorum acetosorum excipiantur,  
& fiat cataplasma: postea in panno lineo,  
aut rubro zendalo tepidum iecori applice-  
tur, & sæpe innouetur. Sed pro ventriculo  
sic scriptum fuit, Recipe Olei rosacei, co-  
toneorum, myrtillorum ana vnc. 1. Misce:  
& fiat inunctio in ipsa oris ventriculi re-  
gione. At pro somno conciliando sic appa-  
ratum fuit, Rec. Vnguenti populeonis vncias  
duas. Quo inungantur tempora, frons,  
nares, & brachialia. Quo vice aliorum præ-  
sidiarum dictorum, si iecur illicitum esset, op-  
timum sanè pro inflammatione domanda  
esset. Sed iis quinto die in sudorem copio-  
sissimum incidit, & sana euasit. Cibus huius  
ptisana colata cum lacte seminum melonis  
fuit: cui postea ius pulli semine citri, & ace-  
tosæ, ac vna spina, alternatim admiscebra-  
tur

tur. Sed potus hordeacea ex mundo hor-  
deo parata erat: in qua interdum thamar-  
indi infundebantur.

## S C H O L I A.

*Nulla corporis interior pars est in qua erysipe-  
lus non fiat: potissimum tamen affectio hæc iecur,  
cerebrum, anum, ac mulierum vterum  
occupat.*

*Curatio vigesima nona, in qua agitur  
de Lichene impetigine dicta.*

**M**onachus diui Dominici, natus an-  
nos duodecim, impetiginem liche-  
nem dictam, indicem digitum ad os vsque  
exedentem habebat. Cui nostro consilio,  
quum vnguentum de plumbo optimè con-  
cinnatum superimponeret, intra quindecim  
dies sanus factus est.

## S C H O L I A.

*Lichenes omnium doctorum votis impetigines  
sunt, & rectè sanè, quum Plinius libr. 20. Nat.  
sue hist. cap. primo, in quo de cucumere syluestri,  
& elaterio agit, inquit, Eius radicem aridam  
cum resina impetiginem, & scabiem quam psor-  
am, & lichenas vocant, sanare. Ex quibus verbis  
satis clarum euadit, lichenas impetigines, esse velu-  
ti psoram, scabiem. Sed vnum animaduertètia di-  
gnum apud Plinium ipsum existimo, quòd lichenes  
libro*

libro 16. cap. 1. ab eo descriptæ, longè à lichenibus impetiginibus dictis sunt diuersæ: quia lichenes impetiginis dictæ Græcis & Romanis semper cognite, cutaneæ affectiones fuerunt: Ille verò lichenis de quibus lib. 26. tractat, nunquam ante Tiberium Claudium Casarem visa fuerunt. Quam lucem Latini mentagram ioculari nomine, quoniam per osculum à mèto ferè oriebatur, appellarunt, & hodie iam nõ extat: sed illius vice morbus Gallicus subintravit: quem mentagram esse nonnulli contestati sunt, vt apud Leoniceum libello suo de morbo Gallico diffuse legitur. At labes dira illa mentagra dicta, quæ non nisi causticis curabatur, lichenas medici appellauerunt, quia cum Græcorum lichenibus similitudinem & affinitatem habebat. Ex utrisque autem iis morbis squamæ decidunt cutaneæ, quales crustosæ squamæ ex fistilibus diu salsuginosa seruantibus decidere solent. Proprie tamen mentagra, prurigo morbus est, quem volaticam nonnulli appellare solent. Cæterum impetiginem, vt Galeno placet, libro quinto de compositione medicinali, per loca, capite quinto: ex mixto quoque generantur humore, serosis nimirum ac tenuibus & acerbis succis, cum crassis permixtis. Quapropter etiam facile in psoram, ac lepram transit affectio hæc. Indigetque etiam ipsa pharmacia fortiter resiccantibus. Postquam vero in psoram, aut lepram transferit, ultra hoc quod resiccantibus indiget pharmacia, & repurgantibus & exit

& extersoria quoque exposulat. Quibus Galenus verbis & Aetius, & Paulus, ac omnes post eum medici subscripserunt. Vnde rectè, mea sententia, Corn. Celsus libro quinto sue medicine, cap. 28. Sciens impetiginem cutis infectione esse, eius quatuor est ausus describere genera: tametsi Græci homines lichenibus suis nunquam tot genera tribuerint, quæ vos apud ipsum legite. Vtunque tamen Gal. in Introductorio, sue medico libro sibi adscripto, impetiginis duas facit species, quæ cutem molestant: quarum vna tolerabilis, mitiorque est: altera fera, aggressis, difficulter eradicabilis, quæ tum smegetatis foris adhibitis, cum intus pituitam euacuantibus medicamentis adiuuatur. Cuius generis lichenas apud Plinium libro vigesimo sexto descriptas, & licentiori vocabulo mentagram dictas, Manardus esse credidit: vt apud ipsum quis legere poterit libro decimo octauo suarum Epistolarum. Epist. 3. Qui, vt obiter quoque hoc attingam, pruriginem proprie mentagram infectionem dictam, vulgo volaticam appellatam, impetiginem lenem inibi facit: quam vel sola satiuæ multi depellere conantur. Cæterum hæc de qua sermo noster agitur, & monaculi digitum fœdabat, exedens erat, profunda, squamulas ex se mittens: prædicto unguento tantum domita, & ex toto extirpata. Porro duplicis illius impetiginis à nobis ex Galeno, citatae, C. Celsus libro quinto sue Medicine, postquam de impetiginibus tractauit, sub popularum nomine

mentionem facit, vt cuique conferenti notum euadet: vnus quidē leuioris, quæ si ieiuna salina quætidie defricatur, sanescit: alterius maioris, in qua cutis magis exasperatur exulceraturq; ac vehementius & rodit & rubet, difficiliusq; sanescit: quam agriam, id est feram à Græcis appellari contendit. Vtrique tamen generi minus vitij, quam impetiginibus inesse tradit: adeo vt id quod difficile sanescit, nisi sublatum sit, in impetiginem verti, ac transire affirmet. Cuius sententia à Galeni dictis multum abesse videtur: quum secunda eius impetiginis species ita grauis & difficilis curatu erat, vt non nisi causticis enelleretur. Adeo vt Manardum Ferrariensis firmare ausus sit lichenas mēagram vocatam, illius esse speciei, vt supra à nobis notatum est. At nos ne multorum sententia varia hinc inde addacta, rem sic indiscussam, ac vt potius confusam dixerimus, relinquamus, Galeni genuinum sensum ex proprijs & germanis libris eius deceptum, in presenti proponemus, ne quis deinceps amplius inquirendo fatigetur: sed rei summam paucis potius habeat. Meminit igitur Galen. libros, de comp. med. per loca, cap. 5. lichenes, id est impetignes facile in psoram, & lepram transire: prouide sic habeto. Si lichenes sola leuiori cutis asperidine & pruritu manserint, impetiginis nomen retinet: Si autem manifestas squamas excitauerint, & altius cutem depasta fuerint, tunc proprie lepra dicetur. At si per extimam tantum superficiem ex-

tense fuerint, & corpora furfuracea emiserint, psora à Græcis appellabitur, à nostris vero scabies: quanquam scabiei nomen vulgo medicorum latius longe pateat, qui omne cutis vitium scabiem nominant. A quibus infectionibus quum humores profundius, & altius carnes depascuntur pustulae, ulcera, & huius farinae reliqua vitia nascuntur, Ceterum, lichen herba quoque est dicta, quæ lapidibus in humectis locis hæret: & lichenibus, & iecori calidis affectionibus conuenit: ac inde ab aliquibus iecoraria appellata.

Curatio xxx. in qua agitur de Aethiopibus marasmo consumptis.

Aethiopes qui ex Lusitania Anconam venerunt, rheumatismo omnes ferè ex capite in pectus cum graui tussi descendente laborarunt, et quibus illico secta fuit vena & copiose sanguis extractus euaserunt, cæteri verò marasmoide affecti, ac consumpti interierunt.

SCHOLIA.

Aethiopes ij ex populis, qui sub æquinoctiali habitant, sunt colore nigri, & quibus capilli torridi, crispi, piperis modo rotundi insunt. Facillimè autem homines ij senescunt, vt vix sexagesimū ætatis suæ annum attingant. Quod memoria Galenus commentarij libro de Historia philosophica, capite vltimo. Calida enim plus iusto regio æquinoctiali subia

subiacens est : ex gemina videlicet singulis anni contingente ad verticem directione , & ad perpendicularum radij iaculatione , foreque angulo carente reflexione , vt Manardus feliciter admodum contra multorum vota indicauit libro 7. suarum Epist. epistola .I. ad Ciglerium missa. Ceterum Aetiopes q̄ serui pecunias empti sunt , quos Neophyti ex Lusitania iuxta Hispaniam , in Italiam ob inquisitiones illic factas , venientes traxerunt. Voco autem hic Neophytos , Diui Pauli vsus verbo , eos qui ex Iudaismo in Christi religionem ~~in~~ deducti sunt.

*Curatio trigesima prima in qua agitur de Methodo & vera regula propinandi decoctum radicis Cynarum, pro Iulio tertio Pontifice Maximo, ad Illustrissimum, ac iuxta humanissimum Dominum Vicentium de Nobilibus, Ancona aquisissimum Praesidem.*

**Q**uemadmodum noui morbi indies oriuntur varias mortalibus poenas afferentes , Vincenti Princeps illustrissime, & Iulij tertij Pontificis maximi ex sorore nepos dignissime, ita Dei Opt. Max. nutu medicamenta quaedam pro illis arcendis inueniuntur , & à finibus orbis in Europam <sup>m. andi</sup> <sub>egiam</sub>

regiam partem transfuehuntur. Inter quæ multorum votis Cynarum radix, tanquam primatum obtinens, adnumeratur, & inter ea, tanquam Deorum dono, ad salutem humanam conseruadam reponitur: quæ, quia in Sinarum regione, finibus Indiæ contermina nascatur, ad quam Lusitani nostri continuo mercium exercendarum gratia, confluent, & inde eam afferunt, Cyna: um nomen sibi merito vendicant. Est enim Cyna, vel Sina ( vt Cosmographis placet ) Indiæ trans Gangem, quæ ad Sericam terminatur, contermina regio. Nam India trans Gangem ab occasu alterâ habet Indiam, & Gangem fluuium: à Septentrione Scythiâ, & Sericam: ab ortu Sinarum regionem: à meridie Indicum pelagus. Et, vt nostris placet Lusitanis testibus ocularis , quorum ( vt apud Plautum est, ) plus valet vnus, quam decem auriti: Cynarum hæc regio Scythiæ contermina est. Cuius incolæ albi, subrubi, proceri, Germanis similes sunt. Qui, vt cæteri mortales, quum multis obnoxij sint morbis, quos paulò p̄d̄st enarraturi sumus, ad hanc se conuertunt radicem, & ad eam, tanquam spectatissimam salutem ac sacram anchoram naufragij tempore confugiunt. Quam ex canarum quodam genere apud litora maris nascente, effodiunt: quod ita

radicis ipsius figura ostendit: quum canna-  
rum communium nostrarum radicibus si-  
milis sit, fungosa, nodis cineta, intrus cum  
ruso colore albescens: nam exterius rubes-  
cit. Recens præfertur: quæ valde est grauis,  
& pôderosa, vndique solida, non corrosi-  
sed viuido quodam fulgore foris cum qua-  
dam lenitate rubricata: quam Turcæ, luci-  
etiam auidi, inter rhabarbarum nunc in I-  
taliâ venalem afferre incipiunt. Gustu ta-  
men insipida est, quandam præ se ferens  
vinctuositatem. Ex quibus omnibus iunctis  
cuius duntaxat effectibus, iudicandum est ra-  
dicem hanc siccam propè tertium gradum  
esse: humiditate verò primi metas non trâl-  
cendere consentaneum est dicere. In acti-  
uis enim qualitatibus symmetra & tempe-  
rata ab eo, qui in Galeni regia via instru-  
tus inceserit, constituetur. Si ad earum ta-  
men aliquam accedit, ad caliditatem dicen-  
dum arbitror. Valet autem radix hæc, vt ad  
illusterrimum Cosmam Medicem secun-  
dum Thuscorum ducem scripsimus, cor-  
poris malo habitui cachexiæ dicto: bydro-  
pisi aquosæ, quam Græci, Asciten dicunt:  
venigini, hemicranix, destillationibus à pi-  
tuita & crassiori bile ortis, catarrhis dictis:  
podagræ, chiragræ, arthritidi, coxendicum  
doloribus, febris pituitosis, morbo Gal-  
lico,

lico, lepræ, scabiei. Item stomachi & oris  
ventriculi humiditates consumit, & earum  
vitia emendat. Proinde studiosis, & mente  
occupatis vnicè opitulatur, ac cõducit. Cho-  
licas affectiones mirificè curat: & matricis  
vitia corrigit. Mēbrorum diuturnos dolo-  
res, & inueteratas fistulas, ac scirrhosos tu-  
mores & cõtumacissimas strumas sanat. Ele-  
phantiasis prodest. Sudorē vnicè excitat, &  
sanguinē mundificat ac fenēs repuerascere  
facit: & macilētos obesulos reddit: Vrinam  
cit & calculū frangit. Ad hæc paralyti, hoc  
est, laxatis nervis: & cõuulsiōni, hoc est, ner-  
uis retractis multū prodesse nouimus. Salu-  
berrima enim medicina hæc est & laude di-  
gna: quū prædictis proficit morbis, & variis  
aliis ortū à pituita, & bile crassiori trahenti-  
bus, vt experiētia ratione firmata deprehē-  
sum est, & indies magis cõfirmatur. Vtun-  
tur quippe medici Cynarū radice ista con-  
tra citatos morbos: quos maximè depelle-  
re, ac in totū conuellere, tum ipsi, tum Lusita-  
ni nostri, qui magna cū gloria illic versan-  
tur, & hodie regionem illam frequētant, ac  
cum incolis maximum commercium ha-  
bent, apertè testantur. Nec sanè abs re, quū  
radix hæc sicca paucō calori iuncta (vt di-  
ximus) sit, quibus qualitatibus, omnibus,  
citatis affectionibus cõducit, & auxiliatur.

Sed non solum (vt scioli quidam putant) qualitatibus primis radix hæc tantum opitulatur: sed specifica & propria potius quadam virtute prædita: aliter vnūquodq; simplex medicamentum temperatura exactè siccum, pauculam quandam caliditatem coniunctam habens, easdem, aut similes operationes consequeretur. Quod falsum esse omnes docti nouit. Decocti igitur huius radices modum conficiendi, ac ægrotis exhibendi, iam nunc tempus erit aggrediamur, ne in longum rem ducamus. Nam de hac radice libellum edere paramus: ubi ad amussim hæc diffusius differentur, & latius describentur. Nunc sit hoc quasi operis præludium maioris: etsi Vesalius Cæsaris doctus medicus, & anatomicus insignis, huius radices dotes libello suo, quem de Radice Cynarum inscripsit, tractauit: quas tamen omnes non videretur scilicet profectus: parcat vir anatomicus, & Germanus, cui meritò quoque parcendum est: quum à Cynis & Lusitanis, qui cum eis frequenter versantur, & in Europam huius radices vsum traxerūt, verus, genuinus, ac proprius propinandi eam modus petendus sit: quem nos Olissipponæ, Antuerpiæ, Ferrariæ, Venetiis, Anconæ & Romæ, longo temporis tractu in praxim traximus, plures radices hu-

ius effectus considerantes. Sed ne iam de nobis lectores, ac ægrotantes querantur, ad methodum & veram regulam huius radices ægrotantibus propinandi decocti accedamus. In primis, qui prædictæ radices decoctum ebibere decreuerit, multis antea diebus optimo vti victu, & à venere quàm maximè abstinere debet: Et non minus etiam perdurante curationis tēpore, & post ipsam peractam curationem, saltem per mensem. Aliter autem ad hæc curationem non accedat, nec huiusce concredat radici. Consilio deinde alicuius docti, & experti medici, qui decoctum ebibere voluerit, secundum morbi exigētiam, syrupis, aut decoctis ad rem facientibus, prius ebibitis, purgabitur. Quòd si sanguinem minuere expedierit, id quoq; vt exequatur maximè conuenit: siue opus hoc per venæ sectionem, aut cucurbitulas cute scarificata: aut per hirudines ani venis admotas conficiatur: imò bis, & ter euacuationes, modò expediat, reperere, si virtus constitit, minimè formidandum est. Corpore igitur bene euacuato, solent communes medici huius radices pondus ad quatuor supra viginti uncias, quatuor & viginti diebus dicatas tantum admittete: quod opus pauperibus leuioribus morbis oppressis (mea sententia)



circumscribi posset. Secus autem regibus, aut principibus, aut iis qui diuitiis abundat & grauioribus vitiis torquentur: quum iis maior radice quantitas admittenda sit, & cura longiori tempore sit proroganda, quum graues ac diuturni morbi paucis diebus ex toto eradicari, ac extirpari non possint. Expedi igitur ad trigesimum quintum diem, & quadragesimum & amplius, si morbus postulauerit, & vires consuerint, in hoc dando decocto accedere. Nec enim ob hæc verus tradendi ordo peruertitur, aut immutatur: quum is verus, & ab incolis Sinarum in vsu sit habitus. Vidimus autem nos quendam Iacobum ab Olanda Lusitanum fistula quadam laborantem: qui quum apud Indos, & Cynas diu versatus esset, & contra morbum radice huius decoctum suo modo appararet, non vnam tantum radice vnciam pro vice in aqua macerabat, & incoquebat: sed potius duas, & tres, vt fieri ab ipsis Indis, & Cynæ incolis animaduernerat. Irridebat autem is nostros Europeos homines: qui radice tam exigua portiunculam in tanta aquæ quantitate coquebant: atque inde non nisi decoctum dilutissimum resultare merito contendebat. Sed ratio tam paræ quantitatis coquendæ & causâ hæc est, In Europa enim

radix

radix hæc primùm caro & magno pretio vendi cœpit: quo factum est, vt homines tam magnum pecuniarum fugerent dispendium, singulis diebus ad singulas vncias se astrinxerint. Sed nunc quum sit ipsius scilicet proventus & copia, eius potus augere possunt: minori enim pretio nunc habetur. Sed cæmaximè quæ in Lusitaniam aduehitur, quæ plerumque vetus ac corrosa est, ad hæc euania, leuis, virium magnam partem deperditam habens: quum per septem vel octo continuos menses prospero etiam flante vento per mare naui portetur. Cuius humiditate suas amittere vires creditum est facile. Illa vero, quam in Italiam Turcæ terra, & in camelis nunc afferre incipiunt, perfectissima est, grauissima, succosa: quæ singularibus medicinis comparari potest. Sed æge, consuetum modum pro exemplo admittimus: quem, quum in præsentem examinauerimus, verum, amplum, & apud Cynas in consuetudinem repertum, exponemus. Iubeat igitur qui decoctum hoc ebibere voluerit quinque, vel sex terrea vasa, & si fieri posset, intus vitreata parare, sexdecim aquæ librarum vnquamque; capax: quæ ollas quis potius appellaret, ore angusto. Non minus quoque tripodem ferreum prunas *ἀνάπυρις* id est, sumum non expirantes, & carbones

continentem paratum habeat: qualem aromatarij, & pharmacopolæ in officinis habere solent. Vnciam igitur vnam radices huius, aut, vt nos cupimus & Cynicolæ molliuntur, duas & tres in tenuissimas tabellas orbiculares numismatis figura, acutiori cultro diligenter incidi faciemus: quas ollæ duodecim libras aquæ fontanæ, & puræ continenti, infundi iubebimus: & eas macerari per vigintiquatuor horas permittemus. Postea verò ollæ orificio optimè obturato, prædicto igni olla admouebitur, vt lentè ebulliendo ad consumptionem tertiæ partis aqua deueniat. Etenim olla sexdecim librarum aquæ est capax in qua duodecim tantum immitti diximus, ne feruore intumescente decoctum per ollæ os exilliret, & vires amitteret. Deposita igitur ab igne olla, cineribus calidis optimè pannis obuoluta admoueri debet: vt frigore non alteretur. Quum enim diem vnum vel alterum ad plus decoctio transcendit, illico accescit: vt quisque experiri poterit, & auxilij loco magnum affert nocumentum. Curabit igitur quisque decoctum hoc parare, nocte præcedenti eum diem, in quo ebibere id decreuerit: ita tamen vt quum vnciam vnam decoxerit, alteram aquæ submersam, ac infusam habeat. Singulis enim

diebus

diebus recens (vt dixi) decoctum hoc parari debet. Cuius libram plus minus per colum lineum densum, vel (vt dicunt) manicam, traiectam apprimè calidam, ægrotus, quantum eius caliditatem ferre poterit, in cubili ieiuno stomacho bibiturus est: & optimè lodicibus coopertus sudorem euocare, quem per duas horas ferre curabit. Calidis verò linteis postea sudore absterso, linea, siue subucula recenti calefacta vestitus, ad victum accedet: de quo infra dicturi sumus. Est enim decoctum hoc gustui gratum, vel saltem non displicens: à prandio verò sex interpositis horis ante cœnam idem decocti pondus eo dicto modo, calidum ebiberit: à quo, vt superius, sudorem prouocare curabit, omnia (vt dixi) faciendò. Sunt tamen nonnulli, qui quatuor à cœna horis quando alij vadunt dormitum, decoctum hoc ægrotis bibendum tradant. Quibus sanè minimè ipse aduersarar, quum profundiori somno sudor copiosior illiciat. Primum tamen ebibendi modum Cynæ, vt potè à maioribus suis traditum, in vusu habent. Porrò decocti parati residuum, in prandio & cœna ac interdiu ebibitur calidum, illi semper pro vice sacchari fini vnciam vnam vel alteram miscendo: & quò plus eius bibitur, cò melius est, modò à

natura bene gubernetur, nec in stomacho  
 fluitet: multū enim saccharum hoc ad rem  
 facit. Cuius vulgares, & ij, qui de huius ra-  
 dicis decocto notitiam habent, nullam pe-  
 nitus mentionem fecerunt. Abstergit quip-  
 pe saccharum hoc, & aluum lubricam red-  
 dit, quod vnum pro summo in hoc propi-  
 nando decocto habendum est, vt experien-  
 tia compertum habeo: quam decoctū hoc  
 ventrem natura sua constringat, & aluum  
 restrictam faciat. Hoc enim citato modo  
 ægrotantes, vt iis, qui hætenus illis impe-  
 rârunt, placuit, ad 24. diem accedebant:  
 quibus duodecim alteros addebant: & co-  
 cta frustula ad vmbra exiccabât: ex eis se-  
 cundum parantes decoctum, quod in illis  
 ebibant diebus. Sed mea sentētia, ex primo  
 decocto remanētibus frustulis octo aquæ li-  
 bræ superinfundi debent, & ad ignē coqui,  
 quousq; earum quinq; maneant: quod se-  
 cundum decoctum ad clysmos parâdos, &  
 vt in eo gallina, siue capus elixetur accom-  
 modatissimum erit, vt paulò pōst dicemus.  
 Primo tamen decocto, si quæ sunt pustulae,  
 aut vlcera eo lauanda sunt. Sed victum, ac  
 eius sumendi ordinem iã nunc describere  
 tempestiuum erit. Qui igitur ad hoc ebibe-  
 dum decoctū accesserit, quod potissimum  
 à mēse Martij ad Septembrem erit, modò  
 magna

magna non vrgeat necessitas, conclaue à  
 vento immune, ac calidum habendum cu-  
 rabitur: in quo per totū tempus manere opti-  
 mum sanè esset. Sin autē, post elapsos quin-  
 decim priores dies, veste pellibus fulcita,  
 aut pannis optimè coopertus & indutus ex-  
 eat. Parcitas tamen cibi in hoc regimine  
 summè commendatur. Nam quantò quis  
 magis à victu abstinerit, eò melius erit:  
 vt ex regimine guaiaci ligni deprehendere  
 quis poterit. A sale igitur & rebus salitis  
 summopere abstineat æger, decet: simili-  
 ter ab aceto, rebus acidis, & acribus. Par-  
 cus sit oportet æger, & (vt dixi) paucis con-  
 tentus. Cui panis optimè subactus sit, &  
 absque sale pistus, vel, vt res postulat ipsa,  
 bis coctus, Nauticus dictus, sed saccharo  
 paratus, prout Venetiis, & Pisis, & alibi pa-  
 rari solet. Vinum tamen in totum fugiatur: &  
 illius vice, hoc (vt dixi) decoctum ebibat. Si  
 à vino tamen abstinere nō potuerit, saltem  
 decocto optimè dilutum ipsum bibat. Car-  
 nes verò sint gallinarum optimarum, veluti  
 Patauinarum, non verò Antuerpientium:  
 quarum carnes caprinis sunt duriores, &  
 succum pessimum adgenerantes: aut ca-  
 ponum, perdicis, phasiani, aut auicularum  
 in dumeris videntium, quæ aqua elixæ pos-  
 tius, quàm ad ignem coctæ absq; mica salis  
 huc

hucusque concedebantur: hac præcipue de causa, quia decoctum hoc maxime exiccata, constringit, ac aluum cohibet: res, quas assæ carnes magis augent: & ideo aqua coctæ laudantur: sed (vt mea fert opinio) assæ carnes magis ad rem faciunt, vt experientia quoque comprobatur habemus, nec quicquam lædunt: quia saccharum decocto, vice potus in prandio & cœna, ac interdum venienti mixtum (vt dixi) ventrem facilem reddit. In curationis tamen successu liberalius assæ carnes admittuntur. Sed plus in prandio comedat, parcius autem in cœna: etsi aliter sentiant Curtij sequaces. Sit igitur in prandio contentus paucula gallinæ carne, aut auium prædictarum aliqua, secundo apparatus decocto, vt inferius latius: in cœna verò amygdalis dealbatis, aut vva sole exiccata pro obsonio contentus euadat. Si carnibus tamen vesci debet, assæ sint potius, quàm aqua coctæ. Claudat tamen cibum semper diacydoniten saccharo confectum, aut coriandrum saccharo incrustatum. Sed & mel coctum summoperè in hoc regimine commendatur. Cætera verò hic à nobis silentio prætermittam, tanquam à nobis denegata, putato. Cæterum si carnes aqua coqui debeant, meo quidem cõsilio in decocto secundo ex remanentibus taleolis

apparato (vt dixi) elixari debent. Quod ius etiam potus vice admitti poterit: quum antea nullum carniū ius concedebatur. Ex quo quoque secundo decocto, si alius non responderit, clysteres parari debent, adiecto oleo chamæmelino, aut vulgari, & salis pauculo, cum vniola vva, aut duabus cocti mellis. Si verò alius omnino restricta fuerit, & non rectè responderit, imò nihil deiecerit, pharmaco leniori in medio curationis vti optimum erit, veluti in curationis sine semper fieri solet. Hæc breuiter & raptim, Princeps illustrissime, nobis de radice Cynarum se offerunt, quæ tanquam præludium ad libellum de hac re à nobis propediem scribendum Excellentię tuæ dicatur: quæ, si tibi placere cognouero, ad maiora alacriter me accingam. Tu interea bene vale, & Amatam amplitudinis tuæ amantissimum, famulitio tuo adscribere ne dedignare: iterum vale.

*Curatio trigesima secunda, in qua agitur de cholera morbo, simulque de axioma hoc, Raphanus digerit, & non digeritur.*

**G**Aspar de Robertis, & genere nobilis, & opum affluentia insignis, vigente ætate

æstate, quū in cœna radiculis, quibus interdum delectari maximè solebat, vesceretur, quinta hora noctis in choleram morbum lapsus est. Simul autem & vomebat, & egebat. In aurora verò ingressus ad illū, eum adhuc cholericas, has bilis sursum ac deorsum eruptiones pati comperi qui de ventriculi gravitudine, ac in eo erosionibus perceptis quoque conquereretur. Quibus auditis, aquam tepidam bibendā illi dedimus. Qua multa mucosa, pituitosa, nidorosa, inter quæ incocta quædam, & semicruda videbantur, euomuit. Repetita verò eadem tepida aqua nihil præter aquam ipsam euomuit, aut deorsum egressit. Qua de re, ad ventriculum roborandum, & somnum conciliandum nos diuertimus: quum duo hæc satis ad vniuersam conficiendam curationem esse nobis videbantur. Extrinsecus igitur stomachus sic roboratus est, Recipe Olei nardini, mastichini, de absinthio, ana ꝑnc. s. Misce, fiat linimentum. Solent autem ad hanc complendam intentionem, scilicet parari stomachalia, quorum exemplum, sic habetur, R. Ladani puri & boni ꝑnc. s. mastiches, cinnamomi, caryophyllorum, ligni aloes, mentæ siccæ, absinthij, nucis moschatæ, ana drach. i. resinæ, terebinthina, ana ꝑnc. sufficit. Ad ignem fiat ceratum, secundum

artem

artem: & in panno laneo cocco infecto, ad scuti figuram redacto extendatur, & fiat scutum stomachale: cui addi posset gallæ moschatæ odoriferæ drach. media: possent quoque non minus ex prædictis simplicibus parari vnguenta, fomenta, cerata, inunctiones, linimenta, & similia. Sed prædictis oleis inunctio satis pro hac complenda operatione fuit. Per ea verò quæ intrò sumuntur, ventriculus quoque ita roboratur: & primò, Recip. Miæ cydoniorum cum speciebus, ꝑnc. duas, specierum diamoschi, scrup. s. Misce, & frigidum bibat. Æstate enim syrapi, & huiuscemodi potus frigidi ebibi debent: vt memoriæ commendauit Galenus, & nos Centuria prima harum Medend. curat. adnotauimus. Postea verò panis bis coctus saccharo paratus, generoso quodam vino astrictionis particeps irroratus illi oblatus fuit: ac postea capus assus cinnamomi puluere respersus. A iuribus verò, vt pote stomachum laxantibus, tunc abstinuimus, veluti à rebus duris, concoctu difficilibus. Sed à cibo illitiones cum soporiferis circa frontem, tempora, & nares facta sunt: & somnus conciliatus fuit. Post quem se sanum, non sine artis medicæ laude, esse dixit. Cæterum nos non remedium syluam vnicuique morbo facientium

tium

tium describimus : sed ea potius quibus tantum vti sumus. Decretum autem à nobis est, morbos, prout nobis se offerunt, & quæ illis adhibemus medicamenta, tantum citare. Aliud enim est casus, & morborum historias describere, aliud verò practicas inculcare.

## S C H O L I A.

Cholera morbus, quem practicarum auctores cholericam passionem appellant: immodica ventriculi perturbatio supra, infraque erumpens est. Quæ enim cum vomitu & deiectione, deiciuntur, biliosa, tunc cholera morbus appellatur. De quo Alexander Græcus libro tertio sue medicina, capite quartodecimo, ita doctissime admodum tradit. Nemo verò credat χολιγὰν appellari à Græcis ob bilis, ut vulgus putat, abundantiam, & cholericam nominari biliosa, sed à multa bileæ materie fluxu, qui per inferna & superna fit: hoc est intestina, ventrem, & os. Prisci namque Græci χολάδα in testina laxiora, quod in ea χολὰ fundatur, appellant. Et inde hunc morbum cholericum, hoc est intestinorum affectionem gens eadem cognominavit, & cætera. Caterum morbus is ob id, quod magno impetu & syncope ac virium prostratione sepe irruat, ab Hippocrate & medicis inter acutos morbos reponitur. Oritur enim morbus hic, eodè Hippocrate auctore lib. 7. de Morbis popularibus, &

sepe alibi, plerumque in estate, ex carnis esu maxime suilla crudioris: ex cicere & ebrietate vini odorati veteris & insolatione, & sepijs, & locustis, & zammaris, & ex olerum esu, maxime porri, & ceparum. Insuper & à lactucis coctis, & brassica, & runcis crudioribus, & à placetis, ac dulciarijs, & mellitis libis, & à fructibus pomorum, & cucumere, pepone, & vino lactei teporis, & eruo, & polenta recenti: quibus nos addimus, ab esu raphanorum, quos Hippocrates hic silentio præteriiit: quia suo tempore nondum in vltus usum eos homines traxerant: sed ipsis tantum pro vomitu proritando utebantur: quos radices vel radículas absolutè libro 2. de Morbis muliebribus appellat. Qui procul dubio ventriculum perturbant, & cibum ex eo incoctum descendere faciunt, & vomitum maxime prouocant. Quò fit, ut Galenus, quum hæc raphano inesse nouerit, libro de Cibis boni & mali succi, inter olerum radices acrimoniam habetium, & malum succum gignentium, eum connumerarit. Quin & libro secundo de Alimentorum facult. capite 70. eos medicos, ac idiotas carpit, qui post cænam concoctionis iuuanda gratia, raphanos, siue radículas crudas ipsas esitant, firmantes alioqui rem hanc experientia satis ipsis exploratam esse: quum tamen ij, qui ipsos sunt imitati, omnes læsi fuerunt. Ex ijs verò, quos Galenus taxat, Dioscorides est, qui libro 20. sua medicæ materia, cap. 103. raphanos à cibo edendos suadet: quum sic ingesti digestio-

ni magis conferant. Presumpti enim cibum in stomacho supra se suspendunt, & vomitiones concitant. Quibus verbis subscripsit Avicenna lib. 2. sui Canonis, capite de Raphano, quum dicat, Est malus stomacho, faciens eructare: & post cibum lenit ventrem, & facit cibum penetrare: & ante cibum facit natare cibum, & non quiescit: & propter hoc facilem efficit vomitum, praecipue cortex eius cum oxymelite. Nos vero olim, quum Dioscoridem Commentarijs nostris clariorem reddidissimus, Galenum cum eo unanimem, ac concordem redigere in hac re pro viribus laboravimus. Demum post multa hinc inde quaesita, in quendam Simonem Sethi incidimus, ex quo concordiam deprompsimus: quae ita habet, Si ventriculus calidus sit, & facile fluat, nec ad statum gignendum aptus sit: tunc radicle edenda sunt in caena iniectio. Si vero ventriculus contrario modo habuerit, post caenam potius visitanda sunt. In enim Dioscoridem cum Galeno conciliatum iri pro tunc putabamus. At nunc rem penitus adhaerentes, nihil discriminis & discordiae inter Galenum & Dioscoridem in hac re reperiri iudicamus. Inquit autem Galenus citato loco, Radicula, radix ex ipsa est, quibus assidue vescimur: estque obsonium magis quam alimentum, & quam crudam urbani homines, & plurimum, ante alios cibos cum garo alii deicientiae gratia mandunt. In quo capite eos detestatur, qui post caenam concoctionis iuvanda gratia, con-

das radículas ipsas esitant. Nec enim unquam Galenus ipse inibi, aut alibi (quod meminerim) radiculis tribuit concoquendi vires. Imò potius in eos debacchatur, qui ipsis pro iuvanda concoctione usi sunt, quum experientia deprehensum habeat, ipsas potius concoctioni obesse quam prodesse. Ipsis tamen ille (veluti sui temporis homines) pro obsonio ad invitandam deiectam appetentiam, & citandam alium, in caena cum garo pauculo, quandoque aceto admixto, in cibi initio utebatur. Quae omnia Dioscoridi maxime adversantur, ut legenti manifestum evadet. Inquit autem Dioscor. Radicula stomacho parum accommodata est, ructus & urinam cit, bonam itidem facit alium. Sed oportet à cibo eam sumere, sic magis digestionem conferentem. His enim verbis Dioscorides nunquam radiculam concoctioni prodesse dixit: sed magis oppositum, quum stomacho eam parum accommodatam dixerit. Quae enim stomacho accommodata non sunt, sed illi potius adversantur, ea dubio procius tantum absunt, ut concoctionem inuent, ut eam patius mirum in modum impediunt ac corrumpant. Digestioni tamen prodesse dixit: ob quae verba multi decepti sunt, credentes per digestionem, concoctionem Dioscor. intellexisse. Quum tamen digestio, distributio sit: & digerere, distribuere. Praesupponit autem digestio concoctionem. Nam, ut optima fiat distributio, digestio dicta, optima concoctio primo fiat: optus est. Ut igitur cibum in

prandio sumptus ante cœnam distribuatur, & ex ventriculo, si quæ sunt eius remanentes partes, per pilorum, & gracilia intestina, ac meseraicas ad iecur, & inde per venas in vniuersum corpus relegendur, suadet Dioscorides post cibum radicales esse edendas, quum earum hoc sit munus conficere. Quod Galenus aduertens suadet, monetque, ne quis radicales post cœnam comedat: sed ipsas potius ad conficiendam distributionem ante cœnam esitet. Nouit enim Galen. radicales digerendi, hoc est distribuendi vires habere, quæ illico, si post cibum comedantur, cibum ante concoctionem ex stomacho incoctum detrudent: vnde crudi humores oriuntur, à quibus meatuum obstructions, stomachi perturbationes & variæ aliæ affectiones gignuntur: quemadmodum experientia comprobatum Galenus contra nonnullorum medicorum & idiotarum usum habuit. Quæ omnia Arabes considerantes, nunquam radiculis ausi sunt concoquendi vires tribuere: sed eas potius quas Galen. & Dioscorid. illis tantum donauerant, scilicet quod digerendi facultatem habeant. Vnde ab Auerroë, vel eo aliquo priore dictum est, Raphanus digerit, & non digeritur: hoc est, distribuit, & non distribuitur. Distribuit quippe sua acuitate cortici superiori habente: non distribuitur vero, quia ex ijs sit cibarius, quæ difficulter concoquuntur, & diu in stomacho manent. Arabum tamen affectu verbum hoc Digerere, pro concoquere semper accipiunt, igno-

rantes

rantes alioqui verbum hoc Digerere, tamen si apud ipsos Arabas pro concoquere accipitur: aliquando tamen sua propria significatione pro distribuere interpretatur: vt in hoc euenit. axiomaticè, Raphanus digerit, & non digeritur. Significat autem verbum hoc Digerere idem quod distribuere, seu ordinare, vel distinguere, aut disponere: & Digestio idem quod distributio, distinctio, seu ordinata compositio. Quam Galenus libro Diffinitionum sibi adscripto, ita describit: Digestio est concocti, ac confecti alimenti, & in sanguinem conuersi, in corporis particulas omnes attractio, quam natiuus calor molitur. Ex quibus verbis satis clarum euadit digestionem hanc, seu distributionem à concoctione differente esse. Id quod lucidius Galen. ipse exposuit, libro secundo de Facult. natur. quum digestionem siue distributionem hanc, ab expultrice & attractrice simul: concoctionem à concoctrice facultate confici dixerit. Non minus quàm quod alia extant medicamenta digestionem, siue alimentorum distributionem facientia, & alia concoctionem: quæ per varia tempora quoque tribui debeant, vt quarto de Sanitate tuenda libro legitur. Sed clarius hoc, libello illo, cui titulus est, Quod animi mores corporis temperaturam sequuntur elicitur, quum de rino agit, dicens, Reuera, si commodè eo utar, & concoctioni, & digestionem, & sanguinis generationi, & nutritioni confert abundè. Sed de ijs satis, & vt rei, de qua agitur, finem imponamus, dici-



mus; quod radice concoctionem potius impediunt, quam illi commodum aliquod afferant, quia stomacho aduersantur, & contradicunt, eum subuertendo, & perturbando, ut ex eis putidis obortu ructibus percipitur. Exemplum est, quod raphanus aqua maceratus, ipsam aquam facillime corrumpit & inficit. Unde mirari non est, si ob eius abundantiores esum, agrotus noster in choleram morbum lapsus fuerit. Nam raphanus vomitum irritat, stomachum peruertit, cephalalgiam inducit, caput grauat, destillationes potissimum gignit. A quibus podagra, chiragra, & graues alie affectiones ortum trahunt. Proinde qui sanitatem conseruare voluerit, ab eo, quantum fieri potest, absteineat, suaderem. Si comedi tamen omnino debeat, cum Galeno caene initio comedatur, celsularem: quia ciborum appetentiam facit, & aluum lubricam reddit: & vrinam cit, & alimentorum distributionem, digestionem dictam, cõplet. Quibus addere est quod in cibi initio raphanus comesus suas sepe putidas occultat eruclationes: quas politicus homo coercere, ac fugere pro viribus debet. A caena vero ingestus, praeter quod concoctionem non inuat, quum cõcoctio a solo calido conficiatur, alimentum sane ineptum pro concoctrice inuanda facultate reputari debet, quum ei nulla insit aromaticitas, que ventriculo roboranda comoda sit: sed acredo potius quadam magna flatuositate coniuncta: quibus concoctionem perturbat, & incoctum a ventriculo cibum desum

descendere facit. Quod vnum ab eo, qui sanitatem vult conseruare summe cauendam est. Paulatim enim (ut dixi) cruditates ab ingestis eis radiculis sunt: que temporis tractu, quum auctae sunt, meatus obstruunt: ad quorum obstructions putrefactio oritur, & morbi grauisissimi, ac letales nascuntur. Nec enim minus huic rei euenit, quam gutta lapide excuanti, iuxta illud sepe a Galeno citatum, Asiduo illi su durum cauat vndula saxum.

Radiculatum porro solia apprime diuretica, & aperientia sunt, ut omnes noverunt.

Curatio trigesima tertia in qua agitur de quodam, qui ex unguento illito supra scabiem, intra noctem obiit.

Iuuenis quidam Florentinus, quum scabiem vniuersum eius corpus occupantem fecisset, daretur, ex unguento, cui arsenicum mixtum erat, praeter medicorum consilium, se illeuit: ac eum in aurora lecto decumbentem mortuum domestici inuenerunt. Alterum nouimus, qui ob similem factam inunctionem in insaniam deuenit: adeo ut ipsum vincire oportuerit. At quum quodam die, absentibus famulis, se a vinculis extricasset, furens impetuosè per fenestram saltauit & alterum crus fregit. Sed postea remediis adiutus ab utroque malo sanus factus est. Sed alterum nouimus, cui ob illitionem simi-

lem tubercula quædam exorta sunt, sanari difficilima Nam & plures obseruauimus, qui ob hæc in febres inciderunt letales.

*Curatio trigesimaquarta, in qua agitur de Elephantia Auicenna.*

**Q**uum ex conducto simus medici apud cœnobium Diui Augustini, ad nos binatim monachi cucurrerunt. Sed vnus Augustinus nomine, facie tumida, corpore procerò, præposterè gradu plusquam testudineo ad me peruenit. Qui quum affectiones suas inueteratas ac diurnas enarrare cœpisset, pedes verè elephanticos, hoc est ad genu vsque tumentes, vt sacco quis diceret plenos, nobis indicat. Super quos crustæ eminebant quædam rubigine affectæ: quas interpolatis diebus, ex decocto emolliente, madefactas deponebat. Nam aliter pruritu & ingenti vellicatione perdurare nequibat. Quos quum intuerer, & vniuersum eius corpus exactè perpenderem, hunc Elephantiam, apud Auicennam & Arabas descriptam, pati deprehendi. Sic enim Auicenna Fen vigesima secunda libri tertij sui Canonis tractatu primo, elephantiam suam describit: Elephantia est additio in pedibus secundum modum qui accidit in venis varicum: quare in crassat pedem cum

æquali

æqualitate sua: & plerunque fit propter melancholicum humorem: & aliquando ob phlegma crassum. Rasis præterea, libro nono suo de Morbis curandis ad regem Almanforem, cap. 93. non aliter elephantiam describit, quàm crurium cum varicibus intumescantiam cum totius corporis habitu colore atro perfuso. Qui affectus interea dum recens est, debitis applicitis præsidij restitui, vt cunque poterit, vel saltem quod non inualecat, aut augeatur, intercipi. Quum verò penitus radices infixas habuerit, tunc curationem nunquam malum hoc admittit. Is enim monachus, de quo sermo agitur, malum hoc inueteratum cum totius corporis quadam præternaturali obesitate, ac pruriges patiebatur. Qui sudore resolutus, à consortio fratrum discessit, & ad patres suos migravit: non sine tamè cœnobij commodo. Diues nanque erat & opulentus, omnia sua bona illi relinquens. Proximum hic erit citare Petrum Simonè Anconitanum, qui præter varices, quas in vtroque patitur crure, œdematosos tumores in ipsis pedibus habet. Quos pedum tumores, cum varicibus Arabes dubio procul Elephantiam appellant. At is cum optimè per pharmaca purgatus esset: & ad opus manuale condescendere decreueramus, cu-

rationem renuit, & incuratus mansit, veluti Caio Mario ex altero tantum crure curato euenit: vt citat Plinius libro vndecimo, cap. 45. & ante eum Cicero libro Tusculanarum quaestionum.

## S C H O L I A.

Iam enim videtur elephantiam Arabum longè à Græcorum & Romanorum elephantiasi differre. Etenim (vt diximus) Arabum elephantia pedum cum varicibus tumor est. Græcorum verò elephantiasis is morbus est, quem Christianicole Sancti Lazari, vel vulgares Lepram appellant, & eo infectos Lazaros vel leprosos vocant. Qui sunt morbus diuus & trauolentus est: adhuc crudelis, membra vsque ad ossa rodens: ex quo infectos passim apud Gallos, & inferiores Germanos, vel inuicè videre est, qui promiscuè nulla habitazione, aut vicius ordine, pisces, fructus, legumina cum lacte, & lacticinis comedunt. Olim autem (testante Galeno) in Germania raro morbus is videbatur: in Alexandria verò admodum familiaris erat, vt apud ipsum legitur libro secundo Arii curatiua ad Glauconem cap. decimo. Sed hodie in Germania vniuersa, præcipuè inferiori dicta, & vniuersa Gallia, passim morbo isto infectos, qui regiones illas lustrauerunt, quam plures viderunt: quum familiaris admodum Belyi, & Gallis morbus hic sit, vt per longum tempus apud eos agentes, obseruauimus. Nunc verè quod Alexandrinis, &

apud

apud Chairum, & totam Aegyptum habitatoribus, morbus hic peculiaris non sit, satis sumus confisi. Olim autem plurimum giguebatur ex cibaribus, quæ Alexandrei homines sumebant. Comedebant autem farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salita, & nonnulli ex ipsis carnes asininas, & alia quadam, quæ crassum & atrabiliarium humorem generant. Nam quum circumstantis aer calidus sit, motus humorum agitur versus cutem: ita vt à bile atra morbum hunc fieri, tradat, ac ipsum tantum vniuersalem per vniuersum corpus disseminatum, tum ipse, tum ceteri graues medici definiant. Ita enim Gal. lib. 2. de Morborum causis, cap. septimo, de Elephantiasi tradit: Elephantiasis, seu morbus, qui Elephas nominatur, planè formam immutat. Etenim nasus simus, labra crassa, aures acuminatae videntur. Nomen autem Elephantiasis tractum est à similitudine elephatis. Quoniam, vt alibi quoque ait, qui hoc morbo laborant, carnem habent nigram, & tuberibus plenam: ita vt elephantum corio videatur prorsus assimile. Missum facio Paulum Aeginetam, Galeni simiam, & ad Celsum accedamus, qui lib. 3. sua medicina, cap. 25. de Elephantia ita loquitur, Ignotus autem penè in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem *ἰλεπάρτιον* Græci vocant: vsque longis annumeratur: totum corpus afficitur, ita vt ossa quoque vitari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque sumores habet:

rubor

rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur: summa cutis inaequaliter crassa, tenuis, dura, mollisque, quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit: os, surae, pedes intumescunt. A quo Plinius nihil quicquam disidet: imò (ut mea fert opinio) praeter ceteris tam Graecis quam Latinis elephantiasim morbum, longè melius describit, quum à facie & naribus plerunque oriri tradat. Quod verum esse tum ipse, tum alij plures, longa experientia obseruatum habemus. Ita enim libro vigesimo sexto, capite 1. tradit, Diximus elephantiasim, ante Pompeij Magni aetatem, non accidisse in Italia, & ipsam à facie saepius incipientem, in nare prima veluti kenticula: mox inualecente per totum corpus maculosa, variis coloribus, & inaequali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura ceu scabie aspera: ad postremum verò nigrescente, & ad ossa carnes opprimente, intumescens digitis in pedibus, manibusque: Aegypti peculiare hoc malum & cetera. Hunc porro morbum Gale, dextrè carnibus viperinis curari memoria reliquit, citato libro Artis curat. ad Glanc. & lib. 11. de Facul. simp. med. apud quem notatu dignas historias legere quis poterit. Quae omnia hucusque de elephantiasis dicta in vniversum usque, quae de lepra ab Auicenna, & ceteris Arabibus dicta sunt, respondent: ut firmiter dicendum sit, elephantiasim Graecorum, lepram apud Arabes descriptam esse, ut conferenti notum euadet. Nam

lepra

lepra Graecorum, ut in hoc diximus libro, leuis morbus est, à psora, id est scabie parum differens: alius enim lepra cutem erodit, quam scabies. Unde Graecorum lepra cutis fœdatio potius, quam morbus dici meretur. Quam Hippoc. libro tertio Aphorism. Aph. vigesimo inter eos morbos qui veris tempore contingere solent, & sine periculo sunt, adnumerat. Ceterum lepra, de qua in Lenitico & Euangelio legitur, morbus non est ex iis, qui ob errorem in sex rebus non naturalibus commissum contingere solent: quum re vera affectio quaedam sit ex ira Dei producta. Nam pro ratione peccati, lepra haec contingere olim solebat, quae Sarahath Hebraeis appellatur. Quia si peccatum paruum erat, in parietibus domus maculae quaedam pullulabant: si verò maximum, in vestibulis percipiiebantur: si verò maximum, peccantis corpus eiusdem fœdabatur: quae lepra infecti quatuordecim in diebus à sacerdote summo iudicabantur, an extra consortium hominum relegandi essent, vel non. Nec enim pro ea dependenda humana manus sufficiebat: sed diuina potius opus erat: quum nulla medicamenta, nulla praesidia, aut remedia illi applicata conferebant: sed Dei optimi maximi voluntas. Quae omnia hodie, ut plura alia, non extant, ut dici merito possit, Omnium rerum vicissitudo est. Fœdatio enim cutis magis quam morbus corporis, Lepra haec dici merebatur. Quo factum est, ut à Diuo Augustino rectè (mea sententia) definitum sit, Lepram coloris &

cutis vitium esse, non verò valetudinis, aut integritatis sensum atque membrorum.

*Curatio trigesimaquinta, in qua agitur de psora, & lepra Græcorum.*

**I**oannes ab Antiquis, nobilis Anconitanus, & Venetorum consul dignissimus: quum quinquagesimum ætatis suæ annum attingeret, totus psora, id est scabie humidiori, & lepra scatebat. Pro quibus deponendis affectionibus, quum varia, sed frustra, experiretur remedia, nostro consilio, decoctum radices Cynarum ebibit: à quo liber ab ea corporis fœdatione euasit, nec amplius in eandem recidit.

SCHOLIA.

*Salubris autem & encomio digna radix Cynarum hæc est, ut curatione trigesima prima huius Centurie diximus. Caterùm lepra hæc, qua fœdabatur nobilis hic vir, parum ab scabie differebat, ut latius à nobis proditum est.*

*Curatio trigesimasexta, in qua agitur de quodam, qui ob rosæ odorem, continuò in syncopem & animi deliquium incurrerat.*

**P**lures nouimus, qui ab esu carniùm intotum abhorrebant. Alios quibus calculus

non

non solum comestus, sed odoratus pro veneno habebatur. Sed & alium nouimus, qui nunquam pisces gustauerat: at quum semel ab amico ad cœnam vocatus, data opera piscem siccum optimè pistum ouis obuolutum ederet: in animi angustias & cordis pressuras cum vomitu & secessu deuenit, ita ut propè fuerit, ut ex toto spiritus illi deficeret & moreretur. Erat autem huic nomen Stephanus Surdaster, natione Hispanus, patria Toletanus. At casus ij, tanquam vbiq; communes, pro nihilo fortè habebuntur. Ea de causa casum rarò visum, imò hucusque nefando auditum describere aggrediar. Monachum quandam nouimus ex Dominico ordine, non nisi nobilem, Venetum, & ex Berberigorum prosapia, qui quum rosæ odorem persentiebat, aut ex lōginquo eam videbat, ilico in animi deliquium, & syncopem incidebat, & tanquam mortuus, humi prostratus iacebat. Proinde à medicis cōsultebatur, ut eo tempore, quo rosæ vigeant, domi naneretur, nec extra prodiret, ut tantum malū surgeret, & in vitæ discrimen non veniret.

SCHOLIA.

*Cum igitur is egrotabat, quod rarò contingebat, à supposito rosæ oleo, & conditum in quibus rosæ incidebatur, medicorū cōsilio abstinerebat: nō minus quàm à castis fistularis comestione ij, quibus in odig castia*

*castia ipsa erat: quod plerunque contingit & exercitati norunt. Decet igitur medicum egrotantis non solum vniversalem, ad recte curandum, naturam tenere: sed etiam particularem, vt suadet Galen. initio Artis curatiuæ ad Glauconem & sexcentis alijs locis, vt Centuria tertia latè docetur. Animaduertant igitur medici, qui absentes per consilia egrotantes curare contendunt.*

*Curatio trigesimasextima, in qua agitur de herpete miliari.*

**I**uuenis, qui præerat diuersorio extra ciuitatem ad hortos, herpetem miliarem in femore patiebatur. Erat enim rubedo quædam viuida, vt in erysipelate, cutis tantum superficiem præhendens multis pustulis, granis milij similibus, scedata: a quibus affectus hic Herpes miliaris dictus est. Fit autem, Galeno autore libro secundo Artis curat. ad Glaucon. à bile quidem non admodum calida & acri, vel, vt Oribasio placet, ex flaua bile pituitæ mixta, de quibus legito Curationem 25. huius Centuriæ, & inferius in scholia. Nunc verò curatiuam huic iuueni adhibitam, pro hac deponenda affectione prosequamur. Nam quum affectio hæc ex bile subtili, pauca interueniente pituita, orta sit, per ea medicamenta, quæ bilem purgant & aliquan-  
ulur pituitam respici

uitam respiciunt, sic affecti euacuadi sunt. Item, quia humor subtilis, & biliosus est, nulla expectata concoctione deponendus videtur. Illico igitur, quum ad eum peruenimus, pharmacum hoc illi propinauimus, Rec. Syrupi rosati solutiui vncias quatuor, diaphœnicos drachmas tres: infusionis tamarindorum vnc. 3. Misce, fiat potus, quem in aurora bibit: quo multa liquida biliosa egressit. Succedente verò tempore syropos alterantes calidam intemperiem descripsimus, & ita habent, R. Sirupi rosati, vnc. i. cichoreæ. s. vnc. i. aquarum endiuicæ, cichoreæ an. vnc. 2. misce, quos per aliquot dies continuet. At topica medicamenta primò sic applicata sunt, R. Succi plantaginis, solani an. libr. s. aceti rosati vnc. 2. Misce. In quibus pannus lineus intinctus superponatur malo, & sæpe innouetur, sed quum malû perseueraret, cataplasma hoc applicatum fuit, quod habet, R. Plantaginis, rosarum, solani, caudæ equinæ an. m. i. In sufficienti aqua fiat decoctio. Facta decoctione & colatura, prædictas herbas in mortario tere, quibus adde farinæ hordei, lentium, an. vncias tres. Vini granatorum, acetosorum vncias tres, prædicti decocti, quantum ad spissitudinem mediocrem sufficit, misce, fiat cataplasma, & desuper ponatur. Atquum exulce

ratae pustulae fuerunt, ad vnguentum de plumbo deuenimus, quo sanus exacte factus fuit. Suadet namque Paulus in hac curatione, utpote pustulosis herpetis, lib. 4. ca. 20. recremento plumbi ex vino austero lauigato utamur. Super quo plantaginis folia indidimus, & basilicè habuit. Nec enim ad sanguinis missionem deuenimus, quam etsi Galenus, & ceteri enim sequentes medici pro hac curanda affectione non admittant: neotericorum tamen consilio, praecipue Matthæi de Grado, auertendi gratia ex basilica eiusdem lateris fieri poterit, ut in curatione phrenitidis apud ipsum legitur. Suadet autem Gentilis de Fulgineo nobilis Auicennæ enarrator, ne bilis furia, in vera phrenitide sanguinis extractio non fiat: veluti quoque in puro erysipelate, & herpete hoc miliari, quod ex bile quoque subtili originem trahit. Cui Matthæus de Grado adstipulatur, praesertim in sanguinis missione, quæ euacuandi gratia fit. Secus autem in ea, quæ auertendi ratione admittitur, quum hæc tantum abest, ut noceat, aut bilem in furorem & acridinem trahat, ut eam potius refrigeret, & domet, ac ægroto magnum afferat iuuamen. Parca autem diuersua hæc sanguinis missio est, nec ita copiosa, ut ea, quæ euacuandi gratia fit.

## S C H O L I A.

*Herpes duplex à Galeno & ceteris medicis notatur, alter herpes esthiomenos, id est exedens, vel depascens dicitur: qui ea de causa vlcerosus nominatur, & absolute ab Hippocrate, & Galeno postea libro quartodecimo Methodi medendi Herpes appellatur. Fit autem eodem Galeno teste, libro de Tumoribus præter naturam, quando fluxio biliosa exquisita nulla alterius humoris interueniente missione in aliquod membrum decumbit, ac consistit. Tunc enim acrior reddita & trassior, quum propriam, & sibi à natura insitam humiditatem amissam habeat, totam exulcerat cutem ad suppositam vsque carnem. Ferè enim affectio hæc cum erysipelate vlceroso esse videtur. Sed differt, testante id Galeno, libro quartodecimo Methodi medendi, quia herpes esthiomenos à subtiliori gignitur bile, quàm erysipelas vlcerosum. Item quod herpes esthiomenos solam cutem depascitur exulcerat: verò erysipelas verò vlcerosum præter cutim, subiectam quoque carnem occupat, erodit: utcumque tamen, ut Galeno placet, & res ipsa indicat, utraque hæc affectio eiusdem sunt generis: quibus curatio communis debetur. Vocat autem (ut obiter hoc dicam) Auicenna herpetem vlcerosum, formicam corrosiuam, ut apud ipsum legere quis poterit. Fen tertia, libri quarti tractat. primo, capitulo sexto. Alter autem herpes miliaris sine vlcere dicitur, de quo curatio nostra agi-*

tur, qui *μυρτιάς* idè appellatur, quòd *μύριος* & Græcis milium est. Affectio hæc multas exiguas in cute eminentias milij modo habet, quæ nõ proxi-  
 mus vlcus faciunt: sed procedente tempore quum  
 disrumpuntur, in vlcus abeunt. Aliquando ta-  
 men euanescent: sed cutis duriuscula euadit, et  
 quandoque notauimus. Sed quandoque ipsis eua-  
 nidis duriusculi tumores membro affecto manse-  
 runt, vt experientia deprehensum quoque habu-  
 imus, qui postea medicamentis emollientibus & di-  
 gerentibus discussi sunt, & resoluti. Fit autem her-  
 pes miliaris hic ex bile non admodum acris, & ca-  
 lida, pituita mixta: vt Paulus ex Orisbasio adu-  
 rat: & Galenus non sinit libro de Tumoribus  
 præter naturam: quum dicat, Mili verò huiusmo-  
 di fluxioni pituita admixta esse videtur. Ceterum  
 hunc Auicenna citato loco formicam miliarem ap-  
 pellat. In quo capite sædè Auicenna ipse myrme-  
 tias, id est formicas, genus quoddam verrucarum,  
 cum herpetibus confundit, vt apud ipsam legenti  
 manifestum euadet. Ceterum quantum ad hanc  
 affectionum curationem spectat, Galenum audi-  
 mus, qui libro secundo Artis curat. ad Glanc-  
 ita docet, Herpetes autem, quantum ad totius cuti-  
 poris euacuationem attinet, vt erysipelata curantur  
 oportet. Quantum verò ad ipsius particula pati-  
 entis locum, non omnibus similis cura adhibenda  
 Nam qui ex edentes sunt, refrigerari quidem desi-  
 derant, quemadmodum alij herpes, & erysipe-

lata:

lata: non tamen ea ferunt medicamenta, quæ præ-  
 ter id quòd refrigerant, etiam humectare natura  
 apta sunt: sed sola admittunt refrigerantia, quæ  
 etiam maxime possunt exsiccare. Non igitur lactu-  
 cam, vel polygonum, neque ex stagni lentem, aut  
 palustrem lotum, vel psyllion, vel portulacam, vel  
 frim, vel semperuiuum, vel tale aliquid, quod re-  
 frigerare possit atque humectare apponendum,  
 quæ erysipelatibus erant opportuna. Superimpo-  
 nere igitur ipsis oportet (subdit) ab initio quidem  
 ex vite capreolos, & folia rubi, & rubi canini, &  
 amoglossi. Post hæc verò & lentem adiungere  
 oportet, & aliquando mel, & farinam hordea-  
 nam, & quod antea scripsimus, ad inflamma-  
 tiones, quæ ex fluxione eueniunt cataplasma, dem-  
 no ab eo semperuiuo. Ipsa verò loca exulcerata  
 iunge medicamentis, quæ ad herpes in libris  
 Pharmaceuticis descripta sunt. Quæ quidem, vt  
 in compendio dicamus, vbi vti volueris, ex vino  
 dulci, aut tenui & albo, & subaustero, minime ta-  
 men acris, liquefacere oportet. Quòd si postea aquo-  
 sa vice horum aliquando vsus fueris, nihil deterius  
 fuerit. At inueteratis vlcibus & in longum  
 tempus protractis, tunc vina austera conueniunt,  
 præcipue nigra. Quo tempore ipsis etiam medica-  
 menta congruunt, quæ ad Polyidam, Passionem  
 Musam, & Andronem relata extant. Hæc-  
 tum de herpete vlceroso. Herpetas verò, qui sum-  
 ma tantummodo exulcerans, nisi diu perduraue-



rint, nullo horum inungere oportet. Adurant enim fortiter, & vehementer exiccant. Verum istis sufficiunt quaecunque vim glaucij habent medicamenta: quae quidem aqua dulcenda sunt, vel aceto, si nihil ex aqua profecerint. Quod si etiam solani succo intinxeris, vel arnoglossi, plus etiam conferes. In summa vero omne vlcus exicari poscit, idq; medicamento neutiquam irritante, nisi malignum putrilaginosumq; ipsum vlcus fuerit. Talia siquidem acriora medicamina postulant, & quae igneas vires possideant, quale est myfi, chalcitis, arsenicum, calx, atque sandaracha. Sepe vero, ubi ista cesserint, admouemus ignem. Haec tenus Gal. Qui (vt paucis constringam) inquit, purgantia medicamenta, quae erysipelatibus conueniunt, herpete quoque laborantibus danda sunt. Quae in vniuersum cholagoga, id est bilem purgantia sunt. Secus autem in herpete miliari, in quo bilis, & pituita (vt Galeno decimoquarto Methodi medendi placet) purgari debent. Item quod sicut erysipelatibus topica medicamenta frigida & humida esse debent: ita, quae herpetibus admouentur frigida, & exiccantia sunt decet, plus minus pro vlceris ratione. Vlcus enim, in quantum vlcus exiccationem postulat. Proinde qui Auicenna Etioni pro curandis egritudinibus maxime suadet, animaduertant decet, quando in haerpetum, vel (vt ille ait) formicarum curatione, medicamina frigida & humida admittant, non sicut

GAL.

lumen (vt dixi) egrotantium periculo.

Curatio XXXVIII. in qua agitur de verrucarum curatione.

Amulus meus, quem vtrinq; manum, ob verrucarum multitudinem in eis disseminatarum, satis foedatas haberet, iubeo sarmetis ignitis optimè verrucas vrat, ac sic succedentibus quinque, vel sex diebus continet: à qua vstione interpositis octo diebus omnes suppuratae deciderunt verrucæ, nec ex eis vestigium aliquod relictum fuit. Hac enim vitium siccatum ignitarum vstione plures verrucis foedatos decorauius, nec alio remediorum genere pro illis deponendis, & etadicandis vquam, quod verum fatear, vsus sum.

SCHOLIA.

Verruca, excrescentia monticulorum instar insute eminentes sunt: quibus ita inditum est nomē, quod Latini oribus verruca montis editior pars sit, quae vulgus Porra nuncupat, quia fila quaedam portorum radicibus non dissimilia, intra eas contineri animaduertat. Graeci nomē generale vniuersum genus verrucarum comprehendens non habēt: sed manquamque speciem proprio nomine appellant. Quae tales habentur, Myrmecia, acrochorodes, helos, thymium. Sunt autem myrmecia,

hoc est formiculas, sic dictæ, quia dum attrēclan-  
tur morsui formicarum similem inferunt dolorem.  
Verruce ad cutim latiore basi, super autē tenues,  
quanquam cum summa cute sepe æquales prorsus  
comperiantur. Sessiles autem à figura & forma-  
tione verruce hæc dicuntur: quæ in inferioribus par-  
tibus pedum & manuum palmis plerunque na-  
scentur, ut Celsus est autor. At nos eas in mani-  
bus & alijs corporis totius varijs partibus omni  
ad summam lupinorum amplitudinem, nec am-  
pliores quotidie percipimus: à quibus paucus san-  
guis, aut nullus, etsi attrēclantur, ob earum altu  
complantatas radices effluit emittiturve. Acro-  
chordones verò contrario modo se habentes verru-  
cæ sunt: utpote ad cutem, imam partem angu-  
stam tenentes, sic dictæ quod chordæ nexu suspē-  
se pendere videantur: quæ rarò fabæ magnitudi-  
nem excedunt. Avicennæ clavi dictæ, quanquam  
Latinis clavi appellantur verrucæ albæ, rotundæ  
clavorum capiti similes: qui in digitis & pedum  
plantis maximè contingunt, quos Græci Helor.  
Avicenna verò sua lingua Almismar appella-  
re solent. At thymion vel thymon Celso, & mi-  
versa Græciæ, verrucula est, eo modo eminens quæ  
acrochordis, videlicet supra lata, sed subdura, per  
aspera, colorem floris thymi representans, unde  
ei nomen inditum est: ima verò parte ad cutem te-  
nuis. Quod genus verrucæ Avicenna Terfetum  
appellat. Ita addere est, aliud genus ab Avicen-

na cornua dictæ, eo quòd oblonga, cornuum instar  
recurva videntur. Sed clavis similes sunt calli,  
quos Græci τὸλαρε nominant, ex calciamentorum  
attritu plerunque geniti: & ex labore obdurata  
cute. Ceterum verrucarum amplam curationem  
legito apud Galenum decimoquarto Methodi me-  
dendi libro: & Tagaultium libro primo Institutio-  
num chirurgicarum, capite nono.

Curatio xxxix. in qua agitur, de puel-  
la quadam in virum versa.

IN oppido Esqueira novem leucis à Co-  
nybrica, nobili apud Lusitanos ciuitate,  
puella quædam genere nobilis erat, cui no-  
men (si rectè teneo) Maria Pacheca erat:  
quæ quum ad ætatem peruenisset, in qua  
mulieres menstrua primùm emittere so-  
lent, vice mensium priapum vsque ad id  
tempus intus latitantem extra eiecit. Et sic  
ex formina factus est masculus & virili to-  
ga indutus, ~~et diuies ac clarus factus~~, Ma-  
nuel fuit vocatus. Qui ad Indos perueniēs,  
& diues ac clarus factus, postea ad suos re-  
diit, & uxorem duxit: sed an liberos genuit  
non satis compertum habeo. Conscij ta-  
men sumus, imberbem hunc semper  
mansisse.

## SCHOLIA.

Ex feminis mutari in mares non est fabulo-



*esum melongenarum obiit, alter vero à quartana liber euasit.*

**D**Vos iuvenes nouimus annua quartana laborates. Qui quum inter se mutuo de morbo quererentur, alter alterum ad edulium fouens quartanam inuitauit. Nam eius esu eos à quartana liberari, prout ab aliis acceperat, pro firmo inuitans habebat. Erat autem edulium ex melongenens aliis confectum. Ex quo saturi cum nimio vini potu, ut referebant, discesserunt: sed quo successu audi. Nam ambo in ardentissimam febrim illico inciderunt. Ex qua simul & quartana inuitatus copiosissimo sudore respersus euasit: At inuitans vitam cum morte commutauit.

S C H O L I A.

*Qui quartanam patiuntur, ab ea liberari sperantes vel esu copiosiori piscium salitorum, vel nucum, aut alliorum, aut ficuum, aut rerum aduersariarum, sepe iactari solent. Quod non aliunde uenire puto, nisi quòd natura torpens, & ferè morbo connaturalis facta, à sua ignauia & pigritia per prædictarum rerum esum excitatur. Que excitata, materiam longo temporis tractu coctâ ac obedientem, per sudorem, aut vomitum, aut secessum, aut sanguinis fluorem, aut halitum transmittit. Si verò contingat nondum materiam esse coctam, & expulsio*

*expulsioni paratam, inde mors subsequi poterit, ut horum alteri contigit, & alij, qui vinum maluatium ad interneccionem usq; superioribus diebus protrudenda quartana ebibit: qui febrim intèntissima & ardentissima oppressus, intra quinq; dies obiit.*

*Curatio quadragesimæ materiam, quòd theriaca tuto puerulis propinari poterit.*

**C**Um in consortio doctorum hominum Cheri essemus, ac de puero vermibus laborate sermo incidisset, propositum à quodam fuit, theriacam summum antidotum pro pueri valetudine esse, si modò eam vino, aut graminis aqua dilutâ ebibisset. Alter verò nullatenus theriacam dandam esse pueris contendebat: & pro sua corroboranda assertionem Galenum adducebat libro de Theriaca ad Pisonem, Vbi Galenus pueris theriaca interdicit, vetatq; sequenti ordine: dicens, At in pueris omnino medicamentum est vitandum: quippe cuius magnitudo illorum virtute maior sit, & corpus ex facili dissoluat, natium spiritum citò extinguat, quemamodum sanè & lucernæ flammam oleum igni copiosius adhibitum, promptè extinguit. Ego itaque ex historia memini puellum aliquando ex intempestiuo antidoti vsu dissolutum. Etenim diuturna febrilabo

laborabat, gracili admodum corpore, & viribus imbecillis: vt qui vix multa diligentia posset superare. Quæ quum ego ex medica ratione conspicerem, etiam vehementer ipsi pharmacum dari prohibebam. Nam quidam eius curationi præfectus, qui videlicet patrem se esse diceret, & tyrannicam imperandi facultatem potius haberet, quàm ex ratione consilium audiret, & temerè, & violenter admodum me compulit, vt infanti medicamentum exhiberem. Quod iam assumptum concoqui non potuit: fortius videlicet eius virtute qui ceperat. Verùm totum ipsius habitum dissoluit, aluùmque fecit profluentem, atque ita propter irrationalem medicamenti vsum noctu infans periit. Hæc Galenus, cui Accius subscribit Sermone decimotertio suæ medicinæ, capite nonagesimosexto, & ferè omnis medicorum chorus, quum puero-rum innatum calidum facillè dissolui, & spiritum insitum citò extingui per theriacam antidotum calidam tradant. At nos, quorum est has & similes componere lites, cõsueto more, hoc est, breui dicamus, Theriaca tutò omni ætati concedi potest, & puero, & iuueni, & seni, & decrepito, & puerperæ, & vtero gerenti, non solum morbis laborantibus: sed præseruationem & cau-

lam

lam, ne in eos labantur procurantibus: attempto morbo, ægrotantis viribus, regione, & cœli statu. Nam puer, de quo sermo noster agitur, lumbricis laborabat: contra quos theriacam valere, ita Galenus prodidit, insuper lumbricis intestina occupantibus, eoque stomacho insatiabiliter cibum appetente medicamentum hoc propemodum enecatos magna fame sceleriter liberat. Præterea maximū latumq; helminthen generatum, id est lumbricum, qui omnem assumptū cibum depascitur, eoque reliquum totum corpus emaciat, mirabiliter ab intestinis educit. Hactenus Galenus. Rectè igitur medicus ille contra lumbricos, quos puer patiebatur, theriacam concedebat: & eò magis, quia puer non febriebat, & eius vires constabant. Vbi enim puer ægrotat, & vires constant, & calor febrilis non admodum acris est, si modò theriaca convenit, tuto (mea sententia) puero offerri poterit. Nec enim Galenus hoc vnquam, quod sciam, vetuit. Nam puer, de quo historiam narrat, & illi theriacam abnegabat, gracilis erat, macilentus, & viribus ob febrem diuturnam prostratis. Cuius innatum calidum theriacæ caliditas superabat. Qua de causa Galenus illi theriacam dandam non esse, acriter contra medicum tyrannicè eam imperantem

rantem

rantem contendebat. Sed, meo iudicio, similitudo illa quam Galenus adducit, tanto philosopho digna non est: vt quem ego post Theophrastum inter philosophos collocandum semper putavi. Pueris enim Gal. theriaces exhibitionē vetat: quia ipsius maior est facultas, quam vires eorum tolerare possunt: quo fit vt eorum corpus facillē dissoluat, & insitum spiritū citō extinguat, quē admodum & lucernæ flammā oleum ipsum si ignem superet, facillē extinguit. Hęc enim similitudo est illa, quā nos indignā Galeno notamus, quū theriaca fabæ Ægyptiæ magnitudine datur, & minori adhuc quātitate, pro viriū & ætatis ratione: quum, vt ille ait, lib. de Theriaca ad Pisonem, Mēsurā ipsius potus eadem nō est in omnibus. Quæ quālibet fuerit à Galeno descripta, sufficiens non est innatū calidum extinguerē. Si quod tamen obnoxium, aut malum, theriaca inducere est potens, id sua qualitate efficere, dicendum est. Vnde satius esset dicere, ac similitudinem afferre: Theriacam pueris dare non aliud esse, quā ignem igni addere, & flammā flammæ: quum id sua qualitate efficiat, non verō quantitate, quæ parua & exigua admodum est. Deleteria autem medicamenta frigida sua quātitate interficiunt: calida verō suis qualitatibus, vt

author

author est Gal. libris de Facult. simpl. med. & Commentariis de Temperamentis. Regio quoq; pro danda theriaca, veluti ceteris pharmacis ægrotantibus, attendenda est: quum calidiori regione habitantibus, antidoti siue theriaces vsus cauēdus sit. Quæ de causā etiā hominibus primo Solis ortu degentibus, & multa inde siccitate præditis, medicamētum (vt Gal. tradit) est incongruū. Humidiores autem regiones & frigidiores incolentibus tutō theriaca concedi potest: veluti in hyeme, & tempore frigido. Nam in ætate eius vsus periculosus admodum est. De qua, veluti purgantibus medicamētis, dixit Hippocr. libro quarto Aphorif. sub cane, & ante canem difficiles sunt medicamentorum exhibitiones. Quoniam, vt notat Gal. febriū hoc potissimū tempus hominibus aduehit. Quapropter & ætate florentibus, & multo naturali calore præditis, neque multum, neq; sæpe exhiberi medicamentum est tutum: quemadmodum iis, qui iam declinant, & plurimum & crebrō non ex aqua, sed vino magis assumi profuerit: vt corporis virtus iam emarcescens, & genuinus calor extinctus, refocillari, accipique ipsius possit beneficio. Cæterum quā præstans hodie in officinis paratur theriaca omnes norunt.

N

*Curatio XLIIII. in qua agitur de dysenteria, torminibus, siue intestinorum difficultate, morbo dicto.*

**N**obilis miles Grimaldus dysenteria ex bile orta, canicula vigente, laborabat. Ad quem quum primum peruenimus, ipsum robustum triginta annorum notauimus. Qui ventre dolebat, & sæpe egerebat, & cum iis quoque febriebar. Cuius egestiones liquidæ, & biliosæ erant: super quas mucosa quædam cruenta supernatabant, cernebantur: & verè dysentericus is apud Galenum libro nono de Comp. medi. secundum loca, capite quinto, dicendus sit quum in intestinis tantum, iecore non patiente, vlcera aphthis, quæ ore nascuntur, similia patiebatur: infra autem vlcera hæc crassioribus intestinis, vt excrementorum mixtione percipiebamus, erant. Quo fit per inferiora quàm superiora, medicamenta ad vlcerum medelam sanationemve, consultius infundebantur: vt inferius latius hæc patebunt. Hunc igitur morbum curaturus, ad eius causas, veluti in cæteris morbis, unde ortum trahunt, attendere deebet, iuxta illud Galeni triuiale, libro Artis medicinalis, capite octogesimo nono, Vnum commune præceptum obseruabimus, vt vnamquamque

prius,

prius, quæ efficit causam, rescindamus: deinde ita ad illam, quæ ab eadem causa facta est, ægritudinem accedamus. Quum igitur dysenteria hæc à bile ortum trahebat, vt plerunque (vel Galeno teste) libro quarto Aphorismarum enarratione vigesima quarta, originem ducit: consequens erat, medicamentum bilem purgans, absque mordicatione aliqua huic propinare. Dedimus igitur rhabarbari drachmam vnam & mediam sequenti modo apparatus, Recip. Rhabarbari acerbi, drach. vnam & semis. Pistetur, & infundatur, siue maceretur in vnciis tribus aquæ plantaginis, per aliquot horas: tandem facta colatura, & leni expressura rhabarbari prædicta substantia aliis tribus vnciis aquæ plantaginis denuo infundatur quibus pulpæ cassiæ nouiter extractæ vnciam mediam dissoluito; & pharmacum parato, ac ipsum egroto propinato. Quo multa egressit. Cæterum, prima infusione rhabarbarum, si quas partes exasperantes, & vlceribus aduersas habet, omnino amittit: & mitius ac securius redditur, quàm testis vstum, aut assatum, vt multi dare solent. Respondet autem sic paratum rhabarbarum Græcorum rheo, cuius vsus apud me frequens pro hac & variis curandis affectionibus habetur. Post hæc verò ad cly-

steres non diuertimus, lauatorios primò, quorum descriptio talis est, Rec. Aquæ hor. dei libram vnã, vitelli ouorum numero duos, sacchari sancti Thomæ, quod rubrum officinæ vocant, vnciam vnã, misce. Est enim clyster hic intestina à bile & mucò mordaci lauans, ita præstans, vt interdum curandæ dysenterix sufficiat: qui cæteras iniectiones antecedere debet, & parũ eum retinere opus est. Post quem ad eos, qui ex emplasticis medicamentis componuntur, internam intestinorum superficiem contra fluentis materiæ morsum, ceu rectorio quodam & crusta armentibus, deuenimus, & ita habent, Recip. Aquæ hordei vncias decem, albuminis oui optimè concussi, num. 2. gũmi Arabici, adipis caprini, ana vnc. s. olei rosati, vnc. 2. boli Armeni, tragacanthæ ana vnc. 1. Misce, fiat clysmus, & quantum poterit, eam retineat. At ne suo lentore medicamenta hæc acres materias, tanquã carcere retetas, intestinis affligeret, ad clysmos lauatorios reuertebamur. Et sic vicissim ad eos qui ex emplasticis componuntur medicamentis. Est enim hoc aliud clysteriũ, ex emplasticam vim habentibus, Recip. Iuris pinguis carniũ, vnc. 8. succi plantaginis, vncias duas, butyri recentis insalsi, gummi tragacanthi, gummi Arabici ana vnciam vnã,

vnã, albi ouorum num. 2. sepi hircini liquefacti, vnc. semis. Misce, fiat clyster. At quum fluxus perseuerabat, & sanguis copiosè fluebat, ad fluorem adstringentia non solum per clysteres iniecta, sed ea quæ per os manduntur, & vim glutinandi & cicatricem ducendi habent, quæ Sarcotica dicuntur, deuenimus.

Clysteriorum constringentium paradigma, Recipe Gnaphalij herbæ tormentinæ dictæ, rosarum rubearum siccarum, foliorum symphiti, plantaginis, polygonij, id est corrigiolæ, verbasci, ana manipulum 1. sumachiorum Rhois Græcis dicti, bursæ pastoris, malicorij, balauftiorum, gallarum, orizæ tostæ, ana pugillum 1. radice symphiti, vnciam semis, in aqua pluuiali chalybeata singula decoquantur ad consumptionem tertiæ partis, facta colatura & expressione, Recipe prædicti decocti libram vnã, succi plantaginis vnciam vnã, acaciæ, hypocistidis ana drachmas duas, sanguinis draconis, boli Armeni, terræ Lemniæ ana drach. semis, sepi hircini vnciam vnã, olei rosacei, myrtillorum ana vnciam vnã & semis. Misce, fiat clysterium, quod quantum possibile fuerit, retineat. Sed quum tormina omnino hunc vexabant, & vlcera profunda vtcunque grauabant, vt ex eis pus



exiens in egestionibus attestabatur, ad ea quæ valentius abstergebant: veluti postea, quæ non tantum obtundunt, sed stuporem inducunt, confugimus. Sic autem abstergetes clysteres parabantur, R. Infusionis fuffurum, iuris cinerum, ana lib. f. mellis rosacei collatitij vnc. 2. vitelli oui, num. 2. terebinthinæ decies cum aqua frigida lotæ vnc. 1. olei rosacei vnc. 2. Misce, fiat clyster: quem multi ex muria salforum piscium, aut oliuarum colymbadum parare solebant: adiectis aliquando ex Arsenico pastillis, quibus hodie pauci vntur, & merito sanè. Quum si eis & potentibus aliis medicamentis vtendum sit, eis in longa & diuturna dysenteria potissimum vti expedit. Quum enim vlcera exactè deterfa fuerint, natura per se potens est ea cicatrice tergere & glutinare. Sed, vt promptius fiat, iuuatur clysteribus siccantibus & astringentibus supra à nobis commemoratis. Sed nos ab iniecto abstergente clystere, ac eo expulso, ad clysterem ex rebus stuporem ducentibus, deuenimus: qui ita recipit, Recip. Calycum papaueris nigri cum suo semine, num. 6. feminis hyosciami drachmas duas, hordei tosti, orizæ tostæ, ana vncias duas. In aqua capitum rosarum fiat decoctio ad consumptionem tertie partis, cuius colaturæ accipe libram vnâ.

Cui

Cui adde pilularum de cynoglossò, drach. semis, vitellos oui duos, tragacanthæ, gummi Arabici añ. drachmam vnam, terræ Lemniæ vnciam semis, olei rosacei vnc. duas. Misce, fiat clyster. Solent autem iis misceri opij grana tria, vel quatuor: quorum vice balani ex licio parari solent, vt commendat Rasis, quæ cum filo sedi imponuntur. Veluti quæ ex Athanasia, vel pilulis de cynoglossò, & opio, conficiuntur. At interim, dum hæc parabantur, per os fluorem astringentia dabamus, Recipe Sacchari rosacei antiqui vnciam vnam, pulueris corall. rub. & albi drachmam vnam, trochiscorum de spodio Arabum, drachmam semis, cum syrupo rosaceo de rosis siccis fiat eclegma, vel sic: Rec. Minæ cydoniorum sine speciebus, vnc. 3. trochiscorum de spodio cum semine acetosæ vnc. semis. Misce & detur. Vel hoc aliud, ad idem faciens. Caro cydoniorum ex saccharo confecta. Vel hoc aliud, Corna saccharo cooperta, prout actria cerasa parari solent. Vel ex eis conditum apparatus, vt ex mespilis, & sorbis & aliis astringentibus fructibus confici solet. Sed cum hæc parum iuuarent, vt dolor sedaretur, & somnus euocaretur, & materia ipsa fluxioni inepta redderetur, post varios ebibitos syrupos materiam condensantes ac inhibentes, ad Phi.

lonium Romanum, & Athanasiam, & recentem theriacam, veluti pilulas de cynoglossa, pondere semidrachmæ, quum vires constabant, & dolor vigeat, & æger insomnis agebat confugimus. Sed exterius quoque topicis medicamentis æger adiuuabatur. Primò autem vètri admotum fuit oleum cydoniorum, & myrthinum simul, superinsperso pulvere coralli rubri, rosarum, mastiches, boli Armenici, & sanguinis draconis: postea verò ad emplastrum diaphœni cum frigidum Mesues deuenimus: veluti emplastrum cõfectum ex cydoniorum substantia, adiectis constringentibus: quorum catalogum inferius describemus. Sed & suffumigia sedi adaptanda machinati sumus. Porrò iecinoris cura maxima à nobis quoque erat: cui epithemata, inunctiones, & linimenta ipsum refrigerantia, & roborantia imponebamus. Quibus omnibus, sæpe, vt expediebat, applicatis, intra decem dies sanitati fuit restitutus. Cibus huic oblatu euechymus, & coctus facilis erat: vt pitana, hepata gallinarum, testes gallinaceorum, aqua carnis, præcipuè perdicis, & pauonis: in quibus frustula quædam cydoniorum, & semina constringentia coquebantur, & vice aromatum semina rhois coriariorum (sumach dicti) optimè pista desuper inspergebantur.

Sed

Sed orizam tostam in pollinem redactam, cum iure pulli, aut perdicis exceptam quandoque gustabat. At oua sorbilia rarò illi febris ratione cõcedebamus. Herbas, tametsi authores nonnullas concedant, nos omnibus illi in totum interdiximus: veluti aceto, salis, & acribus, quia vlcibus inimica & mordacia sunt. Dantur autem cibaria actu frigida, vt nonnullis placet, ad excitandam appetentiam per consensum prostratâ, quam multi huiuscemodi cibaria frigida respiciunt, & mediocriter actu calida appetant. Ex quorum numero noster ægrotus est. Nâ liquida stomachum laxant, & ventrem leniunt: qua de causâ iura in hoc casu abnegantur: veluti dura quæ ægrè concoquuntur, ob ventriculi imbecillam coctricem, & retêtricem facultatem. Proinde medium locum tenentia, antea citata concedebantur. Potus verò, aqua decoctionis gnaphalij, tomenti dictæ herbæ erat: quæ vbiq; vulgaris & cognita est: ex qua vinum coctum contra dysenteriam Dioscorides sumopere laudat, libro tertio suæ medicæ materiæ.

## SCHOLIA.

*Dysenteria absolute dicta intestinorum exulceratio est, quam consequuntur dolores, & deiectiones. Vnde à Latinis morbus hic, Tormina, quod*

intestina dolore torqueantur, nominatur: quo fit ut Gal. recte mea sententia, lib. 9. de Composi. med. per loca, cap. 5. quum de hac affectione loquitur, de vera dysenteria agere se tradat. Nam altera dysenteria, hepatica siue icteraria, in qua sanguis, vel luti carniū in aqua lauatarum excornitur, appellatur: quam cum Galeni omnes postea medici inter ictericis affectiones reponunt. Proinde à Galeno cap. citato, sic traditur, De dysentericis quidem, quæ in vniuersum nosse oportet, iam antea dictum est, tum in curadi Methodi libris: tum etiam nunc in sermone de Hepaticis habito. Reliquum est igitur de verè dysentericis agere: in quibus neque hepar affectum est, neque aliqua alia affectio est, præter intestinorum vlcerationem, aut nudam, aut cum putrefactione aliqua abortam, quam medici, consueto vocabulo, *ϖομῦν* appellant. Cui faciunt ea, quæ ipse libro sexto de Locis affectis, capite secundo, tradit: quæ breuitati consulentes, omitimus. Hanc caterum intestinorum vlcerationem cum putrefactione abortam, ægrotus noster passus est. Cui nos rhabarbarum, eo dicto modo paratum, dedimus. Et nonnunquam similem morbum patientibus myrobalanos concedimus: veluti rheon Græcorum nobis satis cognitum & familiare medicamentum. Quanquam non ignoramus multos esse, qui hoc detestantur, vituperent, quos nos, tanquam homines parum in re medica instructos, relinquimus, postponimusque. Legerunt

quippe

quippe ij Galcnum, quem sæpe in operibus suis adducunt, sed non ea censura, aut animaduertentia, qua probi medici artem exercentes, eum legunt. Afferunt sanè eius nonnullos locos, in quibus Galenus ipse, pro dysentericorum curatione sua acria, & consueta deestatur pharmaca. Quæ nos cum officinarum scammonieatæ reijcimus, & ab ipsis abhorremus. Non ea tamen ratione, in totum medicamenta morbi causam deponentia à nobis repudianda sunt: ea potissimum quæ Gal. non nouit, quæ si nouisset, illi pro dysentericis curandis vsus esset: Inter quæ rhabarbarum & myrobalani, nominanda veniunt: quæ materiam morbum fouentem euacuant, & sua adstrictione membra roborant, & vlcerebus prosunt. Iubet autem Galenus lib. 2. de Facul. simpl. med. cap. 12. & decimoquarto, ut humores morisionem facientes prius educantur. Ac postea, quæ morisionem, siue acredinem tollant, in os dare: & per inferiora in aluum indere. Purgat verò Galenus humores hos morisionem facientes melle. Post quorum educationem ad ea deueni, quæ acredinem tollunt, tum per os data, tum per sedem indita, vt chondrum, ptisanam, adipem, teratum dulce, oleum dulce, album oni, & cetera similia. Laudat quippe Gal. mel, tanquam medicamentum materiam morisionem & aspredinè inducentè, euacuans: quod sanè (tanti viri pace dixerim) non sic facile admitterem in nostro precipuè ægrotò, dysenteria vtpotè à bile ortam patiente: quæ

vte

mel (vel ipso Galeno teste) lib. 3. de Alimentorum facult. capite 39. tenuium sit partium, acrimonia quippiam in se habes: quæ aluum ad excretionem proritat. Item calidum & siccum secundo ordine est: quod faciliè in biliosis corporibus in bilem vertitur, vt ex eius historiis experientia consoni deprehenditur. Quæ amnis dysentericis aduersantur, & biliosis vlceribus contradicunt. Quibus adde, quod per se solum mel parum purgat: vt indignum videatur pro intestinorum lauatorio exhiberi. Nam, nisi prius intestina lauentur, aut aliquo medicamento expurgentur medicamenta ea quæ inuiscerantur, id est temperantia dicuntur, si iniiciantur, corrumpuntur & vice iuuamenti, magnum egrotantibus afferunt detrimentum. Quæ de re consonum rationi videtur, illico medicamentum aliquod egroto, quod morbi causam auertat, & intestina abstergat potius, quàm mel, aut illi simile aliquod dare. Inter quæ (mea sententia) nullū hodie melius excogitari, aut haberi poterit quàm rhubarbarum, eo modo à nobis paratum, aut myrobalani sæpe lauati. Nam thamarindi sua acetate mihi semper in iis vlceribus suspecti fuerunt. Commendat enim Galenus, corpus cacochymum dysenteria affectum medicamento aliquo, quod acrimoniae expers sit, ante omnia inaniatur: quod omnes, Galenum legentes sciunt. Sed quibus medicamenti opus hoc exequi debeant, nõ norunt. Nec Galenum rectè percipiunt: imò eius confundunt

doctrin

doctrinam, quum dicunt opus illud confici debere ad eius mentem, cum adipibus, oleo dulci, cerato dulci melicrato, melle, pissana & similibus. Quæ omnia dubio procul contra ipsum Galenum sunt. Ipse enim libro citato secundo de Facul. simpl. med. cap. 12, 13, & 14. tradit, Si dolorem lenientia, quæ prædicta sunt medicamenta in aluum iniiciantur antea quàm corpus aliquo sit modo purgatum, quod putrescunt, & humorum cacochymiam alunt. Videant igitur qui Galenum se legisse gloriantur: multum mehercle refert Galenū legere, vel ipsum intelligere. Putant autem hodie multi, vel infimus pedagogus, quum quatuor Græculas literas nouit, & optimè Latine factum Galenum legit, eum mordicus tenere, & ilico se Medicum appellari posse. Sed lōgè se res habet. Nam artificiosissima doctrina instructus, & longo vsu sit expertus, qui ad Galeni mirificam doctrinam accedit, vt ex ea aliquid depomat, decet. Aliter eius lectione eundem, vel similem quæstum faciet (pro firmo habet) illi quem cribro aquam haurientes habere solent. Sed de iis satis. Et superioribus sermionibus verba nectamus. Iubet sanè Galen. in dysenteria primò corpus euacuemus: deinde ea, quæ dolores mitigat, iniiciamus. Euacuat igitur Gale. per iniectiones primò melle, vel melicrato, vel pissana, vel aqua lactis: deinde ad ceratum dulce, tragum, olea dulcia, pinguedines, amyllum, & gummas deuenit. Vitur quippe Gale. pro euacuantibus medicamen

dicamen

dicamentis per sedem iniectis, melle, melicrato, pissa-  
 sana, & aqua lactis: quæ sufficientia sunt pro de-  
 ponenda cacochymia, vel non, satis nobis, & lo-  
 gentibus manifestum euadit: quum sciamus hæc  
 parum aut nihil euacuare. Ea tamen Gal. admit-  
 tebat, quia suo æuo cetera quæ huic rei adaptari  
 poterant, fortia, acria, & exasperantia erant medi-  
 camenta. Cui, si rhabarbarum & myrobalani in  
 vsu medico haberentur, dubio procul eisdem re-  
 vetur, nec tam egregia medicamenta pro hac cu-  
 randa affectione prætermitteret, quum cacochy-  
 miam deponant, & ex vestigio constringant: duo  
 potissima pro hac curanda affectione desiderata.  
 At quum illi hæc ignota erant, suis citatis reba-  
 tur. Quæ quum debilia pro cacochymia deponenda  
 erant, factum est, quòd dolores sedentia medica-  
 menta, postea iniecta corrumpebantur & egri prius  
 habebant, & consequenter sepius, quàm nunc mo-  
 riebantur. Nunc demum quòd ars medica multò  
 cultior sit, quàm nunquam fuit, certum est, & be-  
 nignis medicamentis antiquis (si cognitis in vsu ta-  
 men non habitis) vtamur. Eisdem primò cacochy-  
 miam deponimus: postea verò Galeni abstergenti-  
 bus & lauantiibus vtimur: post quæ dolorem sedan-  
 tia iniicimus, quæ, quum corpus purgatum compe-  
 riunt, validius operantur & potentius vires suas  
 imprimunt. Vnde agroti melius sentiunt & citius  
 euadunt. Conantur autem scioli hodie dysentericor  
 prædictis tantùm hoc est tragi succo, sepo hircino, &  
 rosaceo

rosaceo cerato, per inferius indita curare, ignoran-  
 tes Galeni præceptiones lib. 12. Methodi medendi,  
 non procul à principio: quibus nos docet in citatis  
 medicamentis, contra symptoma tantùm in dysen-  
 teria instare, non verò contra morbum. Ita enim  
 Galenus citato loco inquit, In dysentericorum de-  
 iectionibus, vbi vehementer rodunt, vel tragi suc-  
 cum, vel hircinum sebum, vel rosaceum, ceratum  
 per inferius indimus. Quibus vique præsidia ipsa  
 exulceratio intestinorum non sanatur: maxime si  
 putrescens aliquid habeant: sed vires interim con-  
 quiescunt, atque id est contra symptoma instare,  
 morbo ad id tempus neglecto. Quibus verbis nihil  
 clarius dici poterit. Quum igitur ij morborum prin-  
 cipis obistere possunt, quia viribus constant egro-  
 tantes: illi astricti prædictis Græcorum remediis,  
 dum deiectiones sequuntur, & vlcera serpunt, &  
 vires indies magis labuntur, adeò vt postea egros  
 releuare non possint. Quod aduertens Galenus, vbi  
 supra, subdit, Vbi virium roboris fiducia est, adeò  
 nunquam contra symptoma pugnamus: vt contra  
 prorsus per ea nonnunquam præsidia, quæ dolo-  
 rem afferunt, morbos ipsos curemus: veluti pro-  
 fecto dysenteria ipsi, mordentibus maxime me-  
 dicamentis, tum potissimum medemur, quum  
 vique est grauißima. Hactenus Galenus. Cuius  
 citata verba dicent fortè ij, intelligenda esse in dy-  
 senteria diuturna & longa: pro qua curanda &  
 auripigmento, & calce viua, & sandaracha, &  
 similibus

similibus potentibus medicamentis medici videntur. At ipse pro dysentericorum principis, verba hæc potius accommodanda esse contestor, quia tum eorum vires potentes sunt, & ulcera exigua. Quibus si medicamenta propinauerimus eo modo à nobis apparta, acrem bilem intestina corrodentem, & alteram paratam fluere deponemus. Quæ deposita, ulcera, vel facillimè sanitatem consequuntur, & adgintinguntur, & cicatrice contegentur: tametsi maiora vbi materiam super eam transeuntem reddita sint, nocumentum tamen planè contemnendum: quum iuuamen magnum sit, morbi causam scilicet præscindere. Nam per alteram viam, quàm per intestina euacuare, non ita facile medicus potest. Quòd si ad intestina corruantem biliosum & acrem humorem dysenteriam gignentem, medicus per superiora retrahere possit, & eum per vomitum euacuare, dubio procul ineptum esset, & contra Galeni præcepta, libro Artis medicinalis, & Methodi suæ curatiuæ, per intestina ulceribus scatentia materiam ducere. At quum hoc medicus non sic assequi potest, tametsi tentare pro viribus debeat, consequens est medicamentis purgatiuis id conficiat, præsertim rhabarbaro, quo & Paulus fortè vsus fuit, & myrobalanis, quæ post purgationem constringunt ac exiccant: ulceribus admodum congruæ qualitates: quibus nonnulli diacatholicum miscunt: alij diaphœnicum. Quia si scammonium & turbiti recipit, eorum tamè viti

ita à palmatis & cæteris ingredientibus infringuntur, vt eius operationes ac vires iecur non accendant: nec aliunde attrahat, quàm à sibi propinquissimis particulis. Sed biliosum hunc humorem per ea medicamenta quoque diuretica dicta, quæ frigidiuscula sunt, vt consueta semina quatuor, ad vrinæ vias deriuamus. Quam operam euidentius consequimur post vniuersum corpus purgatum. Nam diuretica potentia & fortia, quæ sua natura calida & sicca sunt medicamenta, Cornelius Celsus vituperat, vt sceniculum, absinthium, asarum, & similia. Quia si humorem, dysenteriam facientem, ad vrinæ meatus non deriuent, vice iuuandi, multum nocebunt, & suis qualitatibus eum acriorem reddent, & ulcera magis irritabunt. Hoc nostrum iudicium de propinandis purgatorijs medicamentis supra citatis, in dysenteria initio, firmat Auicenna Fen decimasexta tertij, tractatu secundo, capite septimo: dicens, Et si fuerit necessaria euacuatio propter malitiam humorum, fac eam cum timore & cautela, & stude vt sit solutiuum, non rehemens, nociuum ac credini & ulceri: imò sit sicut myrobalani, &c. Pro qua complenda operatione, eodem capite, rhabarbarum maximè extollit, & laudat, quòd in vniuersum communi officinarum rhabarbaro prædicto modo à nobis apparto (vt dixi) respondet. Porro memoriæ in præsentis euocare decet, id quod commetarijs nostris in Dioscoridè edis diximus, scilicet quòd rhabarbarum

ustum, aut exacte assum nullatenus dysentericū dandum est. Nam si aliquo modoustum dandum est, id super ignitam tegulam parumustulatum dandum est: quum sic apparatus Græcorum theopontico respondeat: quod natura sua constringit. Sed, mea sententia, rhabarbarum ex primo infuso extractum, et nostro dedimus: egrotati, securum est, et melius operatur, præcipue in dysenteria initio: in quo materiam retinere plerunque periculosum est. At lac in hoc nostro casu, tanquam noxium prætermisimus. Biliose enim deiectiones febrili coniunctæ sunt. Quibus laborantibus Hippocrates libro 5. Aphorif. 6. 4 id interdicit, quum dicat, Lac caput dolentibus dare, malum: et febricitantibus, et quibus hypochondria suspensa murmurant, et siticulosus. Malum autem et quibus in febribus acutis biliose sunt deiectiones. Quæ verba enarrans Galenus, inquit, non solum lac obesse deiectionibus biliosis, acutis febribus complicitatis, sed absolute biliosis deiectionibus, etiã absque febre reperitur, et seorsum etiam acutis febribus iunctis. Ratio vero est, quia acutæ febres ex bile fiunt, à qua materia biliose quoque deiectiones pendunt, in quam lac facile transmutatur, quæ aucta, febres intenduntur, et profluuium crescit: imò, ut Orbasio placet, eò maior fit relaxatio, et consequenter fluxus copiosior euadit. Vel dicendum, Nocet lac, quia euaporat, et à bile humore calido in euaporationem deducitur: unde febres cum deiectionibus acriter euadunt, Animaduert tam igi-

tur hodierni medicam artem exercentes, qui quum ad dysentericos accedunt, nullo discrimine facto, lac tanquam rem securissimam, ac supremum remedium dare cum eiectionibus, tum per os illico mandant. Quod quàm periculosum sit, ex iam dictis clarum euadit. Et eò magis quia Gal. deiectionibus biliosis, etiam absque febre compertis, lac noxium esse tradit. Quibus adde, quòd dysenteria, et meminimus, et ex Galeno libro quarto aphorismum adduximus, plerunque à bile ortum trahit, quia plerunque in æstate fit, et regione calida. Cornelius Celsus adeò lactis usum in corpore bilioso timet, ut quum Hippocratis aphorismum citatum interpretetur, vice dicendi. Deiectionibus biliosis lac malum est: dixerit, Vbi vrina biliosa fuerit, lac dare malum est. Respondebunt forte quidam, qui lac dysentericis continuo porrigunt, Lac crudum non esse dandum: sed vel recens mulctum, et calidum ab vberibus protinus effusum, aut lapidibus ignitis, aut candente ferro coctum, ut suadet Gal. et post eum omnes medici: quia intestina colluit, et vlcera abstergit, et pinguiori parte vlceribus collinitur: veluti pinguedo, adeps, atque oui albumen. Quibus omnibus, ab acris humoribus natas mordicationes mittigat. At nos Hipp. et Gal. genuinum et verum sensum seruantes, cum prædictis medicis, lac sic paratum deiectionibus dysentericis conuenire fateamur: modo tamen febris non adsit. Quæ si præsens fuerit, ipsum tanquam præsens venenum

damnamus. *Ut quoque idem firmanit Hippocrates libro quarto de Ratione victus in morbis acutis, textu centesimo decimoquinto, quum dicat, Si verò febris non fuerit, vexentque tormina, primum quidem lactis asinæ calidi pauillum, dein de sensim paulatimque plus bibat. Suadet autem Galenus, si febris non fuerit, & tormina vexent, tunc lac dandum esse: quasi volens, si febris affluerit cum torminibus, tunc à lacte abstinere ager debet, ut in Aphorismis scriptum est. Et Aetius sermone nono suæ Medicinæ subscripsit, quum dicat, In principio igitur post tertium diem (permittentibus febribus) lacte recens multo adhuc calido, utendum est, &c. Secundo respondemus, Galenum summopere lac eo dicto modo apparatus in deiectionibus dysentericis laudare, modo non sint biliosæ. Si enim deiectiones dysentericæ, quæ plerumque biliosæ esse solent, biliosæ fuerint, etiam quòd febris non adsit, eis afflicti lac dandum non est: quia eo dato multa oriri solent incommoda: ut ex dicto lacte clarius euadit. Et nos longa experientia, ita enarrare sæpe obseruatum habemus. Nec enim obstat, quòd Hippocrates libro septimo de Morbis popularibus Eratoli filio, veluti alijs, qui dysenteria biliosa cum febre laborabant, lac silice candefacta immissa, dabat: quum multa in eis libris ab Hippocrate sint dicta à quibus, ut falsis, & male in usum tractis, se retraxit, ut alibi quoque dictum habemus. In summa igitur dicamus, Dysentericis febrientibus*

bus, lac dandum non est. Item dysentericis deiectiones biliosas habentibus, lac dandum non est. Que duo summopere à medicis animaduersa vellem: quum morbus is perniciosissimus sit & mortifer, à qua vbiq; plusquam ab alio morbo aegrotantes decedunt, & moriuntur.

*Curatio XLV. in qua agitur de dysenteria ab atra bile orta.*

Lazarus Græcus, vir boni habitus, quadragenarius, vel circa, ex Neapoli ciuitate, quæ hodie Turcarum imperio subiacet, oriundus, dysenteria, ab atra bile orta, torqueri cœpit. In qua rationes ventris altâ partem potissimum occupabant, prehendebantque: & deiectiones nigræ splendentes, fusæ, & non concretæ, cum quadam liuiditate erant, quibus sanguis promiscuè immixtus erat, ut gracilioribus intestinis vlcera insita esse quisque sensatus medicus dicere debeat. Nam deiectiones quum terram attingebant, aceri acerrimi modo resperfi ebulliebant, & ipsam abrodebant & fermentabant: vnde mirandum sit à tam acris & mordacis, ac excedere humore genito morbo, si ægrotus hic intra quinque dies è vita decesserit.

SCHOLIA.

Hippocrates libro quarto Aphorism. textu 175imo quarto inquit, Difficultas intestinorum si



ab atra bile incæperit, letalis est. Fit autem dysenteria à mordaci, & acris, ac rodente humore semper: vt bile flaua, pituita salsa, & atra bile. Quæ enim dysenteria ex bile, vel salsa pituita euenit, plerunque sanatur. At quæ ab atra bile fit, insanabilis est. quum humor hic non solum intestina abrodatur, & ea excedat, vt acres ceteri humores faciunt, sed vlcera cancro ulcerato intestina depascantia, & ea erodentia, similia gignat. Ex quibus mors certa sequitur. Plerunque autem estatu sine aut autumnii initio morbus hic fit: sed potissimum in regionibus calidis, vt Aegypto, apud Chairum ciuitatem, Arabia, Africa, & India: in quibus sæpius Lusitani nostri hoc morbo quàm altero alio torquentur, & moriuntur. Gignitur quippe in corporibus calidissimam regionem incolentibus humor acris, torridus, exassatus quidam: qui quum varias affectiones gignere natus sit, in India potissimum, & Aegypto, intestina repit & dysenteriam causat. Quia homines illic carnibus vescuntur animalium, quibus castia fistularis purgatoria pro pastu, & cibo est. Firmatur hoc nostrum iudicium, quia in India raro phrenetici, & pleuræticici comperiuntur: morbi ab acris ijs humoribus gigni soliti. Quod non aliunde euenit, nisi quia nutrimentum ex prædictis carnibus purgatoriam vim habentibus, humorem torridum & acrem ad intestina deriuat & diuertit. Vnde homines dysenterici plerunque fiunt. Quorum si contingat vt

aliqui

aliqui euadat, is certè serò & magno cum labore ad sanitatem reseritur. Vidimus autem nos quendam militem robustum, & fortem prædicta dysenteria afflictum: qui quum, Dei gratia, per manus nostras à tam saeuo & truculento morbo euasisset, intra annu ad solas viuas remeri pernit.

**Curatio XLVII in qua agitur de dysenteria biliosa, & tida potu curata.**

Vuenio biliosus cum biliofo deic. Quibus uigante calore, affligi cepisse adeo vt intestinorum tractu iam eminentior & multum fuisset obsequio medicorum consilio, qui eius curam habebam, copiosior aqua frigida potu vsu fuit, & illico fluxus restrictus est, & ille à tam saeuo morbo liber euasit.

**Curatio quadragesima septima, in qua agitur de quodam, qui quum dysenteria cruciabatur cum muliere coiuuit, & sanus factus est.**

Plures epidemica dysenteria affectos curauimus: inter quos, Mulo medicus quidam, Veterinarius dictus, erat, qui quum dysenteria grauiter opprimeretur, in nocte, erecta virga ad forminam sibi



nit modo vires, etas, & cetera ijs annexa, consentiant. Itē, quia sanguinis extractio per venę sectionem, materiā ad vlcera corruantem retrahit, inde fluxus minuitur, & vlcera pristinā sanitatem consequuntur. Quibus adde, in dysenteria vlcera cū tortionibus & doloribus cōperiuntur, ad quę materię fluunt: pro quibus retrahendū venę sectio summum est remedium. Hinc enim est, quod dixit Auicenna Fen 4. lib. 1. cap. de Phlebotomia. Amplius quia phlebotomia, propterea quod ad diuersum trahit, naturam secundū plurimum retinet, vt iure dicendum sit, nostrā in hoc reuerendo abbate admissam sanguinis missionem, iustam ac methodo quadam curandi certissima firmatā esse: quia sanguinis missione euētiatio quādā fit, qua vniuersum corpus refrigerationem quandam consequitur: & ea mediante, mala mēbrorum qualitas deponitur, & humorū acro emendatur. Nec enim Galen. vnquam, si quis eius intimius deprehendat animum, in dysenteria venę sectionē vitauit, vt est videre loco citato libri Artis curat. ad Glauc. in quo prę ceteris clarius sanguinis missionem in dysenteria abnegare videtur. Commendat autē inibi Gal. quod quādo febrī ventris profluuiū copulatur, tunc nec vētrū solutio, nec sanguinis missio conuenit: non propterea quod sanguinis missio cōsentientibus viribus non cōueniat, quia retractio sursum à partibus inferioribus fiat, & fluxus fluxū curat, & naturam secundum plurimum retinet.

Sed hat

Sed hac potissimum de causa: quia quū febris adest, & ventris profluuiū superuenit, aut simul ambo inuadunt, timet, vt si altera, vel per sanguinis missionem, vel pharmaci exhibitionem euacuatio fiat: quod procedēte morbo, eger imbecillus fiat, & succumbat. Proinde hic Galenus potius medicum attentum reddit, quā illi præceptum tradit: quod alui profluuiū febrī coniuncto sanguinis missio, aut ventris purgatio non conueniat: conuenit quippe, vbi cetera consentiunt. Sed ea attentione & cautela exercenda est, vt iuuet, & non noceat. Iunabit autem, quando malam intemperie materiam gignentem, quę fluxum fouet, extirpauerit, vel saltem temperauerit, aut sursum materiam, paratam fluere, retraxerit. Sed hac ex Galeno adducta, quę profluuiū ventris diarrhæe dicto morbo, & febrī complicato dicata sint, proponamus: de quibus Galenus tantum eo citato loco loquitur. At sermo noster de dysenteria, vbi vlcera, dolores, & febres sunt, proponitur. Quibus omnibus è directo sanguinis missio conuenit: nec Galenus vnquam eam negauit: imò Aetius sermone nono suę medicinae, dysentericis eam summum esse remedium tradit, dicens, Si verò sanguinis impetus vehementer urgeat: quemadmodum etiam si maxima inflammatio subest, præsertim in his qui plurimo sanguine abundant, vena incidenda, si vires non resistant, & maximè in quibus consueta sanguinis extractio cohibetur. Auferre autem oportet neque

multum

multum, neque coacervatum: ab utroque enim venter conturbatur. Omnium verò maximè cauebimus, ne animi deliquium fiat. Quare desidenti etiam dysenterico venam secabimus. Hac enim desidentes forma, dum secatur vena, minus reliquis animo linquuntur. Hæc Aëtius, quibus annectit sequentia, apud nos pro ridiculo habita, & verè tanto viro indigna: quæ ita habent, Secare autem oportet in dextro cubito venam humeralem appellatam: neque enim similiter hac vena incisa vires labefactantur, & insensibiliter quodam modo, furtimque sanguis aufertur, quòd si hæc non appareat, necessario mediam secamus: inferiorem autem incidere ob subiacentem arteriam, vitandum. Hæc enim sunt, quæ omnino puerilia diximus, & Aëtio indigna iudicamus. Quanquam non nos lateat, pauca in suis extare commentarijs, quæ non ab alijs acceperit: ut ex multis constat, & resarcitum opus dici mereatur. Cæterum subdit, Fissuram omnino tenuissimam infligemus: non enim ob multitudinem sanguinis euacuandam, sectionem facimus: sed ut materiam quasi per riuos transferamus. Paucus autem sanguis etiam multo tempore emissus, inflammationem mitigat, & sanguinis ad intestina delationem reuellit, innatumque calorem sensim refrigerans, somnum magis, quam animi deliquium inducit. Est autem optimum dysentericus remedium somnus. Hactenus Aëtij verba. Quæ sanè contemplatione sunt digna: quum ad dy

ad dysentericorum salutem multum faciant, & verè tam venæ secandæ methodum ac viam in dysenteria morbo doceant. Neque est, quod nobis obtrudat aliquis, Galenum varijs in locis suæ doctrinæ: ex quibus decerpitur, sanguinis missionem tantum abesse, ut ventrem constringat, & ipsius fluxum cohibeat, ut potius ipsum fluidum faciat. Quod verum esse cum illis fatemur, quando ad animi usque defectionem sanguis mittitur, ut apud ipsam legitur libro primo Aphorismorum, enarratione vigesimatertia: & nono Methodi medendi, veluti libello de Sanguinis missione: quæ omnia aduertens Aëtius, ubi supra dixit, Auferre autem oportet neque multum, neque coacervatum. Ab utroque enim venter conturbatur. & ultra, Omnium verò maximè cauebimus, ne animi deliquium fiat. Nouimus autem nos cum Aëtio, & Galeno, sicut largæ sanguinis missiones ad animi usque deliquium factæ corpora refrigerant, & aluum citam faciunt: ita moderatæ sanguinis extractiones eam constringunt, & eiusdem fluxiones cohibent, ut experientia quotidiana indicat, & Auicenna memoriæ commendauit.

Curatio quadragesimanona, in qua agitur de puella ventris profusio laborante.

Nata magnifici Bartholomæi Gerardi, nobilis Florentini, quum sedecim suæ ætatis

ætatis menses æquaret, in ventris varium profluuium lapsa est: quæ quum nutrit constringentibus, & optimis cibariis vsa esset, intra paucos dies sola ipsius lactis suctione sanitati fuit restituta.

## S C H O L I A.

Non enim puella eius ventris profluuium simile illi est, quo pueri lumbricis affecti corripuntur: pro quo curando, artificio opus est: quum interim dum fluxus pendet, lumbrici corporis altius partes ascendunt, occupantque: quibus ita hærent, ut difficulter foras protrudi possint.

*Curatio quinquagesima, in qua agitur de icoraria dysenteria.*

**B**eltramus Neapolitanus, Comes illustri, quum ex Ferraria Neapolim hæc iter ageret, in duplicem tertianam lapsus est. Qui quum deficientibus iam febribus, ad iter accingeretur, illi dysenteria, icoraria dicta, superuenit: & paucis elapsis diebus, diem suum obiit. Primò autem liquida sanguinolenta, aquis quibus recens caro lota esse videtur, simillima emittere cepit. Postea ramentosa quædam, ac carunculas sanguinolentas, foetiditas, graueolentes & putidas: ut icur post amissas eius facultates retentricem & alteratricem, colliquatam esse, & eius carnem in deiectionibus emissam dicend

dicendum sit. Quod quandoque fieri meminit Galenus libro octauo de Cõpo. med. secundum locos, capite sexto: in quo de hepatis affectionibus agit.

*Curatio quinquagesima prima, in qua agitur de uterum gerente muliere dysenteria laborante.*

**P**regnans mulier, quum gestationis nonum mensem aggredere, dysenteria lethali corripitur: quæ nullis præfidiis domabatur. At quum pareret, illico dysenteria restricta est, & illa paulatim sanitatem consecuta fuit. Alteram nouimus prægnantem sex mensium, quæ quum dysenteriam patiebatur, abortiuit, & sana facta est.

## S C H O L I A.

*Dysenteria ante partum salubris ab Hippocrate iudicata est. Quod verum esse historie nostre testantur. Ita enim Hippocrates libro septimo de Morbis popularibus memoriæ commendauit, Epicharmi uxori ante partum dysenteria, dolor, alui egestiones, subruentia, mucosa: ubi peperisset, statim sana erat, diuersionis fortè ratione.*

*Curatio quinquagesima secunda, in qua agitur de muliere, quæ quum pariebatur, insana & melancholica fiebat.*

**C**arcinatoris vxor venusta, qui ad forum agit, quum optimè semper valeat, post partum illico melancholia morbo afficitur, & per mensem infana permanet. Sed postea paucis adhibitis præfidiis ad cõsuetam sanitatem reuertitur. Cuius affectio nis causa, humor melancholicus commotus parturitionis tempore esse videtur.

*Curatio quinquasimatertia, in qua agitur de puella ob dysenteriam male curatam emortua.*

**P**vella nata annos decem, dysenteria laborare cœpit, & illa quidem crassioribus intestinis insita. Quæ ita esse percipiebatur, quia præter deiectiones, quas varias emittebat, ramentosa quædam cruenta per se in eis videbatur, & imæ ventris parti dolores, & tormina infixæ erant. Cui quum nonnulla nostro consilio facta essent remedia, & meliusculè haberet, eius patres nobis præfatiuncula habita, ne amplius ad eam inuisendam accederemus, insignificârunt. Sed an avaritia combusti ignoro. **A V A R I T I A.** Ut enarras se res habet, & me instigante è domo protrusus es tu. **A M A T V S.** Fortè, quia me omnium maximè peccatorem noueris. **A V A R I T I A.** Absit, inmo quia te omnium medico

medicorum modestissimum & liberalissimum, & mihi contrarium nouerim, ut domo omni data opera excluderis, conatusum. Artem medicam liberaliter exerces, & nulla expectata mercede, ad ægros inuisendos alacriter accedis, Hippocratem fortè imitatus in suo Iureiurando, & epistola illa Senatui populòque Abderitano dicata: à quo hodierni medici longè distrahuntur, in quorum ore frequentes versiculi ij sunt,

*Exige, dum dolor est: nã postquã pœna recessit, Audebit sanus dicere, Multa dedi.*

**A M A T V S.** Ij doctrina tua imbuti necesse est, & illa carmina habeant, quæ in omni officina pro symbolo habentur, & ita leguntur,

*Medicis in morbis totus promittitur orbis:*

*Mox fugit à mente medicus morbo recedente.*

**A V A R I T I A.** Non hæc tantum tenaciter teneas, sed sæpe ægrotis hodiernis ea obiticias ac inculces, modò pecuniolas corrodere, aut aliquid extorquere ex eis velles, opus est. **A M A T V S.** In tam malè feriatis ægrotantes, ut tu impingis, mihi incidere nunquam (quod equidem meminerrim) hucusque contigit: tamen si orbis bonam partem perlostrauerim, & variarum gèrium animos dignouerim. **A V A R I T I A.** Mirum dixeris, si modò verum enarras: quum

hodie meis seminariis infecta omnia sint: ita vt nulli hodie extent Manlij, nulli Cornelij, aut Scipiones: qui vt curentur, tot eloquent festertia, & ita amplissimis muneribus medicos honestet. A M A T V S. Nos tenui ac nostra fortuna cōtenti euadimus: tamen non semper in Manlios, aut Honoriiū quarum Pontificem Max. aut Ludouicum vndecimum Galliarum Regem, incidimus. A V A R I T I A. Hoc vnum nosco, quod est apud Plutarchum libello de Bona valetudine, & ita habet, Verecundior si fueris, paupertatem turpiter patieris. A M A T V S. Hęc missa faciamus, & ad puellam, de qua sermo agitur, reuertamur: ad quam post nos alter ingressus est: sub cuius tyrannica potestate intra paucos dies obiit.

## S C H O L I A.

Tametsi ampla medicamentorum sylua dysentericis conuenientium comperiat: nos tamen hic ex eis nonnulla memoria euocabimus, vt lector ea in promptu habeat. Primò occurrunt ex eis purgantia: Deinde abstergentia, & lauantia: postea dolorem sedantia, & intestina contegentia, vltimò constringentia. Ex purgatorijs medicamentis dysentericis conuenientibus est rhabarbarum parum vstulatum: aut ex primo infuso distractum. & secundo infuso datum: myrobalanorum omne genus & thamarindi.

Abster

## Abstergentia, &amp; lauantia.

Aqua lactis, aqua mellis, aqua hordei, aqua decocti maluanisici, decoctum furfuris triticeae, ius ciccerum, decoctum guaiaci, vel rosatum colatitium, saccharum, & eis potentiora, lotium, lixiuium, muria piscium salforum, aut oliuarum colymbadum.

## Dolorem sedantia.

Dolorem sedantia, & intestina contegentia, ac humores obtudentia, sunt, Adeps caprinus, butyrum recens, album oui, vitellus oui, adeps porcinus, hircinus, gallinaceus, & asferinus, amyllum, tragacantha, gummi Arabicum, oleum rosaceum, cera alba, ceratum album, quod album Galeni appellamus vnguentum, & ex cera alba sepe elata, & oleo rosacco componitur: lac coctum, tragus. Et ex stupefacientibus dolorem sedantibus, semen hyoscyami, semen papaueris, opium, pilul. vde cynoglossa, philonium tantopere à Galeno & medicis decantatum, Athanasia: quorū pondus à drachma vna ad scrupula quatuor est: quae non nisi viribus valentibus propinanda sunt. Ex opio vero, & stuporem inducentibus, paratae glandes per inferiora, non nisi filo ligatae immittuntur.

## Constringentia.

Polygonium, id est corrigiola, vel sanguinaria, aut centumnodia dicta herba, gnaphalium, centunculus, vel tomentum dicta herba, herbarijs satis nota: rhus coriariorum, olim obsonijs deseruiens, nūc sumac dicta, praecipue eius semina rubra,

plantago tota, bursa pastoris, rosa rubra sicca, myrtus, thamarix, rubus, suberis cortex, mora acerba, semina vuae, glandium capita concava, quibus in Italia & vniuersa Graecia coriarij pro praeparandis pellibus vtuntur, lupathi semen, galla, malicorium aridum, rubi radix, symphyti id est maioris consolide radix, folia & semen balaustrum, equisetum, id est, cauda equina, hypocistis, folia salicis, althaeae radix, alcea, dicta Virgatica malua, summopere à multis Germanis laudata, praesertim pro dysenteria curanda, ladanum, acacia, coralli, rheon ponticum, hodie multis satis cognitum, coagulum leporis, sanguis draconis, thus, mastix, terra Lemnia, quae multis laudibus digna est, & hodie sub boli Armeni nomine adfertur, & in officinis venditur: carabe, succinum dictum: cydonia, pira agrestia, corna lapidosa, messila, oriza tosta, lentes cortice dempto bucoctae, cortices castanearum, cornu ceruinum restulatum, aqua pluuialis calybeata. Vinum nigrum, crassum, acerbum: saccharum rosatum antiquum. Ex quibus clysteres, inunctiones, vnguenta, emplastra, cataplasmata, fomenta, suffumigia, sacculi, potiones, boli, pilulae, & si qua sunt alia, parari possunt: quibus practicarum libri referti sunt. Adfertur tamen hodie ex India regione arboris cuiusdam liber, siue cortex, dysentericis vnicum subsidium: quem Indae incole sua voce Gargapaum vocant: & eum primò in Lusitaniam

sitianiam attulit doctor Barbofius, medicus longa experientia praeclitus.

*Curatio quinquagesimaquarta, in qua agitur de quodam hectico ad extremam maciem deueniente, qui postea sanitatem fuit adeptus.*

Ioannes Maria Marcantonius vir opulentus, natus annos quinque supra triginta, ita marcere, & tabe confectus erat, vt omnes eum medici pro hectico confirmato, multis iam tentatis pro eius recuperanda valetudine remediis, relinquerent. Qui, quum ad nos peruenisset, non quidem vt curaretur (id enim factu impossibile videbatur) sed vt suae, & amicorum opinioni satisfaceret. Is igitur Dei gratia, paucis machinamentis, intra sex mensium spatium, sanitati fuit restitutus. Sunt autem ea à nobis parata sequentia, Testudines nemorales accipies, quas Italia Galanas: Lusitania verò iuxta ac Hispania Tartarugas appellat: quas à testis suis denudabis, & optime eorum carnes lauabis: quas incoquendas in caldario aqua fontana pleno, & multo tritico referto curabis. Caeterum hoc triticum, ac carnes, & ius postea pullis gallinaceis edenda dabis: & eisdem eos saginabis.



Quibus pullis æget sæpe lacte apparatus vesatur: & aliis non vtatur carnibus. Item singulis diebus in aurora ieiuno stomacho libram vnã lactis asinæ recens emulsi cum pauco saccharo bibebat. Et exterius corpus humectantibus balneis irrigabatur, & oleo violaceo, & amygdalarum dulcium, mixtis inungebatur. Quibus crassus, & obesus, ac sanus intra sex menses (vt dixi) est redditus. At testudines in cibo omnino, velut altera similia abhorrebat: qua de causa ad pullorum prædictam faginationem deuenimus.

## S C H O L I A.

*Est autem (Galeno authore) libro de Tabe, cap. sexto, duplex ipsa extenuatorum affectio. Vna quidem, vbi is humor solidorum corporum perit, qui eorum proprium est alimentum: & præterea molliores carnes liquatae sunt. Altera verò, dum solidiora etiam corpora sunt exiccata: quæ vtiq; & prima, & similiaria appellant. Hæc igitur nequit curari: sicuti nec senectus. Altera verò prima, scilicet dicta, periculo quidem non caret, non tamen eo vsque, vt nullo modo curari possit: quemadmodum hæc de qua à nobis sermo agitur. Plura verò de hæctica, & marasmo legito tercia nostra Centuria: quam, Deo opt. Max. fauente, propediem in lucem mittemus.*

CURA

*Curatio quinquagesima quinta, in qua agitur de apparatus trochiscorum de viperæ theriacam adornantium.*

**M**Arsi homines viperarum venatores, quibus vipersas pro cõficiendis pastillis theriacis commendaueramus, vipersas non nisi media æstate Anconam portarunt. Præcesserat autem ver pluuiosum, & frigidum: qua de causa reptilia, non nisi æstate, venari potuerunt. Iubet autem Galenus veris tempore vipersas capi: vel saltem æstatis initio, pro prædictis cõficiendis pastillis. At quum ver pluuiosum, & frigidum (vt dixi) antecesserat, & eas venari, non nisi media æstate, fuit possibile, eisdẽ vii coacti sumus. A mari autem longè captæ fuerunt. vt Galen. suadet: nam quæ ad ripas maris versantur viperæ, salfulgine quadam præditæ, theriacam sitis conciliatricem maxime constant. Quo fit vt ab eis abstinendum iure Galenus suadeat. Exemplum est: quòd qui ab iis viperis, ad ripas maris agentibus, morfi fuerunt, siti ingentissima anhelantes interierunt. Ex Pineto autem Rauennate hæc adductæ sunt, promiscuè masculi & feminæ recens captæ, numero duodecim. Quas Albericus dexter pharmacopola, super tabulam interficiebat, vnicuique

caput & caudam acutissimis duobus cultris, quatuor digitorum quantitate & maiori precipitando: Quarum nonnullas foetas viperinis catulis ad exitum maturis, offendimus. Erant autem viperæ omnes hæc post obitum viuaces, & nobiles. Cupit verò Aetius pro iis theriacis concinnandis orbiculis foeminas viperas habere: quas foetas omnino detestatur Galenus libro primo de Antidotis, quia, ut tradit Aetius, seipfis prægnantes magis exasperatæ redduntur. Eis igitur interanea exempta sunt & pellis detracta. Quæ in longitudinem apertæ, & optimè aqua lotæ & albæ redditæ, in cacabo aqua pleno, adiecto virente anetho, ita incoctæ sunt quoad spinæ à carnibus separari videbantur. **HIERON.** Cur micam salis à Galeno desideratam, in hac coctura prætermisit? **AMAT.** Quia æstatis tempore viperæ captæ sunt, quarum caro tunc sitis efficax admodum est: unde à Galeno, citato loco traditum est. Iam verò salis iniici debet, siquidem conueniente tempore viperas ceperis, modicum: sin autem æstate, nihil. **HIERON.** Rectè sanè Galenū tenes: quem quoque aliquando viperis in æstate captis, pro orbiculis iis componendis vsum fuisse, creditu facile est: quum tunc temporis viperas absque sale incoquendas suadeat. **AMAT.**

Id

Id verisimile est, & eo magis, quia nonnulli (vt ille refert) media ætate viperas venandas esse contendebant: tamen eorum opinionem refellat. At quia non semper instituto tempore venari viperæ possunt, media ætate si habentur, ex eis pastilli rectè conficiuntur: modò nihil salis, aut panis saliti, aut fermentati, ut à nobis factum est, addatur. Viperas igitur optimè coctas ad prunarum ignem, ex lebete extraximus: quarum carnes ab spinis optimè purgatas mortario indidimus: quibus panis azymi biscocci tantum superaddi fecimus: quantum pro componenda materia, ut rectè ex ea pastilli formentur, visum fuit. Nam libello, de Theriaca ad Pamphilianum Galenus tantum panis nitidi arefacti admittit, quantum carniū viperæ par pondus est. Democritum fortè secutus, qui tantum panis quantum carnis pro iis orbiculis fingendis, adiungebat: ut meminit ipse libello, de Theriaca ad Pisonem. Criton tamen, ut idem Galenus meminit vltimis verbis de Theriaca ad Pamphilianum, carniū viperarum decem, vnciam vnam panis siliginei, id est, ex farinae flore parati, admiscendam censet. Porrò libro primo de Antidotis Galenus, ubi de hac re peramplè loquitur, inquit, Nonnulli dimidiam

ponderis partem ex pane iniiciunt: nonnulli verò tertiam. Ego etiam quartam, quintamque nonnunquam indidi. Quum igitur Galenum nos hac in re varium contempleremur, diligenti pharmacopola commisimus, tantum biscocti panis misceret, quantum pro formandis pastillis sat esset: qui, vt mihi quærenti postea exposuit, panis tertiam partem ad summum, carnis pro conficiendis pastillis admiscuit: vt et carniū pondere aqua lance factō deprehendebat: in qua carniū cum pane mixtione, iuris, siue ex viperis decocti paululum miscuerat: tamen Galenus hoc non admodum laudet, dicens, Qui ante me Cæsari antidotum præparabant, viperarum decocto ipsum irrigabant. At ego longo tempore id factitabam: verum postea melius esse existimaui, panem in leuorem detritum, ita viperarum carni diligenter prius contritæ, permiscere: citius enim hoc præcocto orbiculi siccescunt, arido pane, non humido illis admixto. Hactenus Gale. Ex hac igitur optimè efformata massa, trochisci admodum subtiles & parui sunt compositi, quos opobalsamo ex Peru, terra superioribus annis nouiter reperta aduecto inunctos, vt suadet Galenus, in vmbra exiccati fecimus, ita tamen vt singulis diebus con-

pharmacopola bis & ter verteret: ne alteratorum parte exiccata, altera humidior maneret, putredini obnoxia. Continuo igitur ad quindecim dies vertebantur, qui optimè siccati vitreo in vase sunt repositi, & asseruati. Perdurant autem ij ad quatuor vsque annos, & amplius: qui theriacales sunt, & ab eis theriaca nomen contraxit, vt in Scholiis patebit. Valent autem trochisci ij potissimum elephantiasis, & aliis variis affectionibus: de quibus, quum dabitur occasio, loquemur.

## S C H O L I A.

Vocantur pastilli ij de vipera, siue orbiculi theriaci, aut potius trochisci de tyro: vnde qui in trochiscos de vipera & trochiscos de tyro differentiam facere contendunt, omnino hallucinant. Ex iis autem receptarum quidam sunt luminarios æquales, quos cum sua inscitia dimittere satius est. Est autem *διότιον* Græcis idem quod Romanis fera, siue reptilium omne genus: vnde à vipera, quia fera & therio dicta, Theriaca antidotus appellatur: non verò à tyro animali particulariter dicto. Vocat autē Arabes tyrū, viperā, vt ex Serapione facile quis comprehendere poterit: quū quædam Græci tribuunt, ille suo tyro conscripsit. Multi tamē tyrū à vipera diuersum animal, & in Ægypto repertū credentes, trochiscos de vipera diuersos

ue sos à trochiscis de tyro faciunt, quū tamen tyris apud Arabes, & vipera Latinis, idem sit, ut latius Leonicens in Plinij, & medicorum erratum primò aperuit: & post eum Manardus Ferraviensis, ac Leonardus Fuchsius Germanus. Ceterum theriaces apparatus, breui quum omnia ad manum fuerint, & eam preparauerimus, describemus. Curamus autem nos singula simplicia eam adornantia vel ex finibus orbis, nullis parcenti sumptibus selecta habere.

*Curatio LVI. in qua agitur de liēterias*

**D**ominicus Margaretus, nobilis Anconitanus, senio cōfectus quum per plures dies semicrudum cibum per secessum emitteret, & multa illum præsidia tentata non iuissent, hoc electuario ultimo refectus fuit, & sanitatem obrinuit. Recip. Sacchari rosati Neapolitani antiqui, ꝑnc. sex theriaces optimæ drac. sex. cum miua cydoniorum completa, q. suff. misce, fiat conditum: cuius semunciam singulis auroris ieiuno stomacho capiat, & nihil desup bibat.

*Curatio LVII. in qua agitur de pueri  
ro mania correpto.*

**P**uer Hebræus annos natus sedecim, temperatura biliosa ad atram inclinante, per Italiam canicula vigente thura vendebat:

debat: qui quum noctu viuum se sepelire somniaret, sequenti die à cibis abstinuit, ieiunium Hebræorum more celebrando, in quo & per torridum solem iter faciebat. Ex cuius vstione ac inedia exassati humores caput obrepserunt, & puerum insanum reddiderunt. Nam ad diuersorium, quum puer is peruenisset, ex puteo aquam hauriebat, & subuculam, qua induebatur, lauare nitebatur: quem quum mulieres increparent, quadrantes ex crumena exorsit, & in puteo eiecit. Quo facto, hunc delirantem mulieres iudicauerunt, & eum in cubiculum subduxerunt: sed postea Bononiā transmiserunt. Vbi à medicis vtriusque gubernatum, illico paucis intermedium diebus Anconam amandauerunt. Ad quem accedens ipse, omnia (ut decet) ab assistentibus inquirō. Et hunc primò inania affici, & postea interposito vno vel altero die, febris vexari deprehendi: qua & tunc corripitur, tertiana scilicet duplici, raro solita deficere. Cui memoria parum est, cæteris omnino corruptis duabus potentis, scilicet imaginatrice; & ratiocinatrice. Huic igitur remedia conuenientia subbiturus, primò sanguinem ex capite vena cephalica dicta extrahere facio, cuius missione quum præsens essem, nec cum

eum admodum atrum & crassum, imò opimæ consistentiæ, & coloris rubri viderem: tribus effluxis vnciis, vulnus occludere feci. Et illico hunc ebibit syrupum, Recipe Syrupi de boragine, de violis, nenupharini, ana vnciam mediam: aquarum lactucæ, violarum, endiuicæ, ana vnciam vnam, misce, quem in aurora, & vesperi singulis sequentibus diebus capiat: noctu verò caput hac embrocha irrigatur, quæ habet, R. Foliorum lactucæ, endiuicæ, boraginis, hyoscyami, violarum, senæ, ana manipulum & calycum papaueris nigri cum suo semine, numero 12. florum boraginis nenupharis, violarum, buglossæ, rosarum, ana pug. i. in libris quindecim aquæ fiat decoctio sufficiens: facta colatura, adde olei violacei, rosacei añ. vnc. 3. misce, quo infuso per dimidiam horam caput irrigetur, ac absterse, iterum, frons, nasus, & brachialia populeo inungantur, ad somnum conciliandum, & malam calidam & siccam intemperie emendandam. Dein verò cucurbitulæ sparulæ cum scarificatione admotæ sunt, veluti fistulæ, retractiones, ac deriuationes: quibus & hirudines ano admotæ fuerunt: quibus omnibus melius habere cœpit. Nam & hunc morem sæpe per leuiora quædam pharmaca euacuabamus, veluti syrupum rosarum

sola

solutiuum, decoctum senæ, diacatholicum, diafenæ, & similia, porrò conditum quo semper interdium utebatur, tale habetur, R. conferuæ violarum, de boragine, de buglossa ana vnciam vnam, conferuæ florum nenupharis vnc. 2. pulueris senæ vnciam semis. Cum syrupo de pomis q. suff. misce, fiat mixtura, & auri folio inauretur. Is enim intra quinque dies resipuit, & ab infania euasit. Febris tamen eo dicto modo horrida singulis diebus eum inuadebat. Fuerunt autem omnes dies infaniæ viginti quinque. At febris relicta, vt biliota tractata fuit: quæ fluxu ventris superueniente soluta fuit.

## S C H O L I A.

Cum irrigationes capiti machinabatur, contendebat quidam medicus ex assistentibus, decoctio olea non esse admiscenda, sed longè melius fore, si post embrochas ex decocto tantum factas, olea capiti per se applicarentur. Sed is, mea sententia, omnino extra Galeni mentem loquebatur: quum fundamentum, siue irrigatio ex oleo aquis mixto, hydroleo dicto magis humectet, quàm per se oleum, aut aqua sola admotæ: vt huius rei est author Galenus lib. 2. de Facul. simpl. med. cap. 25. quia sic mixtum magis heret quàm per se solum applicatum. Ceterum cui capitis parti remedia sunt applicanda, si recolo, prima harum medicinalium curationum Centuria diximus. sed & nunc euidetioris doctrinæ gratia,

gratia, ex Galeno nonnulla subiungam, quae apud illum lib. 13. Methodi med. leguntur. & ita habet, In presenti eam, quae à partibus sumpta est, indicationem, propositum est persequi, veluti statim in his, quae ad caput pertinent, & si non aliud, saltem illud nosse cuius est promptum, obiecta nobis ante cerebrum esse crassam membranam, quae costis istis externis sit assimilis: post hanc etiam cranium. Itaque resolui in defis obicibus & duris, praesidio- rum, quae imponuntur, vim est necesse: ac nisi futu- ras in capitis osse natura ipsa fuisset molita, nihil ad id estimandum efficeret pharmacum vllum, ex- trinsecus impositum. Sed quoniam etiam future, & in his praecipue coronaria, non solum impositi medicamenti qualitates, sed etiam substantiam, si tenuis est, facile intrò transmittit: merito multa circa cerebrum vitia ab extrinsecus applicato- rum remedium facultate iuuantur. Ipse enim in me ipso expertus memini, quum insunderetur rosa- ceum frigidum, citissime clarissimeque sensisse me in sincipitis loco eius intrò penetrationem. Et sub- dit, Merito igitur ad hanc coronariam suturam applicant omnes medici capiti insusiones: videlicet accepta quasi per manus à primis inuentoribus ratione, ad id opus venientes, &c.

*Curatio LVIII. in qua agitur de pu- ro continuo febriente, qui sola sura- rum scarificatione sanus euasit.*

Filius

Filius Barbofij natus annos nouè, quum febris còtinua corripereetur, & inter me- dicos consultum esset pro eius salute de sanguinis missione, primò à surarum scarifi- catione còceptum fuit: quae vel tantum illi- co sanus est factus.

SCHOLIA.

Quantum crurum, & brachiorum scarificatio salubris sit euacuatio, hodie à medicis Italiae, & Germaniae, Galliae praetermissa, prima harum medicinalium curationum Centuria diximus; ad cuius lectionem lectorem remittimus.

*Curatio quinquagesimanona, in qua agitur de vtero gerente muliere dolore affecta.*

Vxor cuiusdam conarij vtero gerebat, caput dolebat, febricitabat, spatula- rum grauedinem per sentiebat, ac de lateris sinistri dolore querebatur. Huic optima vi- ctus ratione instituta, ad frigidum inclinan- te, cucurbitulas, spatulis, cum scarificatione ad mouere iussimus. Postea verò ex melilo- to lateri dolenti ceratum admouimus. At- que Syrupi vice aquam hordeaceam Iulepo vio- laceo exceptam, in aurora, ieiuno stoma- cho, dabamus: & intra sex dies sanitatem obtinuit.

*Curatio sexagesima, in qua agitur de quodam, qui panis, siue bubonibus circa inguina corripiebatur.*

**F**ilius Vincentij coriarij, qui apud fanum Diui Nicolai habitat, quum apud mulierem Gallica scabie scædatam, per dies aliquot moraretur, duobus bubonibus circa inguina correptus fuit. Dicuntur autem bulones ij Græcis phymata, Latini oribus verò pani. Nam natura emunctoria siue adenes in corpore, tanquam loca ignobilia, & superfluitatum receptacula, disposuit, ut capiti pone aures, collum membris spiritualibus, alas sub brachiis: naturalibus verò, inguina. Quum igitur caput afficitur & potens est materiam mittere pone aures, dicato sibi emunctorio conatur: loco ubi tubercula parotides fiunt. Quum verò spiritualia membra ad alas. At quia plerumque pestis cor & membra spiritualia inuadit: bubones pestis tempore sæpe in alis apparent. Porro iecore infecto & naturalibus membris (prout à morbo Gallico infici continuo solent) bubones Inguinibus dicti pani nasci solent: ut huic iuueni contigit, annos nato viginti. Cæterum bubones ij, tametsi ab omni possunt gigni humore, potissimum tamen ab atra bile & pituita fiunt.

fiunt. Circa quorum curationem, optima prius victus ratione instituta, emplastrum, quod aiunt maturans, ut illis apponeretur, descripsimus, quod habet, R. Maluæ, brachæ vrsinæ, althææ chamæmeli an. m. i. radicum althææ fac. 2. caricarum num. 12. In aqua fiat decoctio, & colatura: postea verò in mortario omnia optimè pistentur: quibus adde farinæ chamæmeli, scœnugræci, seminis lini, an. vnc. 2. vitelli oui nu. 3. croci drach. 1. arunginæ porcinae libram mediam, olei lilini vnc. 3. Et cum prædicto decocto formetur emplastrum, & à chirurgo, ut decet, adponatur. At à sanguinis missione abstinuimus, quia multum eius per nares effluerat. Sed quod maxime in hac re aduertere decet, est: quòd dum bubones ij integri & non aperti erant, à corporis purgatione vniuersali abstinuimus: Syrupos tamen alacriter illi concessimus, qui habent: Recip. Syrupi de fumo terre vnciam vnam, de epithymo vnc. 6. decocti senæ vncias 4. Misce, fiat syrupus. Què ieiuno stomacho bibat, & eum assidue, quoad bubones aperti sint. Quum verò ad suppurationem peruenierunt, & pus ex illis per emissarium factum effluere cœperit: tunc pharmacum illi porreximus: & bubones adaptos per

duos menses sic persistere fecimus. Scabie enim scatebat, & ex capite capilli decidebant. Tunc verò iterata euacuatione per catapotia ex nitro inungi quinquies eum fecimus, vngueto à nobis descripto curat. 74. primæ Centuriæ, mutatis tamen nonnullis pro temporis, ætatis, & temperaturæ ratione: quo optimè sudauit: & post quintū diem multa per os eiecit & tandem proximis viginti diebus sanitati fuit restitutus.

## S C H O L I A.

*Phymatis nomen æquiuocum esse abas diximus. Sed nunc phymata, panos esse inguinibus adnatos tumores firmamus: nec enim ignoramus φύγηλα à nonnullis panos appellari. Sunt quippe φύματα inflammationes erysipelatodes, vel erysipelas cum inflammatione: quæ plerunque inguinibus nascuntur, panis Romani dicti: quos Hispani incordios aut mulus, Itali verò tinconas vel Romana seruata voce, panochas, à panis appellant. Errant qui apud C. Celsum panes pro panis legunt: quum panis tumores dicti vocentur, & quæ temporibus morbi Gallici præsignia sint. Ceterum Galenus libro octauo de Placitū Hippocratis & Platonis per φύματα, virgæ vlcuscula intelligitur parum alioqui interprete aduertente. Ut iure dicendum sit phymatis & phygethli nomina latè pertinerent: ita vt per ea omne genus tumorum, & tuberculorum, intelligi ab re non sit.*

Curatio

*Curatio sexagesimæ primæ, in qua agitur de vlcerebus renibus firmatis.*

**L**euiori nephritide corripiebatur apud Anglos Altaraius vir probus, triginta natus annos. Qui lucri gratia, quum Græciam, nunc Turchiam dictam, intrasset, & Anconam se recepisset, ob labores habitos, auctus est morbus, & sanguis illi per intergrum annum cum vrina effluxit. Cui malo nunquam curationem aliquam molitus fuit, aut præsidium adhibuit. Cessante verò sanguinis fluxione, lotium crassum, sabulosum, purulentum emittere cœpit: cum quo & obtusum quendam dolorem circa renum regionem per sentiebat. Elapso verò nonnullo tempore difficulter is vrinam minere cœpit. Sed postea succedente adhuc morbo, inter anum, & testiculos, huic oborta est inflammatio, siue apostema tactu molle vrinæ eiaculationem omnino impediens. Sed non ob hæc febricitabat: grauius tamen angebatur. Et merito sanè: quia morbus periculum minabatur. Immisso igitur cathetere nihil profuit: quum tamen aliis profuisse videramus. Et ea de causa concessio purgatorio medicamento hoc, ad topica condescendimus auxilia. Habet autem pharmacum sic,

Q 3



R. Syrupi rosati solutiui, vnc. 3. decoctionis  
senæ cum glycyrrhiza, & fructu hali-  
cabi, Alcachengios Arabes dicunt, appa-  
rata, vnc. 4. diabeneditæ drach. 3. misce, & iei-  
no stomacho bibat, & parum si voluerit,  
desuper dormiat: quo optimè egressit.

*Topicum medicamentum.*

Recipe Axungia gallinæ parum, desu-  
per ponatur.

*Aliud,*

Recipe Chamæmeli, malux, maluanisci,  
an. m. i. in aqua sufficienti fiat decoctio, fa-  
cta colatura, in mortario prædicta trituren-  
tur, quibus adde farinæ chamæmeli, faba-  
rum, hordei, an. pug. i. & cum prædicto de-  
cocto, quantum suffecerit, fiat emplastrum,  
& in lino panno admoueat, & ligatura  
optimè adaptata, pro loci ratione ligetur.  
At interim dum hæc fiebant, syropos seque-  
tes ebibeat,

R. Syrupi capillorum Veneris, liquiritis,  
de absinthio, an. vnc. s. aquarū Alcachengi,  
absinthij, an. vnc. i. & s. misce. Postea verò  
iterum ex pharmaco ab excrementis alle-  
uiata aluo, inflammatio ad suppurationem  
vtrunque peruenit: cuius pus contentum  
ne vesicæ collum roderet, illico de illius  
extractione solliciti fuimus. Sed an cau-

dente ferramento, vel frigido incisorio, in-  
dubium vertebatur: demum hinc inde pro-  
ratione, adducto cauterio ignito apostema  
aperitum fuit: quod fortè contra rationem  
pro loci positura factum haberetur. Sed vt  
postea experientia deprehensum est, perin-  
de fuit vt paulò postea dicemus. Nam per  
prædictam incisionem vrina emittebatur:  
circa quam plura alia foramina sua sponte  
aperta sunt: per quæ omnia vrina quoque  
expellebatur, & illa quidem sanè infecta,  
sabulosa, subalbida, & interdum ad nigri-  
tiem declinās. Erant verò inferiora illa ad-  
eò flaccida, & corruptione infecta, vt ea  
ad consolidationem trahere impossibile vi-  
debat: per dictam tamen incisionem, sy-  
ringe eiicatoria, medicamenta absterge-  
di & vlcera exiccandi vires habentia emit-  
tebatur. Per quod & tuberculū altero testi-  
culo insitum, prædurum, & contumax, disso-  
lutum fuit. Nec enim vnquam mihi animus  
fuit prædicta ad cicatricem trahere forami-  
na: quia timor erat, si occluderentur fora-  
mina ipsa & via lotio crasso & sabuloso in-  
terciperetur, quòd vlcera maligniora fieret  
& per consequens ipsum in obitum traher-  
et. Cæterum quum is per longum tempus  
sine affectu maneret, Ferrariam se contu-  
lit, vbi medicorum consilio ad balneas

calderias, postea ad lucenses ferreas iuib.  
 Vbi ipsarum medicatarum aquarum potu,  
 urinae clariores, & limpidiores euaserunt.  
 Sed octo interpositis diebus ad consuetam  
 crassitiem & malignitatem sunt reddita:  
 Unde iudicatum fuit, vlcera renibus sub-  
 stantiae sordida infixae esse, quae confirmata  
 practici vocant. Contra quae Ferrarienses  
 medici multa machinati sunt, sed frustra.  
 Qua de causa Anconam rediit: vbi ab epo-  
 to guaiaci decocto paulatim marcote infe-  
 ctus, fluxu ventris superueniente obiit.

*Curatio sexagesima secunda, in qua a-  
 gitur de nonnullis, qui ob potum  
 frigidum mortui sunt.*

**E**legans, & optimae staturae iuuenis Ro-  
 manus, quum pila luderet, & sudore  
 respersus ac totus madidus, & fatigatus ad  
 puteum pro siti arcenda venisset; exhausta  
 frigida recens per caldarium extracta, illi-  
 co in terram cecidit, & obiit. Alterum noui-  
 mus ex iis qui in campo negotiantur: qui  
 quum non minus corporis totius adaper-  
 tis poris, madidus, domum reuenteretur,  
 cyathum frigidioris aquae ebibit: & mor-  
 tuis quoque fuit. Sed alterum vidimus, qui  
 quum domum peruenit, vigente magno  
 aestu,

aestu, cellam vinariam ingressus fuit, & cali-  
 tem meracioris vini frigidi exhaustit, & exa-  
 nimatus cecidit, & vitam cum morte com-  
 mutauit.

*Curatio sexagesima tertia, in qua a-  
 gitur de vltimo iam in morbis re-  
 frigeratis.*

**P**ulsibus iam destitutis & frigidis factis,  
 ad quos diuertimus, aegrotantibus sin-  
 done calfacta eos obuolui iubemus, & vi-  
 tellos ouorum, cum pauco vino generoso,  
 deglutiendos damus: quorum nonnulli  
 euadunt. Sed iis & similibus, qui acutissi-  
 mis & malignioribus febribus corripuntur  
 & secum pulicare accidens trahunt, bo-  
 lum Armenam Orientalem, quam terram  
 Leniam veram alias diximus, cum optimo  
 vino & aqua rosacea vel carniuum succo,  
 aut huiusmodi alio liquore mixtam bibe-  
 ram dabamus: & efficax remedium esse  
 plerumque experti sumus.

*Curatio sexagesima quarta, in qua a-  
 gitur de iuvene mania affecto.*

**R**aphaelis frater, iuuenis robustus,  
 quum apud Ariminenses ageret, febri  
 correptus fuit vbi a medicis vtcunque gu-

bernatus Anconam vectus est, vbi quum à medicis tractaretur, eo die quo pharmacum purgatorium ebibit, in maniam devenit. Ad quem sequenti die vocatus ipse, paucis adhibitis, febris manente mania, deposita est. Pro qua leuanda mania, sic orsi sumus, Recip. Syrupi de pomis saporis vnc. i. de epithymo, de fumo terræ, an. vnc. s. aquarum boraginis, melissæ: de fumo terræ an. vnc. i. Misce, & clarificatur, & cum speciebus lætificantis Almanforis aromatizetur. At interea dum syrupos ebibebat, venis hæmorrhoidalibus sanguisugas duas, eo modo à nobis sæpe dicto & vsitato, admouere fecimus: & optimis cibariis illum tractabamus. Post quorum amplam ebibitionem, pharmacum purgatorium sequens illi obtulimus, Recip. Syrupi rosati solutiui, vnc. i. 3. confectionis de senæ, drach. 3. electuarij de psyllio drach. 2. decocti senæ cõpleti cum paucis myrobalanis Indicis compositi vncias tres, misce, fiat pharmacum, quod in aurora ebibat, & desuper per horam dormiat. Quo multa biliosa, subnigra egressit & meliusculè habere cœpit. Nam tunc de brachiorum & humerorum dolore aliquantulū cõquestus est: ob quem cucurbitulas scapulis cum scarificatione admouere iussi, numero quatuor: per quas san-

guis

guis pro loci ratione abundè fuit extractus, & humorum euadens facta retractio. Quibus vanæ imaginationes imminui cœperunt, & iam resipiscere videbatur: & eo magis, quia antea semper irrigationibus caput fouebatur, & ille electuariis ac cõseruis resciebatur. Sic autem habent irrigationes, Recip. Foliorum senæ, folliculorū senæ, chamæmeli, maluarum, menthæ siccæ, melissæ, ana m. i. florum boraginis, buglossi, violarum, rosarum, verbasci, ana pugil. i. hordei mundi pug. i. & semis. In libris quindecim aquæ fontanæ fiat decoctio sufficiens, & colaturæ adde olei chamæmelini, rosarum ana libram mediã, misce, & fiat ex alto cum spongia embrocha mane, & vesperi. Sed electuaria quibus vtebatur, talia habentur, Recip. Cõseruæ de boragine, de buglossio, ana vncias tres, de floribus arancij vncias duas, fragmentorum pretiosorum, drach. i. margaritarum, corallorū rub. præ. an. scrup. vnum, cum syrupo de pomis quantum sufficit, misce, & fiat mixtura, & cum folio auri inauretur, de qua ad placitum pitisset, & sequentes aquas desuper gustet, Recip. Aquarum boraginis, buglossæ, melissæ, ana libram s. Misce. Nam & parum vini optimi parum diluti interdum, illi concedebamus. Eis autem prædictis iteratis, ac nonnullis alijs

aliis de nouo adhibitis, is ad sanitatem intra mensem restitutus fuit. Porro Florentinus miles veteranus, quem ad nos infanum ferreis catenis ligatum attulerunt, uerè melancholicus erat: cuius per duos menses curam habuimus: sed absque successu foelici. Et ea de causa in patriam eum reduci fecimus, ubi intra sex menses ex integro illi intellectus restitutus fuit. Delectabatur autem is cantilenis, & mimis rerum ridicularum. Cæterum plura huic rei facientia lege apud Rasim libro nono ad regem Almanforem, capite de Melancholia: cui viro (mea sententia) in curandi arte præ cæteris Mauritanis fides præstanda est, tantum enim semper ad Galeni & Græcorum mentem loquitur.

*Curatio sexagesima quinta, in qua agitur de puero, qui epoto arsenico, post elapsum annum obiit.*

**F**Amulus Arubas, de quo prima Centuria sermonē fecimus, unā cū herō & domina ac eorū filiis arsenicum pullis per famulam clam inspersum gustauit, qui inde paulatim tabificus ac marcidus factus, intra annū obiit. Erat autē famulus hic puer duodecim tantum natus annos. Nā & prædicti Arubas filiola: quæ quoq; pullorū sic arsenico

senico infectorum carnes gustauerat; hodie imbecillis est reddita, quam famuli, immo uniuersæ carnis uiam insequi breuiter credendum quoque est.

SCHOLIA.

*Reperiri venena, que intra annum, aut (ut dicitur) ad determinatum tempus interficiant, fabulosum non est. Sunt quippe venena, que intra mensem opus suum faciunt, alia citius, alia tardius, pro subiecti ratione: de quibus subticere satius est.*

*Curatio sexagesima sexta, in qua agitur de Melancholia morbo.*

**P**etrus Treuisanus, apud Anconitanos procurator, vir tres supra triginta natus annos, melancholia morbo laborabat. Næm mentis alienationem, seu absque febre desipientiam patiebatur, quæ à sanguine, melancholico uniuersum corpus, cum cerebrum læsione, inficiente eueniebat. Cui occurrens ipse, primò anō hirudines duas admouere feci: quas facillimè cuius corporis partem culæ hætere facies, si modò eam animalculi alicuius sanguine inunxeris, vel melius, si mulieris, vel quadrupedis lacte locum irroraueris. Tam enim animal hoc sanguinis & lactis auidum est. Cæterum, sanguinis tantum fuit extractum, quoad sanguis

fuge sua sponte ceciderunt: & sanguis absq;  
 adminiculo, & constrictione aliqua restri-  
 ctus fuit, quæ sanè euacuatio primatum in  
 melancholiæ curatione obtinet, vt sæpe te-  
 statur Hippoc. libris Aphorif. & sexto de  
 Morbis popularibus, cui postea omnes medi-  
 ci facile subscriperunt. Ab hac verò eua-  
 cuatione proposita victus optima ratione,  
 præsertim cibariorū boni succi & humectā-  
 tium, leue hoc pharmacum propinauimus,  
 Recip. Syrupi de epithy. vnc. 2. Syrupi rosati  
 solutiui vnc. 1. confectionis senæ drach. 2.  
 diaphœniconis drach. 1. decocti senæ vnc. 3.  
 Misce, fiat potus, quem per duas horas ante  
 cibum capiat: post verò hæc prædictam mi-  
 norationem iis vsus fuit Syrupis, Recip. Sy-  
 rupi de epithymo, de pomis saporis, ana  
 vnciam vnam, decocti senæ vncias tres: mi-  
 sce, Elapsis verò octo diebus ægrium cata-  
 potis à Rasi libro nono ad regem Alman-  
 sorem de scriptis, capite de Melancholia, pur-  
 gantibus, quorum descriptio ita legitur,  
 Recip. Epithymi Cretensis, drachmas vigin-  
 ti, polypodij, agarici, vtriusq; drachmas de-  
 cem, ellebori nigri, sacchari ana drach. 5.  
 stœchados drach. septem, pulueris hierę pi-  
 cræ drac. 1. f. Misce, vt expe dit formetur mola  
 sa, & ex ea fingantur cōtapotia: quorum ad  
 diachmas tres pro virium ratione offeruntur

tur. Nos verò scrupulos quatuor, adiectis  
 diagridij granis tribus, ægroto nostro opti-  
 mo successu dedimus. Sed interea dum hæc  
 moliebantur, balneis ex aqua potabili cum  
 arietum pinguium capitibus discocta lau-  
 batur, quibus oleum sesaminum, & chama-  
 melinum adiiciebamus: imò interdum fo-  
 lia senæ & fumariâ herbam adiiciebamus:  
 non minus quoque condita cordialia, con-  
 tra atram bilem facientia huic dabamus, vt  
 saccharum boraginatam, huglossatum, arz-  
 ciatum. Et ex electuariis offerebantur dia-  
 moschus dulcis, diambra, pliris sarcoticon,  
 lætificans Galeni, lætificans Almanforis,  
 fragmenta lapillorum preciosorum, marga-  
 ritæ, & cætera, à quibus senæ puluis, nun-  
 quam eliminandus est. Quibus addere est,  
 quòd somnus vicè procurabatur: & res-  
 illi obiciebantur, quibus maximè exhila-  
 rabatur. At quum per mentem hæc concessa  
 fuerint, & alienis suis cogitationibus per-  
 seueraret: temporis spatium iuxta Rasis do-  
 sumentum, interposuimus: in quo à me-  
 dicamentorum exhibitione abstinuimus, vt  
 ægotantis vires interim rescicerentur. Sed  
 octo interiectis diebus, ad medicamentorum  
 propinationem reuersi sumus. Et pri-  
 mo ad Syrupum de elleboro, ex descriptio-  
 ne nostra, maniacis & melancholia affectis  
 salub

saluberrimus: cuius descriptio talis est, Recip. Elebori nigri vnc. s. succi pomorū dulcium vnc. decē, radicū boraginis, radicū buglossi, polypodij quercini optimi, epithymi, folliculorum senæ, ana vnc. i. foliorum senæ, chamæpyteos, stœchados ana drach. sex, florum boraginis, buglossi, fumariz, ana pug. 2. lupulorum, capillorum Veneris, fumiterræ, siue fumariz herbæ, eupatorij veri hodie agrimonij dicti, chamædreos, ana m. i. schinanti vnc. s. Omnia secundum artem tractentur, & in aqua fiat decoctio, quousque maneant libræ duæ. Et colatura manenti adde pomorum succum prædictum, sacchari albi libras duas, & fiat syrupus. Cuius mensura ita habetur. Recip. prædicti syrupi, id est syrupi de elleboro vncias duas, aquarum boraginis, melissæ, aranciorum, ana vnciam vnā, misce. At quia sæpe stillatitiæ aquæ hæc stomacho aduersantur, ea de causa vice aquarum herbarum decoctum iniiciebamus, immo decoctis ipsi ad rem facientibus syruporum vniuersæ vtebamur: & quando hæc quoque odiosa egrotanti veniebant, conseruas & electæria melancholicis, opitulanti concedebamus. Sed post aliquot dies ad pilulas descendimus. Quibus, & citatis in hoc tenent morbo. Quibus, & citatis in hoc tenent morbo.

petit

petitis, ac embrochis capiti sæpe adhibitis, intra duos menses paulatim sanitatem fuit adeptus.

*Curatio sexagesima septima, in qua agitur de Mania ob oclusum vlcus eueniente.*

**V**Ir qui vlcus antiquum in brachio habebat, ad nos venit præsidium quaerens, ne sic fœdatus semper incederet. Cui quum vnguentum hoc illi insinuarem, & vlceri applicuisset, intra paucos dies vlcus sanatum est factum. Sed paucis interpositis diebus, is in maniam incidit. Quorum parentes, quum postea ad me redirent, & hunc insaniam significarent: iussi, vlcus de nouo aperiretur, quo aperto insania euauit, & pristinae sanitati, Dei nutu, eum reddidimus. Erat autem vnguentum, quo clausum fuit vlcus sequens, Recip. Vnguenti de lithargyrio vnciam vnā, de plumbo vncias duas, de tutia drachmā vnā & l. terebinthinę optimæ vnc. s. Misce, & in mortario plumbeo omnia tractentur, & fiat vnguentum.

## S C H O L I A.

Qui rerum medicarum contemplationi sunt dedicati, & Hippocratem medicorum appellare vult, vel inuicem constricti sunt. Ita enim eius

dogmata, axiomata, documenta, ac doctrina veritati consona videntur, ut ex tripode quodam auro ea deprompta esse non sit desiteri. Quæ vel citandus verbi è libro sexto de Morbis popularibus quisque contumacissimus fateri debet. Scribit autem Hippocrates citato loco, si atra bilis animum infecerit, id est temperaturam, siue cerebri complexionem contaminauerit, tunc atrabiliaris melancholicus dictus fiet. Si verò prædicta atra bilis cerebri corpus occupauerit, & eius meatus ut cunque ocluserit, tunc atrabiliaris comitiali morbo afficietur. Ita enim eius habentur verba: Atrabiliarij etiam comitiali morbo corripuntur plerumque solent: & vicissim comitiales fieri solent atrabiliarij. Vterque verò morbus magis fit, prout ad alteram partem inclinauerit. Siquidem enim ad corpus inclinauerit, comitiales fiunt. Si vero ad animum atrabiliarij melancholicus dicitur. Hæc ille. At æger noster, quia atra bilis eius cerebri temperaturam, quam animum Hippocrates appellat, infecit, & in eum inclinauit, melancholicus factus est.

*Curatio sexagesimo octaua, in qua agitur de Ephemera febre, cum maxima vrinæ excretionem emittente.*

**R** Euerendus frater Hieronymus de monte Politiano, ex ordine prædicatorio, Theolog

Theologus insignis, natus annos duos supra septuaginta, & optimæ temperaturæ vir, elapso anno, quum Ephemera febre corripere, per totum diem & noctem multum vrinæ excreuit. At febre nullis adhibitis remediis, elapsa, humor biliosus ad crus sinistrum corruit, ex quo erysipelas phlegmonosum ortum fuit. Quod per tres menses, fortè medicorum negligentia, dolores & grauias inferendo symptomata perdurauit. Nunc verò simili ephamera correptus est, non nisi cum copiosissimæ vrinæ solita excretionem: ut criticam quandam euacuationem à natura factam hæc quis dicere potest, à qua prædictum crus dolere cœpit, & solito erysipelate tentari. Quem cum sic affici videmus, illico nulla interposita mora, medicamentum bilis purgatorium illi cōcessimus, quo multa expurgauit, & ita contulit, ut ex toto erysipelas breui euanidum fuit, & ille sanitati restitutus. Sequenti verò die purgationis, vrinam adeò nigram eminxit, ut atramentum eam quis putaret.

## S C H O L I A.

Topica medicamenta erysipelati admota, non nisi corpore vniuerso à bile optimè expurgato, suam conferre operationem, vel ex Galeni historiam manifestum euadit. In qua de illustri Romana muliere herpete affecta loquitur: quam postquam à

bilioſo humore; vel inuite purgavit, ad ſanitatē eam reduxit Galenus. Nam aliter in longius tempus morbus paratus erat protrahi: vt apud eum libro decimoquarto Methodi medendi, capite decimoſeptimo legitur. Ob inſcitiam igitur medicorum, qui elapſo anno Reuerendi huius patris curam habuerunt; & pharmacum tandiu poſtpoſuerunt, illi morbus ita prorogatus fuit, & cura ad tres meſes protracta. Nunc vero, quia illico bilis, morbi fomentum, per pharmacum depoſita, fuit; omniſtatim cum ea amotus eſt langor, & ille ſanus factus eſt.

*Curatio ſexageſimanona, in qua agitur de puero deuorante numiſma quoddam æneum.*

**D**euorauit æneum quoddam numiſma, ex eius genere, quo ſenes pro computis ſuis obeundis vtuntur; puer octo natus annos, & filius illius, qui ex oneraria & potenti naui in mare cecidit; quum ex Syria Veſerias nauigaret: Qui puer nulla percepta noxa, gracilis redditus, poſt elapſum annum, numiſma prædictum cum excrementis egeſſit: exiguum tamen, & ita à calido naturali conſumptum, vt omnibus admirationi eſſet.

SCHOLIA.

Puerorum calorem copioſum & validum eſſe.

vt hæc & ſimilia efficere poſſit, norunt medici. Vnde dimus autem nos quendam apud Ferrarienſem Heluonem, quàm hominem potius dicendum, qui coria, teſtas, & fracta vitrea vaſa comedebat, concoquebat, & digerebat: vt eum omnes ſtruthiocamelum appellauerint auem, cui concoquendi ſine delectu deuorata mira natura in eſt: vt experientia facta cõprobatum apud Antuorpienſes habuimus.

*Curatio ſeptuageſima, in qua agitur de muliere, qua vocem amiſit ob alterum neruorum recurrentium in collo malè affectum.*

**M**ulier Illyrica, quæ ad caput montis habitat, quum ſtrumam à Gallica ſcibie originem ducentem, in collo haberet: monachum quẽdam medici officio fungentem pro ſui valetudine accerſiuit. Qui in discretè, quum pro ea propulſanda multis uſus eſſet medicamentis, ita ſublimatum, vt eius reſecaret radices loco indidit. An quo alter neruorum ex pectore recurrentium, qui vocem effingunt, inibi corroſus eſt. Unde ipſa paulatim rauca facta, vocem ferè intotum amiſit.

SCHOLIA.

Ob neruos hos recurrentes in collo laſos, vocis amiſſionem fieri tradit Galenus varijs in locis.

R 3



sue doctrina, præcipue libro de Locis affectis primo, capite sexto: ubi à se nervos hos inuentos esse, nec suis magistris antea notos, solita iactantia gloriatur: veluti quod ob chæradas, id est strumas (scrofulas hodie dicunt) in cervicis profundo incumbentes, à chirurgo vnguibus emulsas, nervos ipsos quoque vocales, seu recurrentes dictos, distraxit, vnde puerum curavit: sed mutum reliquit. Sicuti de altero subdit: cui alter tantum nervorum lesus fuit: & semimutus evasit: ut huic mulieri Illyrica, de qua curatio nostra agitur, interuenit. Libro quoque quarto prædicti voluminis, hos nervos sextæ coniugationis partem esse docuit: quos si laqueo intercipias animal mutum reddi libro de Dissectione nervorum meminit: & multò latius, aureo illo libello, cui titulus est, de Præcognitione, capite quinto, in quo capillorum modo tenues eos facit, quum Roma publice corporum dissectionem aggrederetur.

*Curatio septuagesimæ primæ, in qua agitur de Enterocelo, id est intestinalis ramice curatio.*

**P**Veri ramice intestinali ruptura dicta laborates omnes ad quos diuertimus sectione inguini facta, & per eam testiculo didymo dicto extracto, & forcipibus in epididymo præciso, ac candentibus ferramentis optimè exusto meatu, & porcina pin-

gued

guedine obrectato, lineo filo tamen primò infima in parte ligato sanitati restituti sunt. Nec enim alicui convulsio aut symptoma aliquod supervenit. Quod Sylvius Parisiensis, vir doctissimus in suo Guatinnaria, maximè hac timet castratione. Sed id fortè quia suis sic affectis, in scroti infirma parte nullà admittebat sectionem, quæ præcipua à nobis in hac habetur curatione. Chirurgum tamen peritum & apprimè dextrum eligat medicus pro hac complenda operatione, decet.

SCHOLIA.

Exactum huius curandi modum describere minime gravaver, ni putarem id superfluum esse: quum nullus, quantumcunque doctus, eum, ut in opus mittat, ex libro assequi poterit. Quod si quis ex lectione tantum opus hoc aggredi conabitur: is certè non minus, quàm ex commentariolo nauta dicendus est. Oportet igitur, ut medicus iuxta Galen. præcepta, post methodum vniuersalem curatoriam, in particularibus se exerceat. Dicitur igitur morbus *κ. de quo agimus*. Græcis λέγαν *La* tinioribus vero *Ramex* & *Hernia*: practicas autem barbaras scribentibus, *Ruptura*. Qui varias secundum eius varias vnde oritur causas, sortitur appellationes. Si enim peritonæo rupto aut distenso intestina in scrotum descendunt & deuoluuntur, morbus de quo curatio nostra agit, cõfistat, Græcis

Ἐπιγονήλη, Latinis verò *Ramex intestinalis* dicitur: qui saepe aut ictu, aut saltu, aut clamore, aut ululatu, aut ingentis molis sublacione, contingit & in Aegypto terra nimirum calida, frequenter evenit. Si verò intestina non in scrotum descendant, sed inguinibus haereant, tunc Inguinalis ramex, Ἰσχυροκλήλη Græcis, oritur. At si lentus humor aliquis in scroti partē colligitur, ramex aquosus Græcis ὕδρονκλήλη gignitur, qui saepe cum ventositate & flatuositate comperitur: ut in filio Ioannis Scacchi nobilis Anconitani vidimus, quem medicamentis & topicis remediis discutientibus curavimus. Quum autem caro dura intra testium tunicas increvisset, carnosus ramex vocatur Græcis σαρκονκλήλη, quem in olitore percipimus, eo tempore quo iam gangrena efficiebatur: ex quo plus minus duabus carnis libris præcisus, sanitati fuit restitutus. Caterum in Ramicis generibus, alia addenda sunt: quæ nomina à rebus opplentibus semper accipiunt. Verbi gratia, si omentum in scrotum descendet, omenti ramex nuncupatur, Græcè verò ἰσπιλονκλήλη, ubi verò vena ultra modum repleta glomerantur ac dilatantur, Κυρσονκλήλη, huius est varicosus ramex nominatur. De quibus, quum dabitur occasio, sermonem faciemus.

*Curatio LXXII. in qua agitur quomodo medicamentum purget & de aëuatione medicamentorum.*

Cum

Cum æger tertiana notha laborans phlegmæ cibum ebiberet, elapsis duabus horis id in totum euomuit: sed nihilominus optime postea egressit. Propositum itaque fuit, an hæc per inferiora euacuatio, à prædicto pharmaco facta fuerit, vel potius ob motum corporis habitum ante cibum medicamentum, vel humorum cōcitationem. Pro quo diluendo dubio, pauca ex multis quæ ad medicamentorum aëuationem faciunt, in medium afferemus: & eo magis, quum ea sint in quibus Galenus à multis singillatur, carpitur, lancinatur, & pro mendace habetur. Primò igitur, ut altius rem repetamus, scire licet apud Galenum & medicos hæc reperiri nomina, venenum, venenosum medicamentum, nutriens cibus, nutriens medicina: medicina, medicina nutriens, de quibus figuram sic habeto. Venenum est, quod quum corpus intrat permanetque, ipsum vincit atque corrumpit, à tota operans substantia, ut viperinum venenum, hæmorrhoi basiliscive, aut dipladis. Venenosum medicamentum, quod corpus qualitatibus suis afficit, ut est cicuta, mandragora, opium. Nutriens cibus, qui minimum in corpus operatur, sed omnino patitur, & facile transmutatur, ac in nutriti substantiam vertitur: & ideo impropiè ope-

R 5

rans à materia nuncupatur, vt ouorum uicelli, gallinaceorum iecinora, & carnes alituum optimarum. Nutriens medicina, quæ, etsi in corpus qualitatibus agit, optimè tamen adsimilatur, vt carica, & fructus. Medicina, quæ in corpus agit, non tamen adsimilatur, sed corpori mali parum affert, vt scammonium, carthamus, agaricus, & ex iis composita. Medicina nutriens, quæ tamen etsi in corpus agat, post longas tamen mutationes corpori adsimilatur, vt lactuca, cucurbita, allium, porrum, cæpa, & cætera. Porro medicinarum siue medicamentorum quædam energia, id est actu, talia dicuntur, alia verò potestate. Actua talia medicamenta illa sunt, veluti ignis actu calidus est, & gelu frigidum. Potestate verò, quæ imperfecta & futura adhuc dicuntur, sunt, veluti pyretum, scammonium, & similia: quæ vt operentur & in corpus agant humanum, à calido innato in minimas partis minui necesse est: tam si intra quàm extra corpus admoveantur. Vocatur autem medicamentorum hæc comminutio à medicis, medicamentorum actuatio: quæ aliud nihil est quàm in tenues partis medicamentum à calore nostri corporis comminui. Quæ tamen rariora medicamenta sunt, minus quàm spissiora actuantur, vt Gal. me-

minit

minit libro primo Simplicium, capite vndecimo, & decimotertio. Sed aduertendum duximus, quòd medicamenta calida vario modo habentur, vt in corpus agant nostrum, ab eo, quem frigida fortiuntur. Nam calida, vt opus suum conficiant, prætereà calido innato in tenueis partis diuisionem acceptam, calido ipso innato muniuntur: frigida verò, præter diuisionem, nihil ultra ab ipso innato calido exoptulant, vt Galeno in vniuersa eius doctrina placet. Super cuius placita Gentilis de Fulgineo in suis extrauagantibus dictis quæstionibus multa commentatur, & in Galenum inuehitur, & eum lancinat, dicēs, Philosophiam hæc nullatenus ferre. Cuius verba placuit hic citare, vt postea Galenum non errantem iudicemus. Ipsi enim in hoc oppugnare aliud nihil est, quàm vniuersam subvertere medicinam. In primis igitur Gentilis de Fulgineo Galeni sententiam & opinionem ita citat. Mens ergo & intentio Galeni in hoc consistit, Medicina calida reduci- tur ad actum à calore nostri corporis: sic quòd ipsa recipit caliditatem ab eo, per quam agit calfaciendo nos. Sed medicinæ frigida non recipiunt frigiditatem à calore nostri corporis: imò hoc principium intrinsecum, scilicet frigiditas, per quod infrigidant, ex se habent:

habent: ita vt istæ medicinæ frigidæ solum diuisionem in minimas partes recipiant: quæ diuisio est velut impedimentum tollens, quod erat in ipsa medicina, ad hoc quod operetur. Hactenus Gentilis Galeni opinionem citans: aduersum quam multis inuadit argumentis, sed duobus præcipuis: & primo vt ipse ait & credit, insolubiliter concludit: In entibus naturalibus non est minoris essentia forma calida, siue principium calfaciendi, quàm forma frigoris, siue principium infrigidandi. Sed comperiuntur res quæ habent principium infrigidandi intrinsecum, siue formam frigoris, per quod principium possunt nos infrigidare, & non adquirunt illam formam frigoris à nobis. Igitur medicinæ calidæ non indigent calore nostri corporis, & per consequens Galeni opinio minime stare potest. Secundo, nullus dubitauit an caliditas sit forma positiva potens in operando: multi autem in dubium traxerunt de frigiditate: immò nonnulli dicunt, in nullo mixto reperiri frigiditatem. Quum ea quæ à nobis frigiditas, aut frigus appellatur, remissa sit caliditas: vt opinatus est Galterus Burleus. igitur Galeni opinio falsa est. Eis duobus argumentis sultus Gentilis Galenum hallucinatum alta mente clamat, & gloriatur. Sed

cius

cius gloria, quum rem attigerimus, in opus probrium vertetur. Ne tamen Fulginate quæ buccæ occurrunt, nos tantum debilitare asserant: audiant, subsignatis primò Galeni verbis vnde tota dubitatio orta est: quæ ita libro tertio de Temperamentis habentur: *Medicamenta frigida, veluti papaueris succus, à nostro corpore intus sumpta, nihil demittuntur.* Hæc enim pauca sunt verba, ob quæ Gentilis in dubium rem traxit: pro quibus intelligendis, & Gentili satisfaciendo, sic habeto: Medicamenta frigida veluti & calida dicta, vt actu talia sint, id à calore nostro recipiunt: ea videlicet in tenuia & parua diuidendo: vt tertio libro de Temperamentis, & primo Simpl. cap. vndecimo, duodecimo, & secundo Simp. cap. vigesimo, secundo, & vigesimo quarto, & tertio eiusdem voluminis libro, cap. primo, & decimo septimo, & decimo nono, Galeno, ita scribenti placet. Igitur medicamenta minime excalfacere valent, priusquam actu talia fiant. At quòd actu talia sint, id à nobis accipiunt: veluti sicci calami ab igne. Et vt de frigidis simul medicamentis loqui lectores intelligant, subdit: Ita verò & ligna ex sua quidem natura frigida sunt vniuersa, sed quæ sicciora sunt, & graciliora, ea facile mutantur in ignem. Quæ humidiora sunt.

sunt, & crassa spatio egent maiori. Nihil igitur mihi est, si medicamenta quoque primum quidem in parua, & tenuia frangi possunt. Hæc verò adeò clara apud Galenum sunt, vt monstratore altero non egeant. Medicamenta igitur, vt in corpus agant nostrum, in tenuis partibus redigantur necesse est: atque vt operentur, calidi innati opera indigent: ea scilicet tam calida, quam potestate frigida dicta medicamenta, in tenuis frangendo partes. Nihil tamen medicamenta frigida à corpore nostro demutantur: intellige, nullam præter diuisionem, temperaturam aut complexionem dictam assumendo. Præter enim diuisionem, quam medicamenta potestate frigida à calore nostri corporis recipiunt, nihil quicquam, vt rectè opus suum conficiant, adquirunt. Secus autem calida medicamenta, quæ præter diuisionem receptam, in suis calidis qualitatibus intensionem quandam à calido innato datam, quam complexionem aut adiuuentum appellant, recipimus. Sed si roges, cur medicamenta hæc calida adiuuentum magis quam frigida recipiant: in quò opus & labor est, & dubium consistit omnè. Respondeo, Medicamenta calida qualitatibus suis calori nostri corporis non aduersari, sed potius eorum caliditas necessa-

riò intenditur: atque inde vltra diuisionem, calidum medicamentum pro sui operæ aliquid acquirit. Frigida verò medicamenta contrariò habent, quum qualitatibus suis maximè calori nostri corporis repugnent: atque inde non nisi diuisionem à calore acquirunt. Nec enim à caliditate corporeà adiuuari quicquam possunt, sed magis impediri, vt suis fungantur operationibus: quum frigori calor oppositus est. Neg hæc in præsentia aliis repetere opus est, quò hodie solidiori doctrina homines contenti euadant. Et ad modum, quo prædicta medicamenta purgatoria humores euacuant, accedamus: præsertim ex Hippocrate lib. de Natura hominis: quo nemo verius hæc scripta dimisit. Sed quum Gale. eiusdem fidissimus enarrator lucidius & clarius ea ob oculos nobis posuit, vidèd placuit eius verba subscribere, quæ libra de Facul. simpl. medica. ita habent: Differuit autem, inquit, Hippocrates in opusculo, quod de Natura humana inscribitur, de ordine qui in istis euacuandis seruari solet, ac nunc quoque ne quid huic sermoni desit, dicendum est: etenim si quod pituitam ducat medicamentum exhibeas, prima quidem in superpurgationibus flua, mox atra, tertio loco sanguis eicitur. At si quod fluan bilem

detrahatur pituita. consequetur; tertia atram quartus demum reddetur sanguis. Quin etiam atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam euacuabit: postquam flauam: deinde pituitam: omniumque postremus sequetur sanguis, tanquam ex inanitis iam vasculis effluens: ut quæ summa iam debilitas occupet, & cætera. Hinc autem claret, medicamentum, bilem natura deponens, prius bilem euacuare; mox serosam humiditatem; postea verò in superpurgatione pituitam euacuari: tertio verò loco atram bilem, quarto verò sanguinem. Si verò medicamentum pituitam natum est euacuare, ipsam prius deponit: secundo, bilem: tertio, atram: quarto, sanguinem. Ex iis igitur verbis satis claret, quàm perperam Auerrois dixerit libro sui Collectorii septimo capite nono, Asclepiadem fortè imitatus, Quòd bilis, quia ceteris humoribus subtilior est, in omni euacuatione primo deponitur. Quæ opinio, quum satis à Galeno libro de Purgantium medicaminum facultate suggilletur, superuacaneum esse arbitramur plura pro Aueroi confutando in medium afferre. Scimus satis reprehensum iri, quod falsum esse à multis scitur. Cæterum horum medicamentorum attractiones perficiuntur; ut Galeno placet, qualitatibus quæ in substan-

stantiis sunt virtute, id est specifica proprietate. Quæ medicamentorum attractantium virtus fortior est, quàm humoris attracti. Conatur autem Galenus specificam hanc virtutem, ut optimus Philosophus, ad similitudinem quandam, inter rem attrahentem; & rem attractam, compertam reducere, de qua re legito Fracastorium Veronensem, virum mehercule doctissimum, libro de cõtatione, amicitia, & contrarietate: vbi attractiones has similitudine fieri, exactè probat. Sed ut medicus, sæpe Galenus similitudinem hanc cœlestem, aut occultam quandam proprietatem appellat: ut de lapide sanguinem sistente, lib. de Facult. simpli med. memoriæ commendauit: quem secutus est Mesue exordio sui operis: & varij alij medici post eum scribentes. Ut medicamenta humores ad se attrahant, vel ad ipsos potius humores propter similitudinem vadant, varij varia quoque asserunt. Nam Hippocritato libro, medicamenta humores ad se attrahere tradit: ipse verò crederem medicamenti subtiliores partes ad humores sibi similes virtute totius gubernatrice interueniente; ire. Vnde tamen post actuum medicamentum, & eius iam in viuensum corpus: subtiliores relegate partes euomatur; exacta tamen & perfectissima

succedit purgatio: vt in casu nostro interuenit, & quotidie contingit. Quum autem ob similitudinem inter medicamentum purgatorium & humorem euacuandum reperitam, medicamenti ipsius partes subtiliores ad humorem eant: vel potius ad se attrahant, quia medicamenti potentia fortior est, quam humores attracti, sit inde, vt irritata natura, expultrix virtus per apertos meatus eum expellat humorē, quanquam sepe suo frustratur sine medicamentum, hoc est, non purgat, propter humorum euacuationū inhabilitatē, quia materia inobediēs facultati expultrici existit. Et non deponitur, aut ppter obstruos meatus à crassis & viscidis humoribus, aut induratis fecibus, aut propter ventositatem subleuatē medicamentum ad superiores partes, cuius causa, medicamenti prohibetur astuatio. Aut quia corpus adeo debile existit, vt medicamentum nec conquerere, nec expellere valeat: aut quia tam forte & avarum in medicamenti retentione, vt id potius in succu vertat, & nutriti substantiam: vt latius Meluertia intentionis, capite primo, Canonum suorum sapientissimè scriptum dimisit. Sed quom medicamenta hæc à ventriculi concoctrice facultate vincuntur, talem gignunt humorem, qualem trahere, & euacuare natura erant,

ta erant, vt scammoniū bilem: turbit, & agaricus, aut carthamus in pituitam: semen sanctonicum in lumbricos. Meminit autem Gal, libro de Theriaca ad Pisonem, Phalangium trifolij herbæ speciem, morsibus phalangij animalis opitulari. Si tamen contingat herbam superimponi loco ab animalculo non infecto, herbam eisdem inducere affectus & symptomata, inquit, quæ animal suo morsu producere est natum: vt mirum non videatur, si medicamenta, quum per similitudinem operentur, in eisdem quos respiciunt (vt dixi) humores vertatur. Multoties tamen humores à medicamentis similitudinem secum non habentibus euacuantur, propter tres & præcipuas à Galeno citatas causas, libro tertio de Facultate simpl. med. cap. vigesimo septimo, propter vasculorū imbecillitatem: propter osculorum laxitatem: & propter ipsorum purgantium medicamentorum mordicationem: non verò ob infinitas ab Auerroio quinto sui Collectorij lib. specificas signatas virtutes, vel, vt Hugo hallucinatur, ob quandam communem cuiuslibet medicamento instam virtutem, cum qua præter propriam, quæ sibi dicatum humorem euacuat, reliquos purgare ait.

*Curatio septuagesimatertia, in qua agitur de Crustoso vlcere aures & faciem inficiente.*

**I**Vuenis illa, quæ est Manfredonia Anconam venit, nata annos sexdecim pulchra facie, post elapsum à coniugio annum eius aures & faciei pars, vlcere crustoso quodam infecta fuerunt: quod per tempus laetabat, sed postea repullulabat. Pruriebat vlceris hoc, & aures corrodebat. Cuius causam inquirens, comperio ab eo tempore quo morbus inuasit, hanc vigente ætate ad Solis radios caput, vt capillos aureos & crispis redderet, apertum & nudum habere. Quo factum est, vt humor biliosus acris factus, extra ad aures & faciei partes attractus, sc̄dum prædictum vlceris causaret. Quibus addebat, caput ad eundem effectum fortissimo lixiuio bis singulis hebdomadis lauare. Pro cuius curatiua methode, parte artis præseruatiua dicta præsupposita, quæ futurum incommodum idoneis præsiidiis præcauendo prospicit, ad alteram curatiuam, quæ quod iam factum est delet & eliminat, accedimus. Quanquam in hoc casu hæduæ artis partes inuicem connectuntur. Sublata siquidem causa, ex qua morbus hic fit & factus est, illico quilibet cessabit effectus,

effectus, & partes infectæ ad naturæ suæ statum reuertentur. Erit itaque præcipua curationis indicatio, biliosi acris & ferè adusti humoris euacuatio, qui crustosum vlceris hoc gignebat. Secundò capitis malam intemperiem calidam & siccam refrenare: ob quam per interualla, auctis excrementis, vlceris repullulabat. Ab insolatu igitur, & rebus eam fouentibus abstinebat. Postremò ipsius capitis roboratio procurata fuit: & ipsa sanitati restituta. At, quia capitis affectiones rectè non curantur, nisi vniuersum prius corpus inaniatur, à vacuatione vniuersali vniuersum corpus inaniente, initium fecimus: & primò quidem purgatorio hoc medicamento, Recip. Floris cassiæ recens extracti vnc. i. confectionis de sc̄eni. drac. 2. Cum saccharo fiat bolus, quem capiat ante prandium spatio duarum horarum, quo optimè egestit. Sequentibus verò diebus syrupum hunc ebibit, Reci. Aquæ decoctionis hordei excorticati, vnc. 4. iulep violacei vnc. i. & semis. Misce, post octo verò ebibitos, sic descriptum fuit, Recip. pilularum cochlearum drach. saurearum, scrup. 2. de fumoteræ scrup. senis. diagridij. gr. 3. cum electuario de succo rosarum Mesue, formentur pilulæ quinque, quas quum vadit dormitum, capiat. Eis autem optimè alius respondit.



Sed interea dum hæc machinabantur, vnguentum parti exteriori affectæ admouebatur, quod habet, Recip. Vnguenti delithargyro vnc. i. populeonis, de plumbo, an. vnc. l. Misce, & in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo fiat vnguentum. Deposita autem materia pro mala intemperie calida domanda, ex cubiti exteriori vena (cephalicam medici dicunt) sanguinis vncias sex extrahere fecimus. Sed interpolatis diebus quatuor, vt vires reficerentur, syrupum violaceum cum prædicta hordeacea per aliquot dies iterauimus: & scapulis cucubitalas cum scarificatione admouimus & retro aures hirudines. Post quæ omnia, ad catapotia ex nitro secundum Alexandrum parata deuenimus, quæ in eis affectionibus primatum habent, tandem lauacro capiti admoto ex rosis siccis, chamæmelo, myrto, & similibus refrigerantibus & roborantibus cōfecto, præassumpto condito descibendo, & ebibitis destillatis aquis sancti tui fuit restituta, nec amplius in dictam affectionem lapsa est. At quum menses suo constituto tempore optimè respōdebant, de illis nulla in hac curatione mētio facta est.

Conditum, conserua dicta.

Reci. Sacchari boraginati, rosati, buglosati, violacei an. vnc. i. Pulueris santalorum

rube

rubeorum, & alborum, an. drachm. i. & cum syrupo rosaceo simplici, misce, fiat mixtura, & folio auri ināuretur.

Quæ desuper ebibenda.

Recip. Aquarum violarum, boraginis, cichoreæ an. lib. f. Misce. Eis autem clausa fuit curatio, habita victus ratione conuenienti, & cæteris huic rei annexis.

*Huic similes affectiones meminit Galenus curasse, libi primo de compos. med. secundum locos: quem legere ne pigeat.*

Curatio LXXIII. in qua agitur de pruritu, & scabie vniuersum corpus sedantibus.

**M**arinangelus de Estafulo publicus notariis, annum agens quadragessimum octauum, temperaturæ calidæ, & siccæ, pruriginosa scabie & sicca per ambitum totius corporis laborabat, & eâ quidem perdifficili: ita vt ipsam in elephantiasim peruenire timor esset. Is quum plures pro sua recuperanda valetudine medicos consuleret, & nullum assequeretur iuamentum, ad me venit: quem hac fœda lue ita vexari deprehēdi, vt nullam diu, noctuque requiem haberet. Gignitur autem affectio hæc ex præassato & aduste

humore, ex icore tanquam ineficiente fonte scaturiente. Qui ab expultrice virtute à centro & vasis ad circumferentiam expulsi, totum corpus pruritu & scabie sicca, eradicatorum difficili, defœdare solet. Contra quam, quum à multis multa tentata essent, nos infra scriptis intra annum sanitati cum restitimus: & vitæ primò optimo regimine constituto, quia sanguis illi sæpe ex cubiti venis extractus erat, phlebotomiã prætermisimus. Cuius vice hirudines ani venis admouere fecimus: imò eas singulis mensibus semel prædicto loco admodum vèret consuluimus. quum is, antequam in hanc laboretur affectionem, apertas hæmorrhoides, ex quibus sanguis interdum fluebat, patiebatur. Id quod parum Veneti medici animaduertierunt, homines alioqui oculatissimi, & doctrina & experientia longè celeberrimi, quorum Victor Trincauelius, Bartolomæus Labiosus, & Orsatus, nominandi veniunt: qui pro huius viri salute consulti sunt. Hac igitur proposita euacuatione, quæ vel sola pro hac curanda affectione sufficiens est, sic orsi sumus, Recip. Electuarij lenitiui, drach. 10. confectionis hæmec drach. 2. Cum saccharo fiat bolus, quem per duas horas ante prandium capiat, quo multa leniter egressit, & virtute potentio

affectioni supra residuũ facta syrupos hos descripsimus, Recip. Syrupi de fumo terræ, lupulorum, cichoreæ. s. an. vnc. s. aquarum sumite terræ, lupulorum, cichoreæ, boraginis an. vnc. i. Misce. Et per octo dies sequentes iterentur, quibus peractis & noxiò iam expulsionis parato humore, pharmacum hoc illi propinauimus, Recip. Syrupi rosati solutiui vnc. 3. electuarij Indi, hæmec an. drach. i. diafeniconis drach. 3. decoctionis senæ vnc. 3. Misce, fiat potus vnus, quo plurima deposita sunt excrementa, biliosa, varia, subnigra inter quæ pituitosa videbantur. Interpositis verò tribus diebus vt ægri vires in eis rescicerentur, syrupum hunc postea illi concessimus, Recip. Syrupi de fumo terræ vnc. i. cichoreæ, vnc. s. decoctionis senæ, vnc. 4. Misce. Fiat syrupus: quem per octo continet dies. In fine quorum pharmacum sequens dedimus, Recip. Rhabarbari boni, drach. i. & sagarici albi. scrup. 2. cinnamomi optimi, drach. s. Pistentur, & infundantur in vnc. iis sex decocti diasenæ per totam noctem: & facta expressione, & colatura, ad prædicto decocto syrupi rosati solutiui vnc. 2. electuarij lenitiui drach. sex, confectionis hæmec drachmas tres: misce, fiat potus quem hora antelucana ebibat, & desuper dormiat. Eis enim celebratis euacuationibus

bus, & interiectis nonnullis diebus pro viribus reficiendis, cucurbitulas per vniuersum corpus cum scarificatione, vt intercutaneus sanguis expelleretur, adfigi mandauimus: & singulis noctibus sequenti linimento illineretur, quod est,

Recip. Terebinthinæ lotæ cum aqua fumi terræ vnc. 4. succi arancij, num. 1. salis communis in pullinem redacti, drachm. 3. olei rosati, vnc. 2. & s. cerusæ lotæ drach. 7. Misce. Fiat vnguentum, & tandiu eo corpus linatur, quoad scæda hac lue, corporis singulæ partes mundæ euadant: & singulis auroris sequenti lauacro lauetur, quod habet, Recip. Herbarum fumiterræ, boraginis, maluæ, lapatiij, rosarum, chamæmeli, foliorum fenæ, an. par. æquales. In aqua fontis fiat decoctio, & vt decet vtatur. At inter ea dum hæc parabantur, conditum hoc ieiuno stomacho comedebat, Recip. Sacchari boraginati, buglossati, rosati, an vnc. 1. & s. Pulueris folliculorum fenæ, drachmas tres, corallorum præparatorum, margaritarum ana. drach. 1. cum syrupo de cichorea quantum sufficit, misce, fiat eclegma, siue mixtura: de qua singulis auroris seminiunciam capiat, & aquarum cichoreæ, boroginis æquas partes superbibat. Hæc ve-

rò mens

rò mense Martij, Aprilis, & Maij peracta sunt. Mense verò Iunij ad lactis aquam propinandam deuenimus: qui, quum stomachum calidiorem haberet, eius magnum & copiosum potum, ad eum modum, quem Græci dare solebant, optimè ferebat. Bibe-  
bat itaque singulis diebus quinque, nonūquam verò huius aquæ lactis libras sex: eodem modo quo thermarum aquæ ebibi solent: pauculo saccharo ei non nisi adiecto, vt alibi in hac Centuria latius diximus, vbi seri propinandi modum ad Græcorum mentem differuimus. Caterum, quum affectio hæc diuturna, & longa, ac difficilis eradicata est, longā curationē exoptulat, & remediorū iteratione indiget. Proinde Autumnosequenti prædicta omnia repetita fuerunt. Aestiuis tamen diebus, post seri positum, ne homo absque præsidio aliquo maneret, ex pullis gallinæis, ius alteratum ieiuno stomacho biberet, consuluimus: eis præsertim herbis, boragine, acetosa, melissa, hordeo, simul coctis. Cuius vnciæ octo ad decem vsque pro vice potus erat. Eis autem intra annum sanitati restitutus fuit: & ab hac scæda lue liber: optima & diligentivictus ratione seruata semper & cæteris ad rem facientibus.

Curatio

*Curatio septuagesima quinta, in qua  
agitur de duplici tertiana solo mi-  
noratino eradicata.*

**I**uuenis robustus pharmacopola, & frater  
Ioannis Andreæ Mediolanensis, quum  
duplici corripereur tertiana, & dissidium ef-  
set inter medicos: An primò sanguis mittē-  
dus esset: vel potius per minorans pharma-  
cum dictum, euacuatio facienda esset, tan-  
dem superuenientibus nobis, minorās hoc  
pharmacum propinauimus. Quod ita va-  
luit & contulit, vt non altero opus fuerit  
præsidio. habet autem minorans pharma-  
cum sic, Recip. Pulpæ cassiæ nouiter extra-  
ctæ, vnciam vnam, diacatholiconis vnc. s.  
Misce, & cum saccharo fiat bolus: quem per  
duas horas ante prandium ieiuno stoma-  
cho capiat.

SCHOLIA.

*Aduertendum duximus, quod quando hac  
minorantia pharmaca largiuntur, & in ea breui  
temporis intercapedine, ante acceptum victum, al-  
num subducere incipiunt: quod tunc eger proroga-  
re victum in longius tempus debet: quum eo acce-  
pto, medicamenti opus impediretur. Si tamen intra  
limitatum, & à medico constitutum tempus me-  
dicamentum nondum opus cepit, nec eger egressit,  
tunc victum, prout à medico imperatum erit, eger  
accipere*

*accipere debet. Seruari autem regula hæc debet in  
iis præcipue (quod aiunt) minorantibus pharmaci,  
qua, qui vituperant medici, & ipsis non vtuntur, à  
consortio doctorum hominum eliminandi sunt, vt  
ex Auerroï, & Manardo Ferrariensi, Centuria  
prima harum curationum abundè diximus.*

*Curatio septuagesimasexta, in qua agi-  
tur de puella duplici tertiana per  
subintransiam, continua dicta labo-  
rante, cui caros, morbus veterinus  
dictus, superuenit, quem Arabes Su-  
bet appellant.*

**F**ilia Doctoris Asola, nata annos qua-  
tuordecim, duplici tertiana nunquam  
deficiente, ac propterea continua, per sub-  
intransiam à practicis dicta, laborabat. Cui  
quum menses exactè non responderēt, pe-  
dis vena saphena dicta secta fuit, & sanguis  
pro virium robore extractus. Sed aliis sub-  
inde præfidiis adhibitis, puella in ciborum  
fastidium, & corporis inhabilitatem incidit.  
Quæ quum sic per aliquot dies absque villo  
præsidio relicta esset: in carum, siue veteri-  
num, aut subeticam passionē dictam lapsa  
est: quam febricula lenta comitabatur. Pro-  
quò morbo propulsando cucurbitulæ sca-  
pulis cum scarificatione applicatæ sunt. Cui  
quibus

quibus, interim dum spargebantur, à profun-  
 dō somno illo ægrotans libera erat. Sed  
 paululo interposito tempore, ad eundem  
 reuertebatur. Proinde ex cubiti inferiori ve-  
 na cephalica dicta sanguinē ad uncias quā-  
 que demere fecimus. Qui quum ob crassi-  
 tiem, vulnere peramplio factō non exiret,  
 ex altero brachio ipsum demere mandau-  
 imus. A qua sanguinis missione meliusculē  
 habere cœpit, & multo melius post embro-  
 chas super caput adhibitas, quę habent, Re-  
 cip. Chamæmeli, melliloti veri. floccados,  
 saluie, maioranę, betonicę, hyssopi, ana m.  
 r. In libris quindecim aquę fiat decoctio  
 sufficiens, & facta colatura, adde olei cha-  
 mæmeli, anethini, ana libram mediam,  
 misce, fiat embrocha, capillis tamen prius  
 depositis. Sed & naribus pulueres ij admo-  
 uebantur. Recipe Piperis nigri drachmam  
 mediam, pyretri scrup. duos, cilebori scrup.  
 vnum, misce, fiat puluis, & naribus admo-  
 ueatur. Porro cibus huic oblatas, pulli con-  
 tusum amygdalis, & seminibus apparatus  
 erat: cui interdum cinnamomę puluisculus  
 inspergebatur. Quibus intra 15. dies sanitati  
 fuit restituta.

*Curatio LXXVII. in qua agitur de pa-  
 tiente duplicem tertianam.*

ætiologia

Necmias

**N**ecmias Gallus, vir probus duplici ter-  
 tiana correptus fuit: cui bis pro illis  
 propulsandis sceta fuit vena, sed medica-  
 mentis aperientibus & alterantibus exhibi-  
 tis, ac purgatorio propinato pharmaco be-  
 ne habuit. At quū mali Punici esu delecta-  
 retur, eius multum vitauit, & peius sensit.  
 Proinde eius abnegato vsu, quū nimis me-  
 tus coarctabat, & vias obstruebat, paulatim  
 ad pristinam regressus est valetudinem. Pro-  
 positum autem fuit, An balneum huic con-  
 uentret, de qua re aliās, quā dabitur occasio;  
 rem ex toto concludemus: ex aqua autem  
 tam potabili balneum confectum, quęstio-  
 tum proponebatur.

*Curatio LXXVIII. in qua agitur de  
 morfu canis.*

**I**oannes Baptista Vecellius, iuuenis Flo-  
 rentinus doctus, quum nauim intrasset, &  
 canē magno Britanno in tibia morsus fuit,  
 & vulnus profundum illi inflatum, pro quo  
 curando, accersito chirurgo iussimus, per  
 mensem saltem, apertum vulnus dimitte-  
 ret. Tamen enim rabidus is canis nō erat,  
 nescio tamen quid malignitatis & virulen-  
 tior canes ij nauibus oclusi præ se ferunt, ut  
 ceteris similibus moribus a ceteris, edocto  
 quasi

euasimus. Hac enim cautela liber & sanus est factus.

*Curatio septuagesimanona, in qua agitur de elephantici cuiusdam curatione.*

**V**incentius Stochetus Anconitanus, iuuenis natus annos viginti, iamdiu elephantiasi laborat ita fœdè, vt omnes corporis partes cum vnguibus quoq; fœdatis habeat. Nares tamen, quæ plerunq; in morbi huius initio corripì solent, intactæ hucusque permanserunt. Qui quum varia pro hac propulsanda graui & fœda ægritudine experiretur, ad me venit. In quo primò intra cutaneam fœdationem qua fœdatur, insatiabilem appetitum quendam (quem caninam famem vocamus) pati aliquando magis, aliquando minus deprehendo. Cæterum quum ad tentata præsidia cõdescenderemus, quibus doctorum hominum cõsilio vsus fuit, carniùm viperarum esum subticet, quum vsque ad id tempus de illis nihil nouerat. At nos scientes ex earum victu mirabile auxilium subsequi, cum Galeno & cæteris medicis consulimus, eisdem resceretur: prout nunc vescitur. Quarum apparatus inferius describemus. Sed cutim, ex viperarum sanie per vitream campanam destilla-

destillata illinebat. Suadet Galenus theriacam ebibitam, vel cuti illitam hoc morbo laborantibus summopere prodesse. At nos ex viperis destillantium hoc magis conferre, vt pote morbo rebelli, & ferè exossatæ elephantiasi dictæ, non sine optimo successu augurati sumus. Primò autem sanies ex viperis dissectis, & vasculis vitreis occlusis, ad ignem lentum destillabat: dein oleum & aqua prodibant, de quibus postea sales conuinnari poterant. Cæterum quomodo viperæ parari debeant doceamus.

*VIPERARVM APPARATUS pro victu elephantiorum, ex Galeno decriptus libro secundo ad Glauconem, cap. 2.*

**V**iperas quidem vbi caput, caudamque vsq; ad digitos quatuor abscideris, excoriatuè vsq; ac deniq; interanea exemeris, in olla prius aqua lotas coques, donec exquisitè molles reddatur. Adiciere tamè debes aquæ in qua illæ elixatur, porrum anethumq; & olei non nihil. Cæterum ius hoc primò ebibat decet: deinde carnes comedat, nō lectus ac veruecis, vel alitum, quæ in prædio quotidie sumuntur. Sed ieiuno stomacho, &

in aurora carnes hæc comedi debent, dimidia saltem pro vice: & aliquando vnus integre viperæ, prout virium robur adfuerit. A quarum esu cibum vel potum, quemcumque, per sex differat horas. Quod si sudaerit, diligenter sudorem seruet, maximè expedit. Excoriari autem ægrotantibus cutis solet, vt serpentibus enteruenit.

## S C H O L I A.

Vipera mascula & femina venenum in vesiculis dentes cooperientibus seruatim tantum habent. Reliquæ verò corporis sui partes veneno carent. Præscinditur tamen viperæ, pro eius apparatu, cauda: nõ quia venenosa, sed quia vngulosa, & absque carne, sicca & calida reperitur. Coeunt autem masculus & femina caudis ad medium vsque corpus optimè circumuolutis complexis sue: altera verò superiori corporis parte eleuata, multis cum ore osculis datis. Inest verò masculo membrum genitaliale, ea in parte vbi amplexantur: quod intus occultum habet. Femine verò vulua ex directo inest: vt cuius curiosum manifestum euadet. Proinde philosophos & medicos in hac re hucusque errasse, qui per os viperam concipere, & eius viscera in partu à catulis corrodi contendebant, manifestum est, quàm à me in hoc loco dici potest.

Curatio LXXX. in qua agitur de puero febre biliosa diuturna laborante.

Puer

Ver natus annos quinque, quum febris diuturna & cõtinua, de tertio in tertium affligente laboraret, ad eum peruenimus: quinque enim supra viginti dies agebatur, quibus semper febris hæc illum detinuit. In quibus à medicis multa tẽtata sunt, nunquam tamen deficiente ipsa: debilior verò redditus puerulus, ac circa ventrem, & hypochondria partes duriores factæ. Sic illum tractare cœpimus (optimo prius victus ordine instituto) & primò ventris & hypochondriorum duriusculas factas partes sequenti vnguento manè & vesperi illini faciebamus, R. Vnguenti deoppilatiui de succis vncias duas, vnguenti nostri splenetici vnciam vnã, olei capparum, parum. misce, fiat linimentum. Porro iecori tensionè habenti sic descriptum fuit, Recip. Vnguenti fantalini, vnciam vnã s. rosacci vnciam vnã. Misce, quo illinatur iecur. Vt verò per os ebiberet, sic præparatum fuit, Recip. Iuris pulli gallinæ vncias octo. In ollulam mittantur, & igni admoquantur: cui infunde senæ drach. duas, passularum è Corintho drach. 2. radicis petroselini coctusæ drach. 1. omnia non nisi panno lino raro, primò excepta: quæ quum parum ebullierint, accipe prædicti iuris cyathum, & in aurora iecuno stomacho bibendum præbe. At singu-

lis quinque diebus, pharmacum hoc illi propinatur, Recip. Syrupi rosati solutiui vnc. i. & s. prædicti iuris vnc. 4. Misce. Aliquando tamē agarici parum per aliquot horas prædicto decocto infundebatur. Sed quia vltimò defixa timor erat, cum lacte ex butyro recenti inungi eum per vniuersum corpus faciebamus: quibus intra viginti dies bene habuit, & protracta ad dies quadraginta curatione, integram adeptus fuit sanitatem. Habet autem vnguentum de oppilans, siue de oppilatium de succis dictum sic, Recip. Succij apij, endiuæ, menthæ, absinthij, petroselini vul. ana vncias tres, olei absinthij, menthæ ana lib. s. ceræ citrinæ q. sufficit. Misce, & ad ignem fiat vnguentum, cui quandoque additur pulueris calami aromatici, spicæ nardi, ana drachmam vnam, oleo capparum parum, misce.

*Curatio octuogesimaprima, in qua agitur de electuario ad eiaculandum semen faciente.*

**D**E nobilibus quidam ex mōte Politiano, pro consanguineo Regiensi præsidium quærit, quo liberis operam dare posset. Qui tamen antea duos vel tres genuerat: nunc tamen genitalia membra debilia

ita habet, vt ipsa nec erigi, nec per ea semen eiaculari possit. Iuuenis autem is est ex principibus Italiæ, omnibus bonorum genere affluens. Quum igitur huic Ceres & Bacchus non desint, duo potissima Venæris impetus concitantia, pauca hæc optime concinnata, desiderata obtinuit, & ita habent, Recipe Pistacorum præparatorum vnc. 2. pinearum mundatarum vnciam vnā, carnis scincorum drach. 6. satyrionum elixatorum, vel iringorum radicum vnc. i. feminis eruçæ hortensis drach. 5. chrysocollæ naturalis drach. 2. piperis longi, & nigri, cardamomi, specierum diamofchi dul. an. drac. femis, cinnamomi electi drac. 4. mellis despumati ruuli vnc. 9. Misce, & fiat electuarium secundum artis ministerium: ex quo quando vadit dormitum, semuncie pondere comedat: & desuper parum vini generosi sitipitisset. Sed & vnguento sequenti genitalia membra inungat, quod habet, Recipe olei de lilio vnc. 2. caudatum scinci drach. 9. castorei gr. 10. nucis moschatae, piperis longi an. scrup. 4. ceræ albæ q. suff. misce, & fiat vnguentum molle.

SCHOLIA.

*Hic aduerte, quod vice herbæ testiculorū vulpi, aut satyrionum radicum, iringy radices adie-*



*cinus; non minus quòd in unguento, stellionis vice, scincorum cauda venere, cum stellio non ita eo tempore, quo hæc parabantur, haberi potuit. Caterum peropportune erit hic citare, id quod olim nobili cuidam contigerit: facetissima enim historia est, & proposito deseruiens. Nam quum nobilis quædam mulier gallos (exemptis testiculis) eunuchos redderet: testiculos, ut optimi succi nutrimentum, pro marito in edulium, adiecit mel. le & aromatibus redegit: quo quum maritus in cæna vesceretur, ita in priapismum devenit, ut post longum cum uxore concubitum, ipsa iam lapsa viribus, nec amplius laborem ferre valens, à cubili utriusque communi fugam fecit. At maritus furibundus pruriente adhuc materia, quum uxorem persequeretur, nec ipsam assequi valeret, quum alteri cubiculo occluderetur, ad ancillas tres, vel quatuor domesticas se direxit, quibus omnibus apprimè satisfecit. In aurora verò medico accersito, (nam etiamnum humor titillabat) res in iocum trahitur, & semine viticis cum camphera exhibitus, ac ex populeo linimento supra renes factus, à furore & Verecitis irritamenti liber factus est.*

*Curatio octogesimasecunda, in qua agitur de Scirrhuso tumore ob casum suppurato, & in ulcus verso: ex quo mors subsequuta fuit.*

**P**etrus Ordonius Iulij tertij Põtificis maximi musicus insignis, tumore quodam ad spinam, costam tertiam notham respicientem; non nisi duro & doloris experte, vexari solebat. At quum semel in nocte equitãdo per urbem Romam aliis adstrictus commilitonibus incederet, fortè fortuna ex equo cecidit: & loco vbi tuberculum hærebatur, maximè contusus fuit. Ex qua collisione, dolor intensus inibi ortus fuit. Aucto verò dolore & tumore peramplo ac nigerri mo facto, chirurgus quidam ad eum fuit accersitus: qui quum multum puris intus latitare compréhenderet, frigidus sed acuto ferimento locum secundum corporis longitudinem, profundiori incisione aperuit: unde puris maxima, sed varij effluxit quantitas. Succedentibus verò curationis duobus mensibus, & ulcere ferè ad cicatricem ducto: ecce æger de ilio dextro circa spuriam primam costam conqueri cœpit: vbi tumor, sed non admodum eminens apparebat, & cum tussi æger sputum, quale ex empyemate emitti novimus, sæpe excrebat, quum tamen antea id nunquam speraret. Ad quem quum Romã venissem, & vocatus diuertissem: rem ex toto cõtemplor. Chirurgos audio. Aderat autè iam alter insignis, & fama

celebris, Iacobus è Perusia. Vtrosque tamen ancipites de loco aperiendo: præcipue vbi tumor apparuerat, comperio. At nos quum puris screatum perciperemus, quod ad pulmones transmissum per tracheam arteriam foras pellebatur: & locum tangere-mus, in quo pus latitasse dignouimus, homines in nostram traximus sententiam, ac resectis cum somno medicamentis euocato, tum edulis, tum iusculis ægrotantis viribus, in aurora locum secundum costarum incessum, scalpello incidi fecimus. Per quam incisionem pus furibundè, magna in quantitate exiuit, quod in pectoris cauitate continebatur: erat autem incisio inter primam & secundam spuriam costam: septum transuersum semper tamen cauentes, quia ortum à prima trahat: turunda tandem ex albo & oui luteo optimè contusis illita, concinnè immissa, & tertia curatione ex digestiuo intincta, admoueri cepit: sed primo lauacro per orificium iniecto, & hinc inde corpore, tanquam cupa lauanda commoto, pus cum prædicto lauacro (irritata tussi) foras per orificium trudebatur. Erat autem lauacrum, aqua hordei cum rhodomelle: cui quoque sæpe vinum ex rosis & myrtillo confectum, adiungebatur. Vt tamè internorum membrorum ma-

la intemperies extirparetur, guaiaci decoctum ex vua passa Corinthiaca, & glycyrrhiza apparatus, semel in aurora, singulis diebus dabamus. At cum pus elapsis nonnullis diebus, pigrè per orificium exibat, cannulam ex arantij folio, concinnatam immittebamus. Solet autem huiuscemodi cannula, non solum ex arantij, sed hederæ quoque foliis apparari: quanquam ex plumbo, & variis aliis rebus fieri solet. Interiectis tamen nonnullis diebus, quum pus plus iusto exiret, lauacrum sequens paratum fuit quod per orificium iniiciebatur, & ita habet, Recipe hordei libram semissem, lentium, fabarum, myrtilorum, rosarum rubana pug. i. thuris, sarcocollæ, myrrhæ, aloes ana vnciam vnam. in libris octo vini rubri fiat decoctio, quousque maneant libræ 6. & coletur. Cui pro arbitrio mel rosaceum colatitium, & quâdoque hordeacea adiungebatur, quo lauacro (ita enim appellare placet) non nisi calido per orificium iniecto, corpus, vt dixi, lauabatur, eo enim cum pure expulso cannula ex arancij folio, orificio (vt diximus) immittebatur, supra quam lineus pannus aliquando digestiuo, nonnumquam verò ex minio vnguento illitus admouebatur: & desuper vinum stypticum cum panno, aut sponsia exceptum. Sed

ac cādela accensa ex aduerso conspecto, & quā intus cōtineri percipiebamus, quam Alfonso Ferreus, Chirurgus hac ætate insignis, inciso scroto olim iā extraxerat. Solet autem morbus hic sæpe repullulare, prout nunc de nouo aggregata aquositate dolo-rem, & solitam affectionem afferre cœpit. Ad eum igitur deuenientes nos, purgatione habita, iterum per incisionem parti admodum scroto decliui factam, eam extrahere permisimus: postea verò iecore, ac internis membris ab intemperie per medicamentorum, & guaiaci decocti ebibitionem restitutus, liber & sanus factus est.

## S C H O L I A.

Suadent chirurgi sollicitè admotum & dextrè ut inciso in scroto pro aquoso humore deponendi fiat: & rectè mea sententia. At quòd non decliuori in parte scroti incisio hæc fieri debeat, absurdum mihi videtur. Eleuato enim in totum testiculo, incisio parti imè adhibita securior euadit. Nec inde nocumentum oboriri hucusque animaduertimus. Sic enim in enterocæle, hoc est, ramia intestinali, ruptura vulgò dicta, fieri mandamus, non nisi prospero, & sælici semper euentu, ut in hac diximus Centuria. Nec est, quòd quis dicat, surundam per emissarium decliuori loco factam missam, testiculum pungere: quum id à chirurgo diligenti caueatur.

Cura

*Curatio octuagesima quinta, in qua agitur de vulnere cuidam influcto inter furculam & humerum.*

Pugionem infixit miles militi ad humerum propè furculam: ad quem curadum conuenit chirurgus, qui quum pugionem extraheret, & sanguinem concretum videret, ac vulnus pectoris cavitatem attingisse contemplaretur: incisionem inter tertiam, & quartam costam spuriam machinatus est, & doctè sanè. Nam sanguis admodum concretus in pectoris cavitatem continebatur, qui per eam tantum de nouo factam incisionem, foras fuit extractus, & æger intra quadraginta dies sanitati restitutus.

*Curatio octuagesima sexta, in qua agitur de mendosa & falsa pleuritide.*

Lydouicus Bobius, vir, ut eius attestantur monumenta, doctissimus, ætatis sue anno sexto supra septuagesimum, quum pleuritide falsa affligeretur, lotiū liuidum & subnigrum, innati calidi extinctionem inueniens, inungebat, pauim tussiebat, nihil speeabat. Occupabat autem dexteram iugulo pendens. At quarto die sternuit, sed nihil sputi, aut mteoris emisit: in quo circa affect

affectum locum acriter doluit: septimo tandem die obiit. Cæterum ille, quum sibi vires labi contemplaretur, assistentibus se mori prædixit: nam & medicinam vir doctus, & senex callebat, & eam exercuerat. Cui bonæ indolis iuuenis quidam ex cubiculariis doctissimi domini Balthasaris à Faria Ioannis tertij Regis Lusitanorum apud Iulium tertium Pontificem maximum oratoris vigilantissimi, obiecit: bono esset animo, quum à docto curabatur medico. Cui ille submissa voce, sed prudenter respondit, Nonne magni illius Galeni tempore ægri moriebantur? Obiit autem prædicto die, non sine tamen piissimi oratoris ingenti dolore. vnicè enim eum amabat solito eo amore, quo doctos omnes, & virtute instructos profèqui consuevit.

*Curatio octuagesima septima, in qua agitur de carneis excrescentiis circa anum enascentibus, quas cristas vulgus appellat.*

**P**Lures carneæ excrescentiæ, non solum mulieribus, sed puerulis ~~quædam~~ ~~quædam~~, circa anum enascuntur: quas nonnulli ex practicis scribingentibus authoribus cristatas hæmorrhoides appellare so-

lent:

lent: quibus rhagades, hoc est ad earum radices scissuræ, similes iis, quæ in labiis oboreæ statim asperiores accidunt, sæpe conspiciuntur. Pro quibus curandis carneis excrescentiis, cum plures plura machinati sint, nos (variis quoque tentatis præfidiis) nullum securius, nec melius hucusque inuenimus remedium, quàm eas forcipibus incidere: incisis enim paucis postea derelicta vestigia curantur: sed rhagades vnguento de plumbo & aliis apprime exiccantibus extirpantur.

SCHOLIA.

*Nephandus morbus is est, quum ex nature ordinem peruertentibus rebus eueniat pullulere. Cæterum contendebant nonnulli medici morbum hunc aqua, ex rebus apprimè constringentibus, vt alumine, & tartaro, ac sublimato confecta eradice: veluti alij argentariorum aqua forti. Sed mea sententia curandi via à nobis tradita cæteris securior est, quum paruum dolorem, & symptomata fere nulla secum trahat, vt experientia longa comprobatum habemus.*

*Curatio octuagesima octaua, in qua agitur de Scirrhuso tumore uteri os occupante: ac de ipsius uteri*

curat

*euerfione & fymptomatibus men-  
fium tempore euenientibus.*

**M**aria Ricia, mulier nata annos quin- que fupra viginti: & quæ Romæ mul- tis proftat, olim folita parere, quum im- prægnari defineret, menfium tempore in- gentiffimis doloribus cruciabatúr: quos confequebátúr fpasmus, animi deliquium, & vniuerfi corporis algor. Succingebant autem dolores inum ventrem ad renes vf- que: quorum caufam medici Romani in- quirentes, talem referebant. Nam, quum hæc nephritide corripí folita erat, eo tem- pore, quo menfes fluunt, vterus tumet, & amplior redditur: ob cuius amplitudinem, vtereres & via à veflica ad pudenda vfque tendentes, coarctabántur, ac fic arenulis defcendentibus à renibus via interfepeba- tur: vnde dolor oriebátúr pullulabátur. Item quòd fanguine menftruo obftrictæ ac coarctatæ viæ inferiores, arenulæ impe- ditam viam inuenientes, per quam liberè folitæ erant percurrere, continui folutio- nem faciunt, & dyfcrasiam, vnde oriúr do- lor, & cruciatus, ad quos confequantur ve- ri, conuulfio, animi deliquium, & per vni- uerfum corpus algor. Cõtra quas affectio- nes, omnes ferè Romani medici multi ten- tarunt

tarunt remedia & varia adhibuerunt medi- camenta. Sed fruflra, quum ægrotans nul- lum ex illis confequuta fuit auxiliũ. Sed indies magis, & magis prædictis dolori- bus, & fymptomatib. (menfibus per triduũ fluentibus) cruciabatúr. Ad eam igitur vo- catus imprimis iubeo duas non nifi difert- tas & bene inftitutãs obftetrices accerfiri: vt eius matricis os apprime obftetricando, difcernerent, viderentque nõquid malũ in eo latitaret occultareturve: quæ prudentes & ex præcipuis obftetricibus Rom. quum effent, & tales quales Hippocrates fepe de- fiderat, hanc ipfam tuberculum durum ci- ceris magnitudine in vteri ore pati fignifi- carunt: quo audito, in mentem fubiit, hanc fcyrrhofum quendam tumorem in vteri ore habere: qui eo tempore quo menfes fluebant, tumebat, & omnia vafcula circa eum contenta, fanguine menftruo peram- pla facta, dolores grauiffimos patiebantur: ad quos vteri verfio feu cõplicatio, quæ nõ aliud eft quàm vteri cõuulfio, fpasmus di- ctus, confequitur. Quippe commotus ac fa- uis doloribus irritatus vterus, fua expultri- ce facultate obnoxia expellere conatur: quem vteri motum conuulfio, animi deli- quium, fenus & motus priuatio, faciei & omnium mēbrorum frigis, confequantur.

Morbi igitur causa comprehensa, quum pinguedinibus emollientibus circa locum & fomentis variis saepe vteretur, ac guaiaci decoctum ebiberet, si non ex toto, ex parte tamen alleuata est: nec tantum, quum menstrua fluunt, vt solebat, cruciari solet nunc.

*Curatio LXXXIX. in qua agitur de muliere abortiente.*

**V**Xor Iulij Folchi apud Romam procuratoris disertissimi, quum vtero gereret, tertio mense foetationis semper abortiebat, & in vita discrimen veniebat. Cuius abortus causam inquirens ipse, compertio hanc temperatura sanguineam & biliosam esse: in qua, quum multus sanguis biliosus, & acutus superabundabat, vasculorum ora foetum alligantium, sua acutie & punctione aperiebat, & dis rumpebat: vnde abortus sequebatur. Quod malum praecavere volentes, iussimus quum vterum gereret, & perturbari ac angere crepisset: illico (vel medico absente) cubiti mediam venam (communem vocant) secare: sanguinemque ad semilibram extrahere iussisset. Quae quum postea sic caute & provide debito tempore sanguinem demeret, illi pariter felix & prosper semper subsequerebatur: nec

enim euacuaciones ante vteri gestationem factae quicquam auxiliabantur.

SCHOLIA.

*Tametsi sanguinis extractio per venae sectionem praegnantibus, vt quacunq; altera euacuatio, periculosa est: nihil hominis tamen primis mensibus sanguinis missio securè exerceri in eis potest vt testatur Galenus enarratione aphorismi illius, Vtero gerentibus venae sectio periculosa est: et eo magis quò grandior foetus fuerit: quia puer quò minor, minori indiget alimento.*

*Curatio nonagesima, in qua de morbo comitali ob malum nuntium subito eueniente.*

**R**euerenda monacha apud cenobium sancti Sixti Romae, & nata Friderici à Palma, nondum vigesimum aetatis suae annum attingens, quum fratrem suum emortuum subito acciperet, illico humi cecidit, & tanquam mortua per horam integram mansit: quae postea vtrunq; reuocata, comitali morbo grauitè cruciari cepit. Quo morbo bis & ter & amplius singulis diebus torquetur: non tamen ad os spuma refertur: quia nondum saeuus & crudelis sextum superexcesserat mensem.

*Curatio nonagesimaprima, in qua agitur de dolore hæmorrhoidum cacarum.*

**R**omana quæ ad pontem sancti Angeli habitat, quum vteri procidentiam pateretur, de hæmorrhoidum dolore querebatur. At quum illi multa & selecta medicamenta admota essent, quibus non iuabatur, ad balanum ex sepo hircino cum opio confectum confugimus: quo dolor evanuit, nec postea rediit. At postea calidis roborantibus locum, prout post admota stupefacientia fieri solet, fouimus.

*Curatio nonagesima secunda, in qua agitur de egregio quodam remedio ambustioni dicato, ex Indico medicamento accepto.*

**I**nter selecta medicamenta combustio-nibus facientia, siue ab igne, vel aqua feruente, aut aliqua alia procathartica causa eueniat, hoc primatum obtinere certum est. Quod habet sic, Lauri folia accipies, siue per quæ porcina pinguedinem ignitam de alto cadere facies; quousque folia ipsa in cinerem vertantur. Eo vero cinere pinguedine obuoluto, ac in vnguenti formam redacto,

redacto, combustam particulam inunges bisque in die renouabis, & eam intra tres dies sanam reddes.

*Curatio nonagesimatertia, in qua agitur de sanguinis mictione critica.*

**I**uuenis robustus, floridus, & sanguineus quum sanguinea febre affligeretur, & pluries illi sanguis esset extractus, sexto die sanguinem cum vrina mixit, & sanitati restitutus fuit. Admirabantur autem assistentes omnes, contendebantque nonnulli alij medici, qui illius quoque curam habebant, de sanguinis suppressione. At nos quum crism per eam viam à natura factam coniectarem, & ægri vires inde non labefactari perciperemus, rem in totum securam & ægotantem liberum, & à morbo immunem esse prædiximus. Solet autem crisis hæc huiusmodi in febribus aliquando licet raro contingere.

*Curatio nonagesima quarta, in qua agitur de diabetis curatione.*

**Q**ui meratoris vini potui indulgebat Romanus, & chretami, id est fœniculi aut petroselini marini dicti, muria conditi largiore victu vsus est: in diabetem affectionem lapsus fuit. Nam quicquid bibe-

bat simul & quale assumebat per urinam reddebat: & intentissimè sitiebat. Ad quem quum conueniremus, & morbi causam perpendissemus, ea procathartica abnegata, quæ antecedentem mouet: saluginosum humorem & mordacem euacuari & obtundi curauimus. Euacuauimus autem eum syrupo rosato solutiuo, de cichorea cum rhabbaro, myrobalanis citrinis, & paucogarico, obtudimus verò ipsum pilula, ovis sorbilibus, halica, carne hædina, & vino paucifero. Sed ut retentrix renum facultas, quæ omnino imbecillis erat, restauraretur, singulis diebus in aurora potum sequentem dabamus,

Recip. Syrupi myrtillorum, rosati de rosis siccis, an. vnc. s. trochiscorum de terra sigill. de spodio Arab. an. scrup. i. aquarum capitum rosarum, plantaginis, corrigiole, an. vnc. i. Misce, quin & renum regioni exterius cerarum ex acacia, hipochistide, mastiche, thure, bolo armeno, ladano, & resina confectum applicuimus: & intra duodecim dies sanitati fuit restitutus.

## S C H O L I A.

Diabetes transitus urina continuus est, aut verius potuoni non mutat, ut lienteria cibi, à renum intemperie calida, cum siti inexpleta inueniens, affectus: qui raro venit, ut eum Gale. lib. 1001

tantum vidisse testetur. Nos autem alterum nouimus in hanc affectionem ob largiorem sarciminis piperati esum incurrisse: qui quoque facile fuit recuperatus, & sanitati restitutus. Fit autem affectio hæc, ut dicitur, ex renum retentrix facultatis imbecillitate, attractricis autem tanto robore, ut totum corpus ob ingentem calorem exhauriat. Instigitur renum passio, & affectus diabetes appellatur: quia sic affecti renes ad se corporis totum humorem attrahunt. Quem sua imbecilli redita retentrix facultate retinere non valent: sed tumultuati in vesicam eum exonerant, & consequenter foras transmittitur. Unde ab aliquibus passio hæc (Galeno teste) capite ultimo libri de Symptomatum differentia, aqua inter cutem ad matulam appellabatur: veluti urine fluor seu luitas, aut ob inexplabilem sitim, displacens.

Curatio ex v. in qua agitur de documento habendo, in pano sine inguinis tumore curando, & quod lignum Guaiacū, buxus apud nos nascens, sit.

LDouicus Bononiensis extra urbem Romæ Lad 50. miliaria commissarius, bubone in inguine pano dicto vexabatur: pro quo propulsando (integro ipso existente) pharmacum medicus quidam illi obtulit, à qua



pharmaci bibitione æger peius sensit: & crustosis vlceribus eius vaiuersum corpus fœdatum fuit. Caueant igitur medici, bubonibus integris stantibus, pharmacum (saltem forte) patienti ne tradant, ne scilicet vitiatam materiam foras naturæ beneficio propulsatam, introrsum denuo reuocent, quum inde priori morbo alij grauiores oriatur. Oportet igitur cocta vtcunque primo materia, eam per incisionem expellere, ac aliquandiu vlcus apertum sinere, vt pus dirumper fluxionis emissarium affatim emanet, quo peracto, mox purgationes tuto exhiberi possunt. Bubonibus ergo, in pestifica lue apparentibus, medici à medicamentorum purgantium propinatione absterent, pro posse suaderem. Nec enim vnquam mihi placuit, id quod nonnulli machinantur, scilicet post epotum pharmacum, potens emplastrum aut cucurbitulam tumori diuertendi ratione admoüere. Cæterum ægroto nostro, post eius tumorem abscessum & vniversum eius corpus per medicamenta euacuatum, buxi nostratis decoctum, eo modo apparatus, quo guaiaci conficitur, dedimus: & intra triginta dies sanitati fuit restitutus. Est enim lignum guaiacum, ex insulis nouiter repertis aduectum idem quod burum Europæi appellant: & conf

conferenti manifestum euader. Proinde vtribus respondere, ab re non est. De quo tertia Centuria, quum dabitur occasio, sermone faciemus.

*Curatio nonagesima sexta, in qua agitur de puero octo annorum, continuo febriente, cui cubiti secta vena fuit & sanus factus est.*

**F**iliolus mercatoris opulenti, qui ad viam peregrini habitat: natus annos octo, quum continuo febricitaret, & à medicis pro deplorato relinqueretur, nos (contradictentibus præcipuis Romanis medicis) illi internam cubiti venam secare fecimus: & sanguinè ad uncias quatuor fluere permisimus: & illico melius habuit. Et intra paucos dies ex integro sanitatem adeptus est. Porro assistentes medicos ad Centuriam primam harum curarum nostrarum relegamus: in qua hæc ad amicum exposuimus.

*Curatio nonagesima septima, in qua agitur de experimento facili & indubitato pro quartana propulsanda.*

**Q**uoniam contra quartanam multa non solum à medicis, sed popularibus & ve-

tulis machinata sint: nos præter quòd die paroxyfmi propinato pharmaco plures sanitati restitui fecimus, vt prima Centuria diximus, nunc quia in hoc leuissimum & securis. experimētum incidimus quod quisque experiri poterit, literis mandare placuit: quod habet sic, Cùm frigore quartanarius torqueri cœperit, cyathum stillaritiæ aquæ rosarum ebibat: quo multa & biliosa euomet, & sanus euadet. Ita enim multis euenisse obseruauimus. Proximum est hîc citare aliud contra quartanæ ingens frigus, remedium, quod ex Galeno habetur, & aliis post eum medicis, sæpe à nobis in vsu habitum, & pro vero compertum: grana quinque, vel sex piperis integra deglutienda, frigoris tempore, ægrotanti cum paucò uino generoso dabis. Quo auxilio repetito, æger bene habebit: vt nostro interuenit ægrotanti, cui quartana per tres desit proxysmos.

*Curatio nonagesimoctaua, in qua  
agitur de singulari quodam to-  
pico medicamento scabiei  
crustis & lepra con-  
ueniente.*

Inter

**I**nter topica remedia scabiei conuenientia, hoc primatum obtinere, tanquam expertus, confirmo, quod habet, Rec. Radices enulæ campanæ viridis libram mediâ: pinguedinis porcine uncias quinque, in mortario marmoreo pistentur, & ad leuatum ignem parum ebulliant, & fiat unguentum, quo æger pustulas inungat. Est enim admirandæ virtutis unguentum hoc, vt incantamento eius opus simile videatur. Cuius vires si expertus fueris, nobis consenties.

*Curatio XCIX. in qua agitur de catapotiiis fortibus nihil ventrem subducentibus.*

**V**ir cui catapotia fortia, hoc est de lapide lazuli, cianeo dicto, confecta propinata sunt, nihil egressit: sequenti uero nocte, à leui deglutita pilula, multa nigra & melancholica per inferiora emisit, & bene habuit.

## S C H O L I A.

Ob catapotiorum & medicamentorum fortium potentiam, natura eorum attenuationem non agreditur: sed ea potius refugit, & deserta relinquit. Propinato uero leui postea pharmaco, ex accidenti concoquantur, & opus suum conficiunt: vt sepe obtingit, & practici norunt.

Curatio

*Curatio centesima, in qua agitur de quodam, cui per narem sinistram sanguinis viginti libræ effluxerunt.*

**A**Ntonius Correa nobilis Lusitanus, quartana febris iādiu affligi cœpit: qui quum eam grauiter ferret, ex Mediolano Romam venit: vbi quum à morbo ob rigidam hyemem, & iter longum grauius corripere, illi repente sanguis è nare sinistra effluere cœpit, & ita copiose, vt intra quinque dies libræ viginti effluerint, adeò vt de funere potius, quàm de eius salute cura inter domesticos iam esset. Cæterum inter cætera huic opitulanti remedia, hæc potissimum iuuerunt, Cucurbitula splenis regioni admota, & gelida testibus applicita, & sæpe innouata. Porro interea dum sanguis effluxit, quartana cursum suum dimisit: Sed postea elapsis paucis diebus rediit, & eam nunc vt antea patitur, temperatura enim biliosa exusta præditus hic est.

## S C H O L I A.

*Sanguinis viginti quinque libræ, parum plus, vel minus, in homine bene disposito reperiri Aui-cenna est author: ex isto vero capitaneo libræ viginti, non nisi intra quinque dies fluxerunt: in quibus*

quibus cibo & potu potissimum reficiebatur, vt huius rei est testis Andreas Lacuna, qui nobiscum in hac curatione quoque erat. Dianam Estensem illustrissimam mulierem Ferrariæ nominamus, à quibus naribus sanguinis libræ vigintiduo producunt, & tauricè valet, vt quoque illius Brasauola commentarijs Aphorismorum tertio meminit.

*Et hæc secunda Centuriæ est finis.*

*Romæ Iulio tertio Pont. Max.*

*vigente, primo Aprilis,*

*M. D. L I.*

**F I N I S.**



# CURATIONES

PER ORDINEM

CONTINENTAE IN

prima Centuria.

\* \* \*

1	<b>D</b> E viperae morsus curatione	59
2	De cholici doloris curatione	66
3	De duplici tertianae curatione	70
4	De capitis intensissimi doloris curatione	78
5	De cholico dolore à lumbricis eueniente	80
6	De lumbricorum curatione	81
7	De pleuritide curatio	86
8	De quartanae curatione	88
9	De sphacelismo depascente	98
10	De febris sanguinea curatione	103
11	De tertiana, & Syrupi quantitate propinanda	112
12	De pleuritide	118
13	De curatione pleuritidis mendosa	119
14	De vteri proclitencia, & eius curatione	120
15	De menstruorum suppressione, & exanthematibus apparentibus per vniuersum corpus	123

16 De febris horrida & sena decocto	132
17 De oris ulcerationibus, &c.	142
18 De oris ulcerationibus & tibiaram & brachiorum scarificatione	145
19 De caluaria percussa reducenda	148
20 De symptomatibus ob dolorem oris ventriculi à bile praesina euenientem obortis	149
21 De febrì derelicta post pleuritim	153
22 De febrì continua cum tussi, & quì medicamenta pectoralia sumi debeant	165
23 De glande non perforata	168
24 De nephritide, & renum arenulis, & de castia fistularis, lenientiumque medicamentorum propinatione	170
25 De duplici tertiana, qua in continuam euasit	171
26 De scirrholo Gallicano tumore	173
27 De partu decimestri, & de mole generibus, ac de matricis varietate	174
28 De febre continua comitante dolore circa costas spurias, & de vini propinatione in febribus continuis	176. & 177
29 De phymate tumore	189
30 De hydrope aquosa	193. 194
31 De cancroso ulcere mamillam infestanti	200
32 De cholico affectu eueniente à vitrea pituita	211

33 De cholico dolore à lumbricis infestantibus eueniente	217
34 De muliere quadam qua peperit, & postea desipiens, & melancholica facta est, ac de computu dierum criticorum in parietibus, & de oxyrhodino	218
35 De manie & melancholia differentia	234
36 De apoplexia & paralyti dicta neruorum resolutione	236
37 De puella febricitante, qua libera per sanguinis è naribus fluorem fuit	238
38 De punctura acus in digito	239
39 De nocumento eueniente ab ingestis fungis.	241
40 De argina & nido hirundinis	243
41 De symptomatibus quibusdam euenientibus ob menstruae purgationis retentionem	246
42 De calculo impediante vrinae exitum, & eius extractione	253
43 De pituita ad oculos descendente, & laqueo ad nucham indito	253
44 De puero inter dormiendum gemente	ibid.
45 De tumore in genu cum dolore & grauissimis symptomatibus	254
46 De ephmera transeunte in synochum, & de ratione victus habenda in die purgationis	255
47 De mamilla ad suppurationem veniente, &	

	<i>methodo mammarum curandarum</i>	216.
48	<i>De dolore sinistras costas mendosas occupante</i>	
	262.263.	
49	<i>De quibusdam Gallica scabie infectis</i>	265
50	<i>De casu quodam morbi Gallicani</i>	267
51	<i>De puero cum cornu in capite nascente</i>	267
52	<i>De pleuritide, ac de vera ratione propter quid</i> <i>in secunda vena sit axillaris eiusdem bra-</i> <i>chij, ubi dolor est</i>	268
53	<i>De dolore ventris, &amp; de iure galli antiqui</i>	
	276	
53	<i>De febre longa oxymelite &amp; agarico tantum</i> <i>curato</i>	277
54	<i>De morbi Gallici cum lichenibus</i>	278
55	<i>De quodam variis affectiones patiente</i>	279
	280.	
56	<i>De lumbricis &amp; alijs signis mortem minanti-</i> <i>bns</i>	281
57	<i>De muliere pregnantē causone correpta</i>	284
58	<i>De dolore intestinorum à causa calida evenien-</i> <i>te</i>	290
	ibid.	
59	<i>De pleuritide</i>	297
60	<i>De duplici tertiana</i>	297
61	<i>De empyemate, &amp; quòd in suppuratis inter</i> <i>secundā &amp; tertiam costam secari, aut vi-</i> <i>debeat</i>	299
62	<i>De quodam qui serpentem interfecit, &amp; il-</i> <i>lico agrotavit, &amp; intra paucos dies obiit</i>	304

63 De

63	<i>De nephritide &amp; articulari morbo, terebin-</i> <i>thina curatis</i>	305
74	<i>De quibusdam sublimato infectis, &amp; sanitati</i> <i>restitutis</i>	306
65	<i>De quodam patiente dolores ventriculi, &amp;</i> <i>imi ventris à bile prasina genitos</i>	309. &
	310	
66	<i>De vulnere inflicto in quinta costa</i>	319
67	<i>De vulnere inflicto inter umbilicum, &amp;</i> <i>ventriculi</i>	320
68	<i>De quodam patiente stomachi morsus cum ca-</i> <i>pitibus vertigine, &amp;c.</i>	222
69	<i>De tumore aquoso in capitibus puerorum, quā</i> <i>primū in lucem editis plerunq; apparente</i>	323
70	<i>De dolore enixi superueniente, &amp; quā fal-</i> <i>sa sint signa in pregnantibus indicantia</i> <i>masculum &amp; fœminam</i>	323
71	<i>De puero patiente dysenteriam</i>	326
72	<i>De dolore ventriculi cum febre &amp; anxietati-</i> <i>bus</i>	327
73	<i>De ingenti ventriculi dolore</i>	328
74	<i>De ulcere fauces depascente</i>	328
75	<i>De ulceribus Telephii &amp; Chironii dictis, spu-</i> <i>rias costas occupantibus</i>	332
76	<i>De abscessu in capite apparente, quem recen-</i> <i>tiores, talpam appellant</i>	335
77	<i>De simplici tertiana cum nonnullis symptoma-</i> <i>tibus</i>	338

78	De tertiana continua	340
79	De capillorum defluvio	343
80	De prasagio in duplici tertiana	344
81	De dolore coxendico	345
82	De quibusdam symptomatibus oris post rube comestione	348
83	De morbo regio ictero dicto, ob crurum ulcera quaedam obclusa eueniente	349
84	De subluxata vertebra quaedam spine, & symptomatibus, ac de ossium compositione	352
85	De oris tortura	357
86	De splenis duritie & tensione	359
87	De angina	360
88	De duplici tertiana, & de venarum sectione	361
89	De parotidibus in adenis iuxta aures nascenti- bus	362
90	De dolore coxendico, & radice china	364
91	De tertiana continua, & an in febris bilio- sis sanguinis extractio per venae sectionem conueniat, simul an syrups frigidi illis meri- to dantur: demum, an in die critico pharma- cum dari possit	368
92	De ventriculi antiqua erosione, & capitis de- stillatione, ac tussis ingenti sicca, & nonnul- lis alijs, quae agrotam, ad obitum traxe- runt	377

93	De ani proeidentia, & de sedis haemorrhoidi- bus, ac pudendorum tumefactione	393
94	De quodam asthmatico, suspirioso dicto	395
95	De dolore pedum	396
96	Ubinam deficientibus brachialibus, arteria- rum pulsus pro deprehendenda febris tangi à medico debeant	396:397
97	De carbunculo in oculi balbeho	397
98	De motione remediiorum circa os ventriculi male affecti	400
99	De podagra & chiragra, & nonnullis, quae ad venae sectionem faciunt	404
100	De angina occupante laringem & oesopha- gum: simulque quod per clysteres injecta iu- scula nutrire possunt	408

# CURATIONES SECVN-

## D AE CENTVRI AE.

- 1 **D**E destillatione calida 435  
 2 De occipitio fracto 430  
 3 De quodam, qui ob capparum multarum e-  
 s- *ad am graua* lumbrotata deuevit  
 433  
 4 De quodam, qui ob errorem commissum in pleu-  
 riide obiit. 436  
 5 De coccyge offe; cauda dicto; recuruo; ac in-  
 flammatione prope ipsum oborta ibid.  
 6 De puero comitiali morbo laborante, quem epi-  
 lepsiam dicimus 438  
 7 De paralyssi, id est, nervorum resolutione &  
 spasmu, id est, conuulsione, & oris distortio-  
 ne 440  
 8 Quomodo dignosci debeat imbecillitas virium  
 per oppressionem facta, ab ea, quae per disso-  
 lutionem contingit 449  
 9 De quadam spasmi, siue conuulsionis specie,  
 Emprothotono dicta 456  
 10 De quadam muliere per vuluam stercus emit-  
 tente 457  
 11 De quodam, qui ob lapsu ex arbore, vri-  
 nam retinere non valebat 458  
 12 De imbecillitatis ventriculi curatione 458

13 De

13 De quodam, qui ob suppressum sanguinis flu-  
 xum per haemorrhoides consuetum, in sanguinis  
 screationem (*αίμωσις* Graeci dicunt) deue-  
 nit 460 & 461

14 De catalepsi, id est, congelationis morbo 462

15 De catoccho, id est, sopore vigilente, siue dor-  
 mitione vigilante, dicto morbo 465

16 De quodam, qui quum ab scabie per linimen-  
 tum curatus fuit, in quandam faciei, & la-  
 biorum incidit fixam affectionem: simulque  
 de propinanda aqua lactis ad Priscorum ini-  
 tationem 471

17 De muliere enixa, quae sanguinem menstruum  
 per nares, & os mittebat 474

18 De quodam, qui re venerea vti non poterat,  
 & restitutus fuit 475

19 De quodam, qui ex scala lapidea cecidit: &  
 illi brachium, & sinistrum crus, absque motu  
 manserunt 479

20 De impostura quadam, scilicet quod medicus  
 quidam leui quodam clystere puellam interfe-  
 cerit 481

21 De muliere quadam per mammam sanguinem  
 menstruum emitteute 488

22 De papulis quibusdam circa brachialia, &  
 manus, ac vtriusque pedis astragalum, talum  
 dictum, repente eruptentibus 489

X 4



23	De vermium curatione	492
24	De Erysipelate phlegmonoso	493
25	De Erysipelate puro, apud Auicennam, spina dicto	495
26	De caro id est, veterno morbo, quem Arabes Subet appellant	498
27	De comate febrem sanguineam comitante	499
28	De Erysipelate in iecore orto	504
29	De lichene impigine dicta	507
30	De Aethiopiibus marasmo consumptis	512
31	De methodo, & vera regula propinandi decoctum radicum cynarum, pro Iulio tertio Pontifice Maximo, ad Illustrissimum ac iuxta humanissimum dominum Vincentium de Nobilibus, Anconæ equissimum præsidem	513
32	De cholera morbo, simulque de Axiomate hoc, Raphanus digerit, & non digeritur	526
33	De quodam, qui ex unguento illito supra scabiem, intra noctem obiit	536
34	De elephantia Auicennæ	537
35	De psora, & lepra Græcorum	542
36	De quodam, qui ob rosæ odorem continuo in syncope, & animi deliquium incuriebat	542, 543
37	De herpete militari	544
38	De verrucarum curatione	551
39	De puella in virum versa	553

40	De puero, qui vesiculam vermibus plantam gessit	554
41	De vermibus, & signo letifero	555
42	De duobus quartanariis: quorum alter ob esum melongenarum obiit, alter vero euasit ibidem	
43	Quod theriaca pueris tuto propinari poterit	557
44	De dysenteria, torminibus, siue intestinorum difficultate, morbo dicto	562
45	De dysenteria ab atra bile orta	581
46	De dysenteria biliosa gelide potu curata	583
47	De quodam, qui quum dysenteria cruciabatur, cum muliere coiuit, & sanus est factus	ibid.
48	Quod dysenteria biliosa sanguinis missio conuenit	584
49	De puella ventris profluvio laborante	589
50	De iecoraria dysenteria	590
51	De utero gerente muliere, dysenteria laborante	591
52	De muliere quadam, que quum pariebat, infana & melancholica fiebat	592
53	De puella, ob dysenteriam male curatam emortua	592
54	De quodam heclico ad extremam maciem deveniente, qui postea sanitatem fuit adeptus	597


¶ De apparatus trochiscorum de vipera thetiam adornantium	599
56 De henteria	604
57 De puero mania correpto	ibid.
58 De puero continuo febriente, qui sola crurum scarificatione sanus euasit	608.609
59 De muliere veterum gerente, dolore affecta	609
60 De quodam, qui panis, sine circa inguina bonibus corripiebatur	610
61 De ulceribus renibus firmatis	613
62 De nonnullis, qui ob potum frigidam mortui sunt	616
63 De ultimo iam in morbis refrigeratis	617
64 De iuvene mania affecto	ibidem
65 De puero, qui epoto arsenico post elapsum annum obiit	620
66 De melancholia morbo	621
67 De mania ob oclusum vlcus eueniente	625
68 De Ephemera febre cum maxima vrina excretionem, singulis annis eueniente	626
69 De puero deuorante aneum quoddam numisma	628
70 De muliere, qua vocem amisit, ob alterum nervorum recurrentium in collo male affectum	629
71 De Enterocoele, id est, intestinalis ramiciuratione	630

72 Quomodo medicamentum purget: & de eluatione medicamentorum	632
73 De crustoso vlcere aures, & faciem inficiente	644
74 De pruritu, & scabie vniuersum corpus follicitantibus	647
75 De duplici tertiana solo minoratio eradica-ta	652
76 De puella duplici tertiana, per subintrantiam, continua dicta laborante: cui Caros, morbus Veterinus dictus, superuenit: quem Arabes Subet appellant	653
77 De patiente duplicem tertianam	654.655
78 De morsu canis	ibidem
79 De elephantici cuiusdam curatione	656
80 De puero febre biliosa diuturna laborante	658.659
81 De selectuario ad eiaculandam semen facientem	660
82 De scirrroso tumore ob casum suppurato, & in vlcus verso: ex quo mors subsequuta fuit	662.663
83 De vulnere inter utrosque cerebri ventriculos penetrante	666
84 De hernia aquosa, ramice humoralis dicto, & quo pacto morbus hic repullulare soleat	667
85 De vulnere cuidam inter furculam, & humerum	

- merum inflicto 669
- 86 De mendosa, & falsa pleuritiide 669
- 87 De carnis excrescentiis circa anum enascentibus : quas Cistas vulgus appellat 670
- 88 De scirrhuso tumore vteri os occupante : ac de ipsius vteri euerfione : & Symptomatum mensium tempore euenientibus 671. 672
- 89 De muliere abortiente 674
- 90 De morbo comitiali, ob malum nuncium subito eueniente 675
- 91 De dolore hemorrhoidum cacarum 676
- 92 De egregio quodam remedio ambustionibus dicato, ex Indico medico accepto 676
- 93 De sanguinis missione critica ibidem & 677
- 94 De diabets curatiõne ibidem
- 95 De documento habendo in pano, siue inguinis tumore curando, & quòd lignum Guaiacum, buxus apud nos nascens, sit. 679
- 96 De puero octo annorum continuo febrienti, cui cubiti vena secta fuit, & sanus factus est 681
- 97 De experimento facili, & indubitato, pro quartana propulsanda 682
- 98 De singulari topico medicamento scabie, crustis, & lepre conueniente 683
- 99 De Catapotis fortibus nihil ventrem subducentibus 683

100 De quodam, cui sanguinis libræ viginti per narem sinistram effluxere, & euasit 684

FINIS PRIMAE ET SECVNDAE CENTVRIAE,



# INDEX RERVM

## MEMORABILIVM,

QVAE IN HOC LIBELLO continentur.

A



Binzoar filio suo trimovenam secuit 104

Abscessum iuxta aures curatio 361

Acetum melancholicis, & quartana laborantibus non conuenit 96

Acetum neruis obest 442

Acuti morbi quatuordecim diebus terminantur, quomodo intelligi debeat 55

Aeger parere debet medico 7

Aegri parcè cibandi die purgationis 256

Aeti us cholico dolore affigi solebat 193

Aetij opinio non probatur 85

Affectuum variarum curatio 279.280

Alexander Tralianus Galenum vellicat 421

Alkola oris vlceratio est 142

Alteretus medicus doctissimus 90.118.158

Alui profluuium pleuriticis quando est bonum, vel malum 88

Amp

## I N D E X.

Amphion Turcarum, non est papaueris succus, sed longè alterius herbæ 478

Andreas Lacuna Secobiensis notatur 462

Angeli Ferreti reuerendi curatio 291

Anginae curatio 243.360

Ani procidentia, & eius curatio 393

Anthraxis in palpebra curatio 397

Antonius Musa Brasauolus Aphorismorum enarrator 486

Aphoriss. primæ particulae exponitur 452

Apoplexiae curatio 236

Apoplexia vniuersalis paralysis est 237

Apoplexia & epilepsia differunt ibidem

Aptha oris vlceratio est 142

Apthae curatio 142

Apthae tribus sunt modis 145

Aquae potus ad satietatem quando febricitantibus dari debeat 75

Aquae lactis dotes, & propinatio ad priscorum modum 472

Aqua vt bona sit, quae requirantur 46

Aqua saccharata multum pectoralis 419

Aqua stillatitia ex corticibus fabarum vrinam cit, & apprime diuretica est 429

Arabes in hydropne aquosa errant 197

Archigenis opinio de die octauodecimo 16

Archigenes & Erasistratus octauumdecimum diem, tanquam vigesimiprimi speculatorium, describunt 16

Arria

Arria mulier Platonice Philosophiæ maxime dedita à Galeno curata	460
Aristotelis sententia de partu viperarum exponitur.	63. & 64
Aristoteles taxatur circa generationem lumbricorum in stomacho	81. 82
Arsenicum post annum ebibitum interfecit	620
Arteria si non apparet in brachialibus, in pedis tarso tangenda est pro febris deprehendenda	397
Athritis quid	234
Ascites hydrops aquosa est	194
Asparagi plus iusto comesti bilem prassinam gignunt	436
Asthmatici curatio	395
Augustinus Niphus maximus Aristotelis interpretres	82
Auicenna Fen quarta primi exponitur	368
Auicenna in cura morsus viperæ restituitur	64
Auicennæ error in erysipelate notatur	497
Auicennæ canon multis scater erroribus	64. 65
Auicennæ regula in diebus criticis interpretatur	47
Authoris iudiciū in diebus criticis	26 & 27
Author in Dioscoridē commeteraria scripsit	61
Author contra Galenum agit	127. 128
Author	

Author phymate laboravit	190
Axioma dicens, Morbi quatuor habent tempora, quomodo intelligi debeat	36

## B

Balthasar de Faria orator Lusitanus apud Iulium III. Pont. Max.	667
Baptista Montanus medicus Patauinus doctissimus Aëtium latinum fecit	209
Bartholomæus Eustachius Ducis Urbinate medicus doctiss.	65
Bartholomæus Abiosus medicus doctissimus	648
Benedicta medicamenta, quæ	136
Bilis prasina generatio	152
Branchus Latinè Raucedo est	416
Brachij, & cruris, sensum, & motum deperditum habentium curat.	478
Braſauola medicus doctissimus	187
Brisotus Gallus	68
Bulimia fames insatiabilis à lubrico orta	80
Buxus, lignum guaiacum est	680

## C

Cachexia quid	199
Calaphurræ medici casus	481
Caloris non naturalis curatio	279. 280
Caluarie vulnera plerunque intra triginta quinque dies solidescunt	432
Canis rabidi morsus curatio	655
Capparum multus vsus varia symptomata	

creavit	433
Capparum temperatura	434
Capillorum defluuium & eius curatio	342
Capitis destillationis curatio	376
Carbunculi in palpebra inferiori curatio	397 & 398
Cassia fistularis & lenientium medicamentorum methodus propinandi	170. 171
Catarrhus Latinis destillatio proprie dicitur	416
Catharro in calido ceratum calidum natura admonendum non est: secus autem in frigido	425
Cataphora quid	501
Cataplasmata Iecoris erysipelati conueniens	506
Cataleptis morbus congelatio est	462
Cataleptis ab humore frigido, & sicco fit	465. 466
Cataleptis posteriores potissimum capitis occupat partes	462
Cataleptis ab Apopl. in quibus differt	464
Cathocos morbus, dictus sopor vigilans, siue dormitio vigilans: differt à catalepti. vide scholia	465. 466
Caros, veterum morbus est: quem Arabes subet appellant	498. 502. 503
Carnosarum cristarum circa anum enascensium curatio	670

Causonidis curatio	449
Ceratum capitale	390
Ceratum ex Tapsia concinnatum, an capiti in catarrho calido applicandum sit	421
Chinarum radix	364
Cholerae morbi curatio	525
Cibus nutriens qualis dicatur	633
Cynarum radices decocti methodus dandi sicc. & seq.	
Clysteris artificium excogitatum contra ileum morbum	408. 409
Clyster nobile medicamentum Auicennae	486
Clysteres vnde potissimum euacuent	485
Coccyx os est cauda dictum 438. constructum ex tribus ossiculis, inibi in scholia: per quod nulli conspiciuntur nervi diffeminati in homine: secus autem in simia inibi pro Galeno intelligendo.	
Cholici doloris curatio, & eiusdem signa à caliditate	409
Cholicus dolor à lumbricis ortus	80
Cholici doloris à pituita vitrea geniti curatio	211
Colubrilla Hispanis Erysipelas est	495
Coma quid	502
Comitialis morbus ob malum nuncium repente ortus	675
Conditiones dandae gelidae ad satietatem febricitantibus	73

Conditum ex violarum succo	418
Cornu in pueri capite orti curatio	267
Cornarius medicus	403
Coriza Græcis, Latinis Grauedo est	416
Coryla hemina est	117
Coturnix avis mali succi	204
Coxendicis doloris curatio	345
Crisis quid sit	11
Crisis futuræ signa	11, 12
Crisis rarò primo & secūdo die bona fit	33
Critico die, an pharmacum & venæ sectio, ægrotañtibus tutò adhiberi possunt	368
Curatio tribus conficitur	5
Curatio prima de viperæ morſu	59
Curatio pueri gemitus inter dormiendum dantis	253

## D

Decoctum pectorale	419
Deplorati refrigerati quomodo restituan- tur	655
Destillationis calidæ curatio	415
Diabetis curatio	677
Diatragacanthum frigidum vniuersæ Ita- liæ familiare	418
Dies decretorij	13, 14
Die primo & secundo nunquam bona cri- sis fit	33
Dies integri, nullis demptis fractionib. à medico sunt considerandi	25
Dies	

Dies decretorij laudabiles & illaudabiles	
13, 14	
Dies decretorij per septenarios	14
Dies tertius decretorius est	37
Dies quartus decretorius est 38. & septimi index est	40 & 41
Dies quintus intercalaris est	41
Dies quintus iudicatorius, & indicatiuus dicendus est	41
Dies sextus tyranno similis est	42
Dies sextus synochas febres bene indicat 44, 45	
Dies septimus regi benigno similis	45
Dies octauus melius iudicat quàm sextus, & octauo decimus melius quoque	46
Dies nonus ex intercalaribus fortior est	47
Dies decimus	48
Dies tertiusdecimus medium obtinet inter bonos, & malos dies decretorios	52
Dies quartusdecimus optimus decret.	53
Dies quintusdecimus, vt Diocli & Archige- ni placet, tertij hebdomadæ principium est	56
Dies septimusdecimus inter primæ notæ dies adnumerandus est	ibid.
Dies decimus octauus & decimus nonus	57
Dies vigesimus decretorius est, nō primus, & vigesimus	57
Dies in patientibus quomodo computari	

debeant	218
Die quarto rarò peracuti morbi indicantur	
38	
Die septimo multi moriuntur	45
Die duodecimo rarò morbi terminantur	52
Die sextodecimo non indicantur morbi	56
Diei vndecimi cum quarto differentia	48
Dierum decretoriorum lunaris ratio	21
Dierum inæqualium ratio	22
Diatrium pipereonis calor venas non ascēdit, & causa	97
Diamargaritonis frigidi descriptio	164
Didacus Mendocius Cæsaris apud Venetos orator per Authorem curatus	201
Digestio quid	533
Digerere non est concoquere	ibid.
Dionysius Lusitanus medicus doctus	66
Decem à medico in pròprium sunt habenda	6
Dysenterix curatio	326. & 662. & seq.
Dysenterix summa cõsideratio inibi in sch.	
Dysenterix rhabarbarum vstum minime conuenit	579
Dysenterix sanguinis missio an conueniat, vel non	587
Dysenterix medicamēta conuenientia	597
Dysenteria an intestinis crassioribus vel gracilibus hæreat	563
Dysenteria ab atra bile orta lethalis. 584. ple	
runque regionibus in calidis oritur, vt India,	

India, Aegypto	ibid.
Dysenteria cur Lusitani in India tam grauitè corripiantur	ibidem
Dysenteria biliosa gelida curata	585
Dysenteria iecoraria	593. 594
Dysenteria laborans prægnans, emixa sana euasit	593
Dysenteria ante partũ salubris censetur	594
<del>Dysenteria ante partũ salubris censetur</del>	586
Dysentericis caro perdicis & pauonis commendatur	570
Dysentericis lac nõ ita temere dādũ est	580
Doctor Gondisaluus apud Salmaticenses doctus	220
Doctor Appara	ibidem
Dolor ventriculi à prasina bile ortus, & eius curatio	309
Doloris capitis intensissimi curatio	78
Doloris ventriculi & aliorum symptomatũ à bile prasina euenientium curatio	149
Doloris intestinorum à caliditate euenientis curatio	290
Doloris occupatis mēdo fas costas cura.	263
Donatus Antonius ab Alto mari medicus clariss.	133
Duellum inter morbum & naturam	12 & 13
E	
Echidna, vel echis Græcis dicitur	62 & 63
Eclegma pectorale	419



Edulium ex fabis flatuosum	428
Elephantia Auicennæ	536
Elephantiasis morbus, Galeni tēpore apud Germanos non reperiebatur	538
Elephantiasis Græcorum differt ab elephantia Auicennæ	ibid.
Elephātiāsis, sancti Lazari morbus est	ibid.
Elephantiasis, ante Pompeium magnum, morbus Italiæ ignotus, erat...	540
Elephantici curatio	656
Empyematis curat.	299
Emprosthotoni curat.	456
Enterocæles curatio	630
Ephemera transuentis in synochum curatio	255
Epithema cordiale	202
Erasistrati, & Archigenis opinio de die decimo octavo	15
Erysipelatis phlegmonodis curatio	493.494
Erysipelas purum, spina ab Auicenna dicitur & illi herbæ convenientes	495.496
Erysipelas, sacer ignis dictus	496
Erysipelatis consideratio ibi, in scholia	
Erysipelatis in iecore orti curatio	504
Exanthematum curatio	123
Aethiopes facillimè senescunt	511
F	
Faba fresca pectori conuenit	429
Fabæ coctū difficiles & flatulētæ sunt	428

olim

olim gladiatorum cibus	ibid.
Fabæ pectoris excreationibus vtiles	428
Fœminam mutari in virum non est fabulosum	553
Febris sanguinæ curatio	103
Febris sanguinæ quæstio & ad quot dies perdurat	110.111
Febris ephemera cum urinæ excretionem sin- gulis annis veniens	626
Febris biliosæ diurnæ curatio	658
Febris sanguinæ tres differentiæ	112
Febris synochus	108
Febris continuæ cum tussi curatio	165
Febris post pleuritim derelictæ curatio	133
Febri synochus dicta inter ephemeras re- poni debet	108
Febris horridæ curatio	132
Febris longa solo oxymelite, & agarico cu- rata	277
Febri continuæ cum dolore spuriarum co- starum curatio	177
Febribus biliosis an sanguinis extractio conueniat	368
Febrientibus an vinum conueniat: 177. & deinceps.	
Federicus Seuerinus	495
Fons propè Fulgineum contra venenato- rum morsus valens	62
Formica miliaris, herpes miliaris est, non	

verò myrmecias genus quoddam ver- rucarum	548
Franciscus Magnus chirurgus Ferrarien- sis	203
Fugorum ingestorū nocumēti curatio	240
Fungorum alimentum quale	243

## G

Galenus ditissimus medicinę Oceanus	453
taxatur	85, 562, 574
Galenus semel in quarto crism vidit, & Archigenes bis	39-40
Galenus maximus medicinę ampliatur & assertor 72. princeps	167
Galenus sæpe iuuenis ægrotabat	193
Gallica scabie multi infecti	266
Gallicę scabiei vnguentum conuenientif- simum	279
Gallici morbi curatio	265
Gangręna quid sit	102
Gętilis de Fulgineo Auicęnę enarrator	546
Gnaphalium herba contra dysenteriam va- let	570
Gordonius commendatur	43
Guaiacum lignum apud nos buxus est	679

## H

Hęcticę curatio	597
Hęmorrhoidum cęcarū curatio	394, 676
Heluo ab Authore visus qui Struthiocame- lus dicebatur	629

Hemina

Hemina qualis sit mensura	117
Herpes quid	547, 548
Herpes miliaris	550
Herpes miliaris fit à bile pituitę mixta	544.
Esthiomenos, id est exedens	547. vlcero- sus formica corrosiua est
Hernia quid	636. & 637
Hierę simplicis Galeni descriptio	380
Hieronymus Cardanus Medicus errat	427
Hippocrates morbis grauissimis laborauit	192
Hippocampus qualis sit pisciculus	343
Hirundinis nidus anginę conuenit	243
Hispani aquę potatores	184
Historia de scarificatione	147
Hydrocephalo aquosus tumor in puero- rum capitibus repertus	323
Hydropis tres species 199. curatio	194
Hydrops aquosa fit inter peritonęum, & omentum	197
Hydrops aquosa quomodo aperiri debeat.	195. carnosę cęteris speciebus periculo- sior est
Humor salus, an calidus, vel frigidus sit	199
390	
Humores cur euacuentur à medicamento eos non respiciente	643
Humoris falsi generatio	391
Humorū differentię ad tria simplicia gene-	

32

ra reducuntur 137

## I

- Ictericia à pituita non datur 351. & 352  
 Ictericitæ varia nomina 305. curatio 353  
 Ileon morbus dictus, Misere mei Deus,  
 & eiusdem curatio 409  
 Impetigines à Gale. descriptas C. Celsus pa-  
 pulas appellat 509  
 Insania à partu cuidã mulieri eueniens 392  
 Intestinalis ramex 636  
 Iudæorū superstitio in habendis liberis 476  
 Ius galli antiqui, ventris doloribus, & coli-  
 cis affectibus conuenit 276  
 Ius lauans post purgationem quomodo da-  
 ri debeat 259  
 Iuscula, & nutrimentum per clysteres inie-  
 cta nutriunt 408

## L

- Lac dysenteriam biliosam patienti dādum  
 non est 578  
 Lactis aquã quomodo antiqui dabant 472  
 Lapidis urinæ exitum impediētis cura-  
 tio 253  
 Laqueus ad nucham inditus 253  
 Leonardus Fuchsius in sua Praxi errat 470  
 Lepra Græcorum leuis morbus 540 parum  
 differt à psora 541  
 Lethargos morbus qualis 503  
 Leucophlegmatia quid 199  
 Lex

- Lex medicorum 487. contra medicorū in-  
 scitiam nulla est 495  
 Libidinem incitantia 175. 176  
 Lichenes impetigines sunt, & eorum diffe-  
 rentiæ 507. & 508  
 Lignū guaiacū buxus in Europa nascēs est  
 Lyenteria, & eius curatio 604 (679  
 Ludouicus Viues chiragra laborabat 407  
 Lumbricorum signa bona & mala 81  
 Lumbricorum tres species 82  
 Lumbrici lati non sunt intestinorum ramē-  
 ra 82. magis vexant à meridie, quàm alia  
 hora 86. 87  
 Luxatæ vertebrae 347

## M

- Malum de Mazucho Italis, cathocos mor-  
 bus est, Hispanis la modorrilla 469  
 Malum punicum obstruit 665  
 Mamillæ suppuratæ curatio 261  
 Mamillarum curandarum methodus ibid.  
 Manardus defenditur 138  
 Maniæ ob occlusum vlcus curatio 610. &  
 625  
 Mania à melancholia quibus differat 123  
 Marasus animal viperæ est 62  
 Mathiolus Senecis errat in hippocāpo 344  
 Matricis varicosæ 175. & 176  
 Medicamenta pectori conuenientia supinè  
 sumi debent 165  
 Medica

Medicamenta actu, & potentia talia	634
Medicamenta fortia cur sæpe non purgant	683
Medicamentum singulare scabiei conueniens	682
Medicamentorum aequatio quomodo fiat	632.633
Medici, qui leni quodam clystere puellam interfecerat impostura	480.481
Medici boni & fidelis officium	218
Medici taxantur indeterminata syruporum mensura	714
Medici serui dicti quales	6
Medici Hispaniæ & Italiæ taxantur	157
Medicinæ sæpe vertuntur in humoré, quem respiciunt	642
Medicina nutriens	633
Medico parère debet æger	7
Medicus secundum ægrotantis opulentiam vel pauperiem remedia parare debet	491
Medicus doctus sit oportet	5
Medicus si non nouerit morbum quid agere debet	8
Medicus generosus sit oportet 12. idem index inter morbum & naturam ibid. integros dies pro computu dierum criticorum considerare debet	24
Medicus Italus apud Paulú Æginetam citatus cholicas affectiones sæpe frigidis rem	med

mediis curabat	69
Melancholiæ morbi curatio	621
Melancholia morbus	218.222
Mensis circuitus 21.coitionis 22.medicinalis	23
Mensibus retentis sanguinis missio aliquando ex cubiti vena fieri debet contra Galenum	128
Menstruorum suppressorum retetorum curatio	243.246
Methodus mammatum curandarum	261
Michaël Villanouanus doctiss.	133
Molæ genera varia	147.175
Morbi initium quando	24.25
Morbi sanguinei paribus diebus terminantur 43.44.acuti quatuordecim diebus terminantur, quomodo intelligi debeat 54. Chronici qui 58. post quadragesimum diem potius concoctione & abscessibus, quam iudicationibus terminantur	57
Morbi comitalis ob vlcus oclusum curatio	439
Morborum initio tu:ò purgamus hodie	136
Morborum initii Hippocrates & Galenus purgationibus vsi sunt	ibid.
Morborum principium triplex	34.35
Morbus in principio, an rectè terminari possit	35
Morbus regius	351
	Mo:lus

Morbus omnis salubris quatuor habet tem-  
pora 9  
Morbus in statu grauior est 10  
Mulier enixa sanguinem menstruū per na-  
res & os mittebat 474. ob alterum ner-  
uorum recurrentium in collo laxam vo-  
cem amisit 619

## N

Naturæ & morbi duellum 12.13  
Nauseabūdīs venę sectio nō admittitur 309  
Neophyti qui 512  
Nephritidīs & renū arenularū curatio 170  
Nero imperator multum porro, quum be-  
ne cantaret, se debere fatebatur 420  
Nervi recurrētes si malè afficiuntur, & vox  
quoque malè afficitur 619  
Numeri consonātes & dissonantes 29. & 30

## O

Occipitis fracti curatio 430  
Occipitis os capitis cæteris robusti<sup>9</sup> est 432  
Olea quæ paralyſi conueniant 441. & 442  
Olei linini innata proprietates 460  
Oleo de vitriolo vires plures insunt 501  
Opobalsamum ex Peru aduectum 602  
Orbasius Aphorismis multa cōtra Hippo-  
cratis mentem adiecit 16.17  
Oris tortura quomodo curari debeat 446.  
distortio duplici modo fieri solet ibid.  
Oris ulcerationum curatio 142  
Os

Os sacrum humanum sex componitur ossi-  
bus: simiæ verò tribus tantum 436  
Ossis coccygis plicati curatio 434. 435  
Ossium compositio 351. & 352  
Oxyrhodinum cuiusdam capitis parti appli-  
candum sit 220. & 232. 233

## P

Papulæ ob menses retētos, & earum cu-  
ratio 123  
Pani à quo potissimū humore gignātur 610  
Paralyſis & conuulsio à pituita plerunque  
oriuntur 446  
Paralyſis initio calfacientibus potentibus  
vti non debet medicus, quia materiam  
magis fluxilem reddit 446  
Paralyſis est neruorum resolutio 237. parti-  
cularis apoplexia est ibid.  
Parotides, & earum curatio 362  
Partus decimestris naturalis est 174. 175  
Pastilli alandaal ex quibus constant 194  
Pariētibus quomodo dies decretorij com-  
putandi sint 118. 119. & in scholiis.  
Pauli Æginetæ opinio reiicitur 85  
Paulus fabas cum corticibus magis laudat  
in pectoris affectionibus 429  
Pauperes cur ditioribus citius & ocius se-  
nescunt 370  
Pectori conuenientia medicamenta supinè  
sumi debent 166

Pectoris perforati curatio	318.319
Pedum dolores	396
Phalangij herbæ mirum	643
Pharmacum cur non purgat	642.643
Pharmacum & venæ sectio in eodem die damnantur	110
Philosophi & huicq; medici errant in vi- peræ consideratione	638.
Phymata pani inguinum sunt	618
Phyma bubo in inguine est Latinis panus dictus	191.192
Phyma furunculi species ibid. eiusdem cu- ratio	192.193
Pilularis forma in affectibus partium remo- tarum optatior est	442
Pisces varij, & eorum nomina varia	205
Pituitæ cum laqueo ad nucham indito cu- ratio	253
Pituitæ falsæ origo	391.392
Pituita falsâ an sit calida, vel frigida natura	392
Pleuritide correptus cum vxore coiuit, & mortuus fuit	436
Pleuritidis mendosâ historia	669
Pleuritidis curatio	231
Pleuritidis eiusdem lateris interna vena, axillaris dicta, an secanda	268. & seq.
Pleuritis mendosâ vera periculosior est	120
Pleuritidis mendosæ curatio	120.268
Plinius	

Plinius in vipera errat	63.
Podagra filia Bacchi & Veneris est	405.406
Podagræ & chiragræ curatio	404
Polydori Virgilij laus	332
Porrum pectorale est	410
Præceptum in dandis minorantibus phar- macis	652
Prægnanti sanguis per venæ sectionem ex- trahitur	675
Prasinæ bilis generatio	152
Prasinus humor à frigiditate ortus inter pi- tuitæ species numerandus est	ibid.
Prægnantibus signa indicatâ masculinum & fœminam quàm dubia & incerta sint	323
Prægnans causone correpta, & eiusdem cu- ratio	284
Præfagium desumptum à nebula pendente in duplici tertiana	343
Præfagia à lumbricis	282
Primus dies decretorius qualis	32
Principium morborum triplex	33.34.
Bruna ventrem subducunt	170
Prisana optimè coqui desiderat	427
Pueris ante 14. annum venæ sectio tutò fie- ri potest	104
Puella quædam in virum versa	553
Puero octo annorū vena cubiti secatur	681
Puerorum substantia facillè digeritur	486
Puncturæ acus curatio	239

Purgationis die quomodo ægri cibādi sint  
256

**Q**  
Quantitas & locus nos cogunt ante mate-  
riæ concoctionem purgare 138. 139  
Quartanæ curatio 88  
Quartana experimento curata 682. exqui-  
sita spuria longinquior est 97  
Quartana quæ semel corripit, non amplius  
hominem incidit 96  
Quartanarij duo eodem edulio vescentes,  
alter obiit, alter verò euasit 557. 558  
Quartanarij sæpe esu eduliorum pessimo-  
rū à quartana liberantur 556. cura 681. 682  
Quartanariis die paroxysmi pharmacū pro-  
pinatur 88

## R.

Radix tynarum, & eius propinandi metho-  
dus 512. & 513  
Radix chinaram 363. 364  
Radix Sinarum quibus affectionibus con-  
ueniat 365  
Radice Sinatum temperatura ibid.  
Radice chinaram decoctum, & eius dandi  
ordo 366. 367  
Radice chinaram libellus per Vesalium in-  
scriptus totus anatomicus est 512. & 513  
Ranex humoralis curatur 667  
Ramicis genera diuersa 612

Rapon

Raponticum Græcorum 313  
Renum vlcera confirmata 613  
Remedium combustioni dicatum 676  
Rupturæ & ramicis curatio 630  
Rhabarbaro spica celtica adiungēda est 500  
501  
Rhabarbarum vstum dysentericis dandum  
non est 577. 578  
Raphanus digerit, & non digeritur, quomo-  
do intelligi debeat 533. 534. nondum Hip-  
pocratis tempore in victus vsum venerat  
529 quādo comedi debet 534. concoctio-  
nem impedit 533  
Rosam quum quidam odorabatur, illico in  
syncopen incidebat 542

## S

Sacer ignis Romanis, Erysipelas Græcis di-  
citur 496  
Salis humoris generatio 376  
Sanguinis creatio 460. & 461  
Sanguinis missio purgationi anteponi debet  
135  
Sanguinis partitio in venæ sectione qualis  
fieri debet 153  
Sanguinis ex pectore reiectus 385  
Sanguinis per mamas effluxio 488. mictio  
critica 677. 678. viginti libræ per narem  
sinistram fluxere cuidam, & euasit 684  
Sanguinem mēstruum per os & nares mu-

Z 3

lier enixa mittebat	474
Scabiosus vnguento illitus intra noctem obiit	535
Scabiei cum pruritu curatio	647
Scarificatio curum, quàm salubris sit enacuatio	610
Scarificationis laus	148
Scirrhus Gallicani tumoris curatio	173
Scirrhus duplex	202
Scurrhi in vtero nascentis cōtemplatio	671
Scurrhosi tumoris in suppurationem venientis curatio	662. & 683
Secundus dies decretorius qualis	32
Senæ decoctum	132
Septimus numerus omnium rerum nodus est	28
Serum lactis ad priscorum modū, quomodo propinari debeat	472. 473
Signa futuræ crisis	12
Spasmi tres species	456
Sphacelissimi, id est vlcis cerebrum depascentis curatio	98
Splenis duritiæ curatio	92. 375
Splenem emollientia	92. 93
Statu morbus grauior est	10
Stercus per vuluam mulier emisit	457
Stomachi imbecillitas ita studiosos prosequitur, vt vmbra corpus	459
Stomachi rossonū cū vertigine curatio	322
Stomacho	

Stomacho malè affecto remedia dorso etiā applicari debent	400. 401
Stomachus, gula, & œsophagus dicitur	401
Sublimato infecti & sanitati restituti	306
Suppuratis secunda & tertia colta secari, & vri potest	299
Syderatio quid	101
Symptomatum curatio post rutę comestione m ortorum	348
Synocha febris dicta, inter ephemeræ à Galeno reponitur	108. 109
Syrupi quantitas variari debet in morbis	115. 116
Syrupi frigidi, an biliosis morbis conueniant	368. 369
Syruporum exhibendorum ordo	116
Syrupus de Elleboro cōtra melancholiam: & maniam, quartanamve, & alios varios morbos	623

## T

Talpæ curatio	336
Telephia vlcera	210
Terebinthinæ laus	308
Tertianæ duplicis nocturnæ curatio	171
Tertianæ duplicis cum Subet curatio	653
Tertianæ duplicis curatio 70. 171. 297. & simplicis curatio	338. 339
Tertianæ cōtinuæ & caufonis differētia	342
Tertiana duplex à duabus tertianis, in qui-	



bus differat	71.112.113
Testudinum nemoralium apparatus	597
Titrav⊙ spasmi species, quam rigorem Celsus appellat	457
Theriaca pueris tutò dari potest	557
Theriaces dosis quanta sit	661
Theriaca quibus conueniat	560
Trochisci de vipera quomodo parari de- bent	590.600
Trochisci de vipera & theriaci, siue de ty- ro iidem sunt	603
Trochisci alandaal	194
Tumoris aquosi in capitiibus puerorum ap- parentis curatio	323
Tumoris in genu cum dolore, & grauissi- mis symptomatibus curatio	254
Tutia est apud Dioscoridem cadmia	212
V	
Venæ sectione facta, aquam bibendam fe- brientibus dare optimum	406
Vena secta, an bonum sit digitum vulneri imponere	ibidem
Venæ sectio etiam puerulis tutò fieri potest	146
ad Venæ sectionem duo sufficiunt	104.105
Venerem incitantia medicamentà	475.476
Ventriculi antiqua erosio, & eiusdem cura- tio	376
Ventriculi doloris ingentis cum febre, & anxie	

anxietatibus curatio	327.&328
Ventriculi imbecillitas ita studiosos infe- quitur, vt umbra corpus	459
Venenum quid	633
Venenosum medicamentum	ibidem
Vermes in stomacho gigni possunt contra Aristotelem	81.82.83
Vermes plures in vesicula cum egestioni- bus emissi	555.556
Vermium tres species	82
Vermium curatio	492
Vertebræ subluxatæ curatio	347
Vertebræ per giglymon coniunguntur	353
Verrucarum species	553
Vesalius, anatomicus insignis, seruat du- rum stylum, 365. fallitur	272
Vincentius Gilius à Trifanis	365
Vinum an penetrare faciat aquam, vel con- trà	189
Vinum centumquingenta annorum	187
Vinum mediæ ætatis sex annorum, Gale- nus esse tradit	187.188
Vinum album aquosum corpus infrigidâs humanum	180.181
Vinum continuò febricitantibus an dari debeat	183
Viperæ morsus curatio	59
Viperæ veris tempore sunt venandæ pro concinnandis pastillis theriacis	600.601

Viperæ ubi venenum potissimum habet	657
658 cocunt per genitalia membra, & fœmina per vuluam concipit, & parit	ibid.
Vipera animal truculentum	62. 63
Viperarum coitus	558
Viperarum apparatus pro Elephantis	67
Virium imbecillitas quomodo dignosci debeat, & an per oppressionem, vel dissolutionem fiat	451
Virium vitalium imbecillitas per pulsum dignosci debet	454
Vires imbecilles tripliciter fieri contingit	451
Vitrioli oleum mirum	501
Vlcera renibus confirmata	613. 614
Vlcera telephia, & chironia cur sic dicta	210
Vlceris circa aures curatio	644
Vlceris fauces depascens curatio	328. 329
Vlceris malignæ mamillam occupantis curatio	200
Vnguentum deoppilans ex succis dictum	660
Vnguentum de lacte	388
contra splenis duritiem, & hydropem	359.
contra Gallicum morbum efficax	377. 378
Vnguentum magistrale paralyfi conueniens	442. 443
Vnguentum illitum supra scabiem symptomatica, & mala varia genuit	471

Vnguen

Vnguentum contra papulas, & scabiem	490
Vrina dupliciter prouocatur	189
Vrina non retinetur ob lapsum ex arbore	458
Vrina etiam interdum Galenus contem- plabatur	105. & 106
Vteri prociuentiæ curat.	120
Vteri situs	122
Vterum gerenti sanguis extrahitur	674. & 675
Vulneris in pectore curatio	319
Vulneris inter umbilicum, & os ventris curat. ibidem	
Vulneris circa humerum inflicti curatio	669
Vulnera ventris an ex toto sui debeant	320
Vulnus inter utrosque cerebri ventriculos penetrans, absque noxa patientis curatur	666

## Z

Zephyrus Arcis præfectus Anconitanæ 345.

F I N I S.

